



LXXX-546-*[Signature]*

ANTONII
AUGUSTINI
ARCHIEPISCOPI
OPERA OMNIA

K. 0000153313

F. A. 061

V. 5

ANTONII
AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

OPERA OMNIA.



ANTONII
 AUGUSTINI
 ARCHIEPISCOPI TERRACONENSIS
 OPERA OMNIA

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

OPERA OMNIA

Quæ multa adhibita diligentia colligi potuerunt.

Volumen Quintum

QUO

DE SYNODIS ET PSEUDOSYNODIS COMMENTARII,
JURIS PONTIFICII VETERIS EPITOMES PARS PRIMA,

TUM

AD EPITOMEN UNIVERSAM FRANCISCI ADUARTIS NOTATIONES

Continentur.



L U C Æ MDCCLXX.

TYPIS JOSEPHI ROCCHII

CENSORIBUS APPROBANTIBUS.



ANTONI AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI VARRACONENSIS

OPERA OMNIA

Quae multis additis diligentia colligi curantur.

Volumen Quintum

1690

DE SENECTUTE ET VINDICTA COMMENTARIUM

DE SENECTUTE ET VINDICTA COMMENTARIUM

TUM

AN EDITIONEM UNIVERSITATIS FRANKFURTENSIS ROTATIONE

Compositum



L. U. C. E. MDCLXX.

THOMAS JOSEPHUS ROCCANI

GENAE IN AETHIOPIA



JOSEPHI ROCCHII TYPOGRAPHI

P R Æ F A T I O.

Juris Pontificii Veteris Epitome, quæ hoc & consequenti volumine continetur, insignem inter ANTONII AUGUSTINI scripta semper locum, multamque semper laudis partem obtinuit. Nam ex omnibus AUGUSTINI scriptis aliud certè nullum exstat, quod adeo manifestè ostendat quantum operæ, quantum omninò studii ac temporis vir ingenio acutissimus & cum primis diligens in jure pontificio consumpserit. Reliqua enim omnia vel ad hominum doctissimorum scripta illustranda ferè pertinent, vel ad errores detegendos emendandosque, quibus aut illi naturæ humanæ vitio ducti fuerant, aut eorum scripta ab librariis fuerant inquinata. Hi autem, quos nunc edimus, libri fructum omnem laborum, quos & magnos, & graves in pontificii juris studium insumpserat, non modò ostendunt ac præferunt, sed planè continent. Omnia enim quæ legerat, quæ viderat, quæ conquieserat, in hæc coniecit volumina; omnia hîc distribuit, composuit, digessit. Et quoniam qui pontificias leges antè collegerant, eum servaverant ordinem, qui AUGUSTINO fortassè non satis probabatur, ideo novum ipse ordinem, novamque omninò *μεθόδον* tenuit, ut quod olim in libris de jure civili digerendis factum est, id in pontificio etiam jure locum haberet.

Nunc autem quoniam alienum ducimus ab officio nostro, ut de insigni hoc ANTONII AUGUSTINI opere pluribus verbis differamus; propterea quòd de eo satis multa habentur in eruditissimi viri Gregorii Mayansii Commentario de AUGUSTINI Vitâ, multaque etiam in hoc volumine habentur ab Antonio Augustino Jesuita, qui ANTONII AUGUSTINI Tarraconensis Pontificis fuit ex Fr. Nepos, & ab Francisco Aduarte conscripta: Ideò ne actum agamus ad ea explicanda descendimus, quæ a nobis in hoc comparando volumine gesta sunt.

Itaque ANTONII AUGUSTINI DE SYNODIS ET PSEUDOSYNODIS COMMENTARII primas hujus voluminis paginas tenent. Scriptum hoc, nunquam typis editum, exstabat Romæ in Bibliotheca Vaticana, atquè constat omninò schedis fragmentisque chartarum. De illo nonnulla memoriæ tradidit summus vir Gregorius Mayansius in suo de AUGUSTINI Vitâ Commentario. * Multum nos laborem, multumque studium insumpsimus, ut opusculum, cæteroquin eruditione commendatum, emendaremus, atque ex inordinato in ordinem adduceremus. Ita ergo nos illud inscripsimus, uti dictum est. Tripartitò rem totam divisimus, ut priorem partem Synodis Universalibus, alteram Minoribus Synodis, tertiam Pseudosynodis attribueremus. Non rerum modò, sed etiam temporum ordo servatus a nobis est; quod quidem in manu volumine scripto neglectum videbatur. AUGUSTINUM enim nihil aliud fecisse putamus, nisi ut multa pararet, ex quibus postea commentarium plane perfectum efficere voluisset. Plura erant, quæ fortè primas AUGUSTINI investigationes effugerant, adedque inter prætermissa locum habuerant: Hæc nos locis opportunis aptavimus. Tum in emendandis erroribus, qui librario fortassè sunt tribuendi, plurimi fuimus. Demum nonnulla, quæ dubium aliquod continere nobis visa sunt, ob authoris nomen haud attigimus. Hæc nimirum sunt, quæ nos multo labore, multâque gessimus sedulitate, ut opusculum, quod è tene-

bris

* Vol. II.
pag. CIII. §.
In ipsius.

bris eruendum censuimus, & publica luce, & tanto viro dignum ederetur. Atqui magnâ me in difficultate versari nemo non dixerit, qui ea scripta edenda sumpserim, quæ in celeberrimis orbis terrarum Bibliothecis sæpè exscribenda magno ære sunt; tum erroribus non rarò purgari debent; præterea in ordinem nonnunquam redigi oportet: Quæ quidem omnia multæ industriæ, multi laboris, multi sunt sumptus. Hoc autem non eo dico, quod ipse me dilaudare velim, sed ut pretium horum voluminum excussem, atque ut ipsa editionis tarditas mihi vitio ne derur.

Juris Pontificii Veteris, de quo supra dixi, Pars Prima reliquum fere Volumen tenet. Reliquas duas Partes Volumen Sextum habebit. Exscripta a nobis est hæc prior Pars ex duobus exemplis, quorum unum editum fuit Romæ typis Alphonfi Ciaconii Ann. MDCXIII., alterum verò Lutetiæ typis Michaelis Solvi & sociorum Ann. MDCXLI. Illa vero diligentissimè conferenda curavimus cum exemplari, quod omnium princeps habetur & est, quodque editum fuit Tarracone typis Philippi Mey Ann. MDLXXXVII., atque si quid mendosum in illis duobus erat, id omne magnâ cum curâ a nobis est emendatum, tum etiam nonnulla immutavimus, ut Tarraconense exemplar sequeremur.

Post priorem hanc Epitomes Juris Pontificii Partem habentur Notationes Francisci Aduartis, quæ nunquam editæ fuerant, quæve etiam in vaticana Bibliotheca exscriptæ fuerunt è veteri quodam manu volumine scripto. Aduartes his Notationibus res, quas AUGUSTINUS attigerat, diligenter complexus est, atque non sine multâ doctrinæ vi pertractavit. Comprehendunt hæ Notationes tum primam, tum alteram, uti & tertiam Epitomes partem. Nos hoc loco eas omnes subjecimus, quod illas dividere, ac disgregare nolimus: Atque legentibus non incommodum fore arbitrati sumus ea tam hujus, quam consequentis Voluminis reperire loca, ad quæ Notationes ipsæ referuntur. Diù multùmque cogitavi, an illas opportunè dividere, atque, uti in superioribus Voluminibus factum a nobis est, singulas singulis locis aptare ac subiicere debuissim. Sed ea ratio nos ab ejusmodi avertit consilio, quod non illæ verbum quoddam, aut peculiarem quendam locum, ut sæpius accidit, persequuntur, sed integra capita explicant atque illustrent, tum eadem interdum Notatio plura capita diversorum librorum complectitur.

Finem Voluminis facit locupletissimus Index rerum & verborum, quæ in toto Volumine notari debent multâ diligentia comparatus. Quod reliquum est nos tantis laboribus, tamque magnis sumptibus nil aliud agimus, nisi ut doctorum hominum nobis & judicium, & patrocinium conciliemus.



ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

DE SYNODIS, ET PSEUDOSYNODIS

COMMENTARII

Nunquam antebac editi.

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI METROPOLITANAE AC CONENSIS

DE SYNODIS ET PSEUDOSYNODIS

COMMENTARIUM

SYNOPSIS ANTECEDENS

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

DE SYNODIS, ET PSEUDOSYNODIS

COMMENTARII.

De Synodis Universalibus.

PRIMA UNIVERSALIS SYNODUS.



Ncerus. Convenit adversus Arium Nicææ Synodus generalis anno decimo Imperii Const. Max. CCCXVIII. Patrum, præfueruntque Concilio Silvester Romanus, Alexander Constantinopolita-

nus, Alexander Alexandrinus, Eustathius Antiochenus, & Macharius Hierosolymitanus. Arius erat presbyter Alexandrinus, qui adversus D. N. Jesum Christum Deum verum ausus est dicere creaturam esse, nec ejusdem cum patre substantiæ, & aliquando fuisse tempus, quo non erat filius; quamobrem is cum complicibus suis anathemate notatus, expulsus est, atque Eusebius Nicomediæ, & Eunomius, ac Macedonius, qui quamvis verbis differre videantur, ibidem tamen cum Ario in erroribus consentiunt, ab orthodoxorum fide devitantes, dum negant patri consubstantialem filium per quem omnia facta sunt. Non igitur idem creator creatus dici potuit; sed Deus verus de Deo vero genitus, ac dominus, ut in symbolo fidei continetur, quod ab eisdem Patribus Spiritu Sancto plenis conscriptum est.

Hæc eadem sancta œcumenica Synodus decrevit sanctum Pascha veteri Christianorum more celebrari.

Ex Phorio, sive alio de septem synodis œcumenicis ob quas causas, & quibus locis, & adversus quos habitæ sint. Synodus prima ab Adam anno V. VI. a Christo 318. sive 328. Acta est hæc synodus Nicææ sub Divo Constantino Maximo, & Silvestro Papa Romano, & Metrophane Archiepiscopo Constantinopolitano, & Alexandro Patriarcha Alexandrino, & Eustathio Antiocheno, & Macario Hierosolymitano. Convenerunt Patres CCCXVIII. adversus Arium Archipresbyterum Alexandrinum, qui impie affirmabat D. N. Jesum Christum Dei filium, Deumque verum esse creaturam, atque ejusdem substantiæ cum Deo Patre, fuisseque quando non erat, quamobrem ut hostem veritatis, una cum sectam ejus sequentibus anathemate detestata est sancta Synodus, ejectusque est Eusebius Nicomediensis, & Eunomius, & Macedonius, qui

Tom. V.

licet verbis differebant, sed cum Ario falsa tuebantur adversus orthodoxam fidem, qua fatebatur consubstantialem Patri filium, omniumque creatorem, non vero creaturam, sed Deum verum ac Dominum, ut in symbolo fidei est, quod illi Patres a Spiritu sancto edocti statuerunt. Eadem sancta universalis synodus statuit sanctum Pascha celebrari juxta antiquam consuetudinem nostram.

A Christo ad primam synod. Anni CCCXVIII. A prima synodo ad secundam Anni LVI. sive LVII.

Ex Synodico Incerti, in quo in epitome enumerantur synodi ab Apostolis ad octavam sub Photio, & Joanne Papa, quæ unio dicta est. Sacra universalis Synodus CCCXVIII. Patrum convenit Nicææ, quæ Metropolis est Bithyniæ. Præfuerunt in ea Viton, & Vincentius presbyteri Vicarii Silvestri Papæ Romani, & Julii ejus successoris, Alexander Alexandriæ, Macarius Hierosol. Eustathius Antiochiæ pro Metrophane Constantinop. Alexander presbyter, Hosius Cordubensis Episcopus, Constantinus Apostolus Imperatorum. Hæc sancta Synodus consubstantialem Trinitatem amplexa est, & Paschæ tempus statuit. Edidit adversus omnes hæreses divinum fidei documentum, Arii, Sabellii, Phorini, Paulli Samosatani, Manentis, Valentini, Marcionis, & eorum discipulorum. Melerium quoque detestata est ex Thebaide cum his, qui ab eo ordinati sunt, & Eusebium Nicomediæ, qui libros quosdam apocryphos sub altari absconditos, quasi sacros edere conatus est.

Mattheus Monachus in Nomocanone Cap. VI. prologi. Prima universalis Synodus CCCXVIII. Patrum Nicææ in Bithynia convenit anno x. Imperii Constantini Maximi anno post Christum natum itidem CCCXVIII. Præfuerunt Silvester, & Julius Romanæ veteris urbis Antistites per Vitonem, & Vincentium, Alexander Constantinopolit. Alexander Alexandrinus, qui cum erat commilito, Athanasius diaconus tantum. Athanasius Antiochiæ, Macharius Hierosol. adversus impium Arium Alexandriæ natum, & presbyterum, ausum dicere filium Dei, & Verbum creaturam esse, & quid factum; sed Patres consubstantialem confessi sumus quamlibet ex tribus personis Sanctissimæ Trinitatis, & aliud dicentes

b

cum

cum Ario anathemate damnavit. Edidit Canones viginti.

Pfellus de septem sacris Synodis Græcis.

Primus Apostolica canon documenta ministrat.

Nicænaque Synodus habet saluberrima dicta.

Prima post Ascensionem Domini annis trecentis (1), *al. 333. al. 318.*

Cognosce numerum lazarum Synodorum

Quotcumque contra impios valuerint o Rex

Septem omnes exiterunt : prima in Nicæa

Divino regnante domino Constantino

Et in sacerdotii dignitate præcellente Constanti-
nopolitani

Ter pio, & animo, & sermone Metrophane

Hæc furiosi Arij linguam dissecuit

Cum Trinitatis ille consubstantialem feceret,

Et opificem creaturarum turpiter infamaret

Dicendo minorem patre filium, cum sit natura
æqualis.

A prima usque ad secundam anni sunt LVI. sic
Joann. Pfell. Gr. sed in alio LX. incertus LVII.

*Phot. Patriarch. Constantinopol. ex epist. ad
Mich. Bulgaria Principem de septem Conciliis*

æcumenicis. (vol. 1. Concil.) Primum Nicææ

Bithyniæ celebratam est, in quo cccxviii. Epi-

scopi fuerunt. Præerat & Alexander, qui sedem

Constantinopolit. obtinebat, & Silvester, & Ju-

lius celebres ecclesiæ Romanæ Pontifices per Bi-

tonem, & Vincentium, cum his Pius Codumbres

Episcopus (forte Cordubensis Hosius), præterea

Alexander Alexandrinus Archiepiscopus, qui

secum duxit Athanasium diaconum, tunc postea

successorem, & Eustathius Antiochenus, ac Ma-

charius Hierosol. Episcopus, & alii multi, in

quibus Paphnutius, & Spiridion, & Jacobus, &

Maximus, & Constantinus Imperator, qui Con-

cilium congregari curavit. Erat Arius Alexan-

drius genere, & presbyter in Alex. Ecclesia, qui

adversus Episcopum suum, & mox adversus De-

um, ac D. N. Jesum Christum se extulit, non

esse ejusdem substantiæ filium cum patre agebat,

ac minorem filium patre, secutus quosdam gen-

riles philosophos. Hunc Synodus anathemate da-

mnavit, & veram fidem professa est.

Joann. Zonaras ante Canonum ejusdem syno-

di interpretationem. Sacra, & æcumenica Sy-

nodus prima habita est sub Magno Constantino

convenientibus Nicææ Bithyniæ cccxviii. pa-

tribus adversus Arium presbyterum Alexandri-

num, qui contumeliosus in D. N. Jesum Chri-

stum filium Dei, negabat esse ejusdem substan-

tiæ cum Patre, sed creaturam esse dicebat, & erat

quando non erat. Hunc deposuit sancta Synodus,

& anathemate percussit cum ejus complicibus,

arque professa est filium esse consubstantialem

Patri, Deumque verum, ac dominum, & creato-

rem omnium creaturarum, non creaturam, nec

opus. Dicitur autem hæc prima Synodus, quia

prima æcumenica, namque aliæ locales anti-

quiores fuerunt, quibus tamen hæc præfertur, ut

Antiochenæ adversus Paulum Samosatenum sub

(1) Sic Joannes Pfellus.

(2) Gr. non est.

Aureliano Imperatore, & Ancyrensi, in qua agebatur de recipiendis his, qui abnegarant tempore persecutionum, & Neocæsariensi, in qua canones de constitutione rerum ecclesiasticarum editi sunt. *Theodor. Balsamon* totidem verbis in interpretatione Canonum ejusdem Synodi exceptis ultimis verbis de his, quæ acta sunt in Ancyrensi, & Neocæsariensi Synodis. *Photius in bibliotheca cap. 15. Act. primi synodi vol. III. Gelasio inscripsi.*

Joannes Tilius editio græcorum Canonum. Canones cccxviii. Sanctorum Patrum Nicææ collectorum Consulatu Paulini, & Juliani Clarissimi. Virorum, anno dcccxxvi. ab Alexandro, Mensis Junii xix. die, sive xiiii. Kal. Julias.

Eusebius in Chronicis. Anno Christi 323. Constantini ann. 13. Alexandriæ Ecclesiæ xviii. ordinatur Episcopus Alexander, a quo Arius presbyter de ecclesia ejectus, ad cujus perfidiam coarguendam Synodus cccxviii. Episcoporum in Nicæam urbem Bithyniæ congregata omnes hæreticorum machinas homousii oppositione deiecit, & fuit Synodus prima.

Rufinus Aquilejensis presbyter lib. X. histor. Eccl. cap. 1. Apud Alexandriam post Achillam, qui Petro Martyri successerat, Alexander sacerdotium suscepit, sed presbyter quidam Arius nomine, specie & forma religionis, gloriæ, laudis, & novitatis cupidus, cepit separare ab illa æterna, & ineffabili Dei patris substantia, vel natura filium ejus. Alexander Episcopus naturalis, & quietus admonitionibus agebat, ut ab ea sententia discederet, mox orto incendio opus fuit majori auxilio. Imperator ex Sacerdotum sententia apud urbem Nicæam Episcoporum Concilium convocavit: cccxviii. convenientibus Arius vocatur.

Cap. V. & VI. Tandem decernitur *ὁμοῦν* scribi debere, id est ejusdem cum Patre substantiæ filium confiteri: xviii. Arij fides magis placebit. Constantinus id exilium missurum contra sentientes, testatur. Sex soli passi sunt cum Ario exilium, ceteri xi. manu non mente subscripserunt, quorum princeps fuit Eusebius Episcopus Nicomediæ. Symbolum, & Canones xxii. referuntur, vel potius epitome. Item de paschate consenserunt, ut ubique eodem die celebraretur.

Hist. tripart. lib. I. Cap. XII. Socrates, sive alius. Alexandriæ post Petrum, qui sub Diocletiano (& (2) Maximiano) passus est, successit Achillas, (is 3) Arium restituit ordinatum a Petro diaconum, mox captum in Melitii novitatibus, & ab Ecclesia pulsum mox presbyter factus est). Achillæ successit Alexander, adversus quæ excitavit Arius seditionem, negans ejusdem esse substantiæ filium Dei cum Patre, sed creaturam, & erat quando non erat: cum eum audisset Alexander admonuit, ut mutaret sententiam, perseverantem deposuit. Erat tum Silvester Romæ Episcopus successor Miltiadis, qui post Marcellinum (4) sedit: Antiochiæ post Tyrannum

(3) Non habet Socr. sed Socr. lib. 1. c. 15. al. 14.

(4) Qui in persecutione notatus est. Gr.

Socr. lib. 1. cap. 5. al. 3. Hist. Eccl.

Theod. lib. 1. c. 2. Hist. Eccl. Theod. c. 3.

num Vitalis (1), post quem Philogonius successor sub Licinio: Hierosolymis post Hermonem Macarius CP. Alexander.

Idem Soz. l. 1. c. 7. Hist. Eccl. Soz. lib. 1. c. 16. al. 15.

Socrates Cap. XXI. Præter Alexandri, & Arii contentionem, audiebat Imperator Constantinus urbes Orientis discordare a ceteris in celebrando paschate, nam cum Judæis conveniebant; misit igitur Hosium Cordubæ Episcopum (2) tū ad Ægyptios tum ad Orientales. Sed cum redderet re infecta Nicææ Concilium (3) convenire curavit, publicis datis asinis, ac mulis, atque aliis vehiculis, ut Episcopi, & qui cum eis erant, venirent ad Synodum.

Theod. lib. 2. c. 7.

Soz. lib. 1. c. 17. al. 26. Hist. Eccl.

Sozomenus lib. II. cap. I. Histor. tripart. In Nicæno concilio convenerunt ex Apostolicis Sedibus Macharius Hierosolymitanus, Eustathius Antiochenus apud Orontem, Alexander Alexandræ (4) apud Stagnum Mariam. Julius Rom. propter senectutem defuit, sed pro eo fuerunt Vitus (5), & Vincentius presbyteri ejus Ecclesiæ.

Euseb. lib. 3. de Vita Constant.

Theodoritus lib. I. cap. VII. Histor. Ecclesiast. Erant stigmata Domini circumferentes Jacobus Antiochiæ Mygdonii (6) quam Syrii, & Assirii Nisibin vocant, qui (7) mortuos resuscitabat, vivos curabat: Paulus Neocæsareæ Castellum juxta ripas Euphratis, qui sub Licinio manuum officium amiserat, alius dextræ suæ abscissæ sunt, in quibus Paphnutius Ægyptius.

Soc. lib. 1. cap. 7. al. 5. Hist. Eccl.

Socrates. Cunctarum Ecclesiarum, quæ totâ Europam, Lybiamque, atque Asiam replebant, Syros, Cilicas, Phœnicas, Arabes, Palæstinos videres, Ægyptios, Thæbeos, & Libyas, atque ex Mesopotamia; Persa quoque interfuit Episcopus, nec Scythia defuit, item ex Ponto (8), Asia, Phrygia (9), & Pamphylia. Thraces, Macedones, Achivi, Epirotæ. Hispanorum valde celebris Hosius (10). De regia Civitate præsul [Alexander (11)] ob senectutem defuit, aderant pro eo presbyteri. Unus Imperator Constantinus. Tum sermo completus est: „collectos ex omnibus gentibus, quæ sub celo sunt Parthi, Medi &c. Cretes, & Arabes“. Episcopi ultra trecentos, presbyteri, diacones, & acolythi multo plures. Omnibus cybos præbuit Imperator. Hæc ex *Eusebio lib. III. de vita Constantini.* Cum de Licinio victoriam celebrasset Constantinus Nicæam venit. Clari erant inter alios Episcopos Paphnutius ex superiori Thebaide, & Spiridion Cyprius.

Lib. 1. c. 17. al. 16. Hist. Eccl.

Theod. lib. 1. c. 11. Hist. Eccl. Eod. de Libellis combustis, & So-

cr. l. 1. c. 7. Socr. l. 1. c. 7. al. 5. Hist. Eccl.

Soz. c. 18.

Cap. II. Sozomenus narrat de libellis Episcoporum combustis ab Imperat. de disputationibus adversus Arianos: tunc Athanasius diaconus Alexandri emicuit.

Cap. III. & IV. Socrates, & Sozomenus de

(1) Vitalius. Gr. (2) In Hispania. *Socrat.*
(3) Œcumenicum. Gr. (4) *Deest, Gr.*
(5) Vitalis. Gr. (6) Mygdoniæ. Gr.
(7) *Id in historia φιλόθεος inscripta latius dixit. Theodorit. Gr.* (8) Galatia. *Socr. & Euseb.*
(9) Cappadocia. *Socrat. & Euseb.*
(10) *Deest, Gr. Socr. & Euseb.* (11) *Deest utrobique.*

Episcopis adversus Dialecticos, & Philosophos victoribus.

Cap. V. Theodoritus. Imperator maximam domum præparari jussit, & sedes, & subsellia poni, ultimus ingressus cum paucis minore sede sedit, petens id sibi a Synodo concedi. Primus Eustathius Antiochenus, merito Philogonio, qui laudavit Imper. [& (12) post eum Eusebius Pamphili]. Tum exhortatus est Imp. omnes ad concordiam. Cum de Arii opinionibus tractaretur, pro eo petitionem dederunt Menophantus Ephesius, & Scythopolites Patrophilus, & Theognis Nicænus Episcopus, & Narcisus Neroniades ex secunda Cilicia, nunc Irenopolim vocant, & Theonas Marmaricenus (13), & Ptolemaidis Ægypti Secundus: lecta petitio improbata est, & convicio accepti Episcopi, quod ipsi veriti Arium detestati sunt excepto Secundo, & Theona. Tunc omnes symbolum dictarunt, & subscriptionibus confirmarunt, & solverunt Concilium. Sed illi dolo magis, quam vere ab Ario discesserunt. Reversi enim sunt postea ad veterem impietatem.

Lib. 1. c. 7. Hist. Eccl. Euseb. lib. 3. de Vit. Const.

Cap. VI. Confirmantur hæc ex verbis Eustathii Antiocheni in interpretatione illius sententiæ: *Dominus creavit me*, &c. ubi eam scripturam appellat Eusebii.

Idem lib. 1. c. 7. & 8.

Cap. VII. Confirmat verbis Athanasii Alexandrini (14) ad Afros, qui minutatim persequitur, quid catholici decreverint, quid hæretici probaverint, & ut tandem ventum sit ad verbum significans eandem substantiam; quo verbo, inquit, usi fuerunt veteres sacerdotes ante eos pene ann. cxxx. magnæ Romæ, Alexandriæ; quod non ignorabat Eusebius Cæsariensis Episcopus, qui primo Arianis contentiebat, mox conversus est, & subscripsit Nicæno Concilio, & ad suos Cives conscripsit, id verum esse, veteres (15) quoque eodem verbo usos. Theonas igitur, & Secundus damnati sunt. Statuta sunt autem xx. capita Sanctionum Ecclesiasticarum.

Idem c. 8.

Cap. VIII. Socrates. Sabinus Heraclææ Thracensis Macedonianorum Episcopus congregat, quæ in multis Synodis scripta sunt, atque ait idiotas, atque imperitos Nicænam fidem conscripsisse, sed falso laudat Eusebium Pamphili, & Principem; sed idem Eusebius ait, interfuisse doctos viros.

Cap. IX. [Credimus (16) in unum Deum, &c. Symbolum Nicænum]. Hanc fidem cccxviii. amplexi sunt. Quinque soli non receperunt verbum consubstantialitatis, Eusebius Nicomediæ, Theognis (17) Nicænus, Maris Chalcedonenis, Theonas Marmaricenus, Secundus Ptolemaidis, neque Arianae depositioni subscripserunt.

Socr. l. 1. c. 7. al. 5.

(12) *Hæc Gr. non sunt apud Th. hodie neque apud Euseb. apud Soz. lib. 1. cap. 19. solus Euseb. Pamphili loquitur cap. 18.*

(13) Marmaricenses, Gr. (14) Successoris. Gr. (15) Episcopus, & Scriptores. *Theod. Gr.*

(16) *Hæc Gr. non sunt, sunt tamen inscripta in epist. Eusebii relata a Socrate l. 1. c. 7. al. 5.* (17) Theognis, Gr.

runt. Synodus Arium, & Sectatores anathematizavit, & Alexandriam venire prohibuit. Imperator Arium, Eusebium, & Theogonium in exilium misit.

Cap. X. Eusebius, & Theogonium (1) postea libellum pœnitentiæ in exilio scripserunt, & in verbum consubstantialem consenserunt. At Eusebius Pamphili Cæsareæ Palæstinæ Episcopus in Synodo (2) consensit, & subscripsit, & ad populum suum literas misit.

Theod. lib. 1. c. 12. Hist. Eccl. Soc. lib. 1. c. 7. al. 5. Cap. XI. ex epist. Eusebii Pamphili. Testatur se in eadem fide fuisse, in qua ipsa Synodus est, item Imperatorem eandem suscepisse. Explicat autem quid sit consubstantialem esse patri filium, eamque non esse novam vocem, sed a veteribus acceptam Episcopis, & scriptoribus theologis, recte etiam anathematismum secutum adversus eos, qui dicerent *ex non extantibus*, aut *fuit quando non fuit*, quod nunquam scriptum est.

Cap. XII. ex epist. Synodi Nicænæ Alexandrinæ Ecclesiæ, & Episcopis per Ægyptum, & Lybiam, & Pentapolim.

Lib. 1. c. 8. Hist. Eccl. Soc. lib. 1. c. 7. al. 6. Theodorus. Præter Arium Theonas Marmaricensis, & Secundus Ptolemaidis damnati sunt. Placuit Melitium clementi consilio manere in propria Civitate, neminem ordinare, aut gerere se, sed nomine tantum Episcopum esse. Ordinos ab eo recipi (3) sub Alexandro ramen esse. Cetera audituros ab eodem Alexandro. De paschate concordia narratur, ut non cum Judæis pascha celebraretur, sed cum Romanis, & aliis Christianis.

Soc. lib. 1. c. 10. al. 7. Hist. Eccl. Soc. lib. 3. c. 22. Hist. Eccl. al. 21. L. Cap. XIII. Socrates. De Acesio Novarianorum Episcopo, quem, subscripta fidei regula, rogavit Constantinus, num idem sentiret de fide, & de paschate, & ille *nihil novi*, inquit, *Synodus statuit, sic enim olim a temporibus Apostolorum accipi de fide, & de paschate.*

Lib. 1. c. 23. al. 22. L. Soc. lib. 1. c. 11. al. 8. Hist. Eccl. Cap. XIV. Sozomenus. Synodus Canones subscripsit. De Paphnutio vetante, ne prohiberetur conjunctio Sacerdotum cum uxoribus, quos ante Sacerdotium habuerunt, sed hoc voluntati relicto. His a concilio dispositis, contigit Vicennalia Constantinum celebrare. Invitavit igitur Synodum, & donis honoravit.

Lib. 1. c. 7. al. 6. Hist. Eccl. Cap. XV. Socrates. Verba Constitutionis Constantini, ut Ariani Porphyriani appellantur, & ut scripta Arii comburantur, & capite cælans plectitur.

Soc. lib. 2. c. 25. L. Soc. lib. 1. c. 14. al. 10. Cap. VII. Socrates. Eusebius, & Theogonium (4) libellum pœnitentiæ mittentes summis Episcopis ab exilio revocati sunt ab Imperatore, & in eorum ecclesias restituti expulso ab Eusebio Amphione, a Theogonio (5) Chresto. In libello, ajunt, se in fide consubstantialitatis subscripsisse, anathematismo non subscripsisse adversus eum, quem noverant, & cum is meruerit revocari, cur non, & alii? Arius autem, inquit Socrates, revocatus est, sed adire Alexandriam est prohibitus.

(1) Theognis. Gr. (2) Dubitans prius. Gr.
(3) Et ordinari. Theod. Gr.

Socrates lib. IX. Cap. XXXVIII. Omnes Occidentales usque ad Oceanum post æquinoctium ex antiqua traditione pascha celebrarunt. Non enim celebratum sub Constantino Concilium festivitatem paschæ mutavit. Sic enim ipse Constantinus in epist. relata lib. 3. de vita Constantini ab Eusebio: „ Est enim ordo decorus, „ quem omnes Ecclesiæ in universo orbe apud „ Occidentem, & meridiem, & arcton (6) positæ servare noscuntur, atque etiam quidem „ Orientalium. Quod in Romana civitate, Italia, Africa, & universa Ægypto, Hispania, „ Gallia, Britannis, Lybia, tota Hellade, „ Asiatica diocesi, Ponto, Cilicia custoditur, „ hoc sapientia vestra suscipiat, nullâ cum Judæorum perjurio habentes communionem “.

Nicephorus CP. Episcopus in Chronicis. Anno xx. Constantini coacta fuit sancta synodus cccxviii. Patrum Nicææ in Bithynia post Christum natum anno cccxviii. Hierosolymorum christianus Episcopus xli. sive primus post Christianos Imperatores Macarius, qui in synodo fuit ann. xx. Romanorum Episcopus xxxii. Silvester sub Christiano Imperatore tertius; Eusebius enim fuit primus ann. i. Miltiades ii, ann. iv. Silvestri tempore Nicæna synodus celebratur. Sedit ann. xxviii. Alexandrinorum Episcopus xix. Alexander, post Constantinum Christianum Imp. secundus. Primus autem fuit Achilles ann. i. Hic Alexander fuit in prima synodo. Sedit ann. xxiii. Antiochenorum Episcopus xxiv. Eustathius post Christianos Imperat. quartus. Primus enim Vitalis ann. vi. Secundus Philogonius ann. v. tertius Paulus ann. v. Hic Eustathius fuit in prima synodo Nicæna princeps. Ejectus est ab Arianis, sedit ann. xviii.

Theodorus. lib. 1. Cap. 1. Hist. Eccl. Alexandria Urbs est maxima, caput non modo Ægypti, sed etiam Thebaicæ, & Lybicæ regionis. In hac post Petrum victoriæ compotem sub impiis tyrannis non longo tempore Achilles rexit, cui successit Alexander Evangelicæ doctrinæ propugnator.

Cap. II. His temporibus Arius presbyter, habens interpretandi sacram scripturam auctoritatem, impatiens invidiæ, quod Alexander esset designatus Pontifex, cumque Alexander doceret ejusdem esse dignitatis filium cum patre, atque ejusdem essentia, Arius contra creaturam, & opus patris filium esse dicebat. Eratque aliquando, quando non erat: Alexander admonuit primo, ut respiceret, perseverantem deposuit.

Cap. VII. Imperator misit quemdam ex comitatu notum cum literis Alexandriam, sed nihil profecit. Itaque nobilem illam Nicææ coegit synodum, & publicis jumentis, atque vehiculis juvit Episcopos, qui convenerunt cccxviii. Cum Imperatore Rom. Pontifex senio confectus non adfuit, misit tamen presbyteros duos. Multi ex eis variis donis Dei, ut Apostoli excellabant, alii notis confessionis.

Cap.
(4) Theognis. Gr. (5) Theogni. Gr.
(6) Septentrio. Theod.

Soc. lib. 5. c. 22. Hist. Eccl.

Theod. lib. 2. c. 10. Hist. Eccl.

Euseb. lib. 3. de vita Const. Soc. lib. 1. c. 7. & lib. 5. c. 22. de Hist. Eccl.

Euseb. lib. 3. de vita Const. Soc. lib. 1. cap. 7. al. 6. Hist. Eccl. **Cap. X.** Constantinus narrat in literis ad varias ecclesias, quid actum sit in synodo universalis præsertim de paschate, ut eodem die ubique celebraretur a Christianis non judaico ritu.

Cap. XI. Ipse Constantinus cccxviii. Patres summa benevolentia complexus est, & omnes ad cenam invitavit, & munera dedit.

Euseb. lib. 3. de vita Const. Idem Sozom. lib. 1. c. 20. Hist. Eccl. **Cap. XIII.** Ex verbis Eusebii narratur comitas Constantini in synodo, & quo pacto fuerit latina lingua locutus, & cum interprete, concordiam, & subscriptionem singulorum ab eo effectam, ejus largitiones, & vicennalia acta.

Soc. lib. 1. c. 7. Hist. Eccl. Soc. lib. 1. cap. 16. **Cap. XIV. de Ario Morte.** *Eusebii Lib. II. de vita Constantini.* Unica scintilla Alexandriæ commota incendit Ægyptum, Lybiam, & Thebaidem. Imperator Constantinus, ut seditionem Episcoporum sedaret, scribit Alexandro & Ario in hunc modum &c.

Idem Soc. **Lib. III.** Synodum œcumenicam coegit Episcoporum, ut seditio Alexandriæ, Ægypti, & Thebaidos sedaretur: item divisio celebrationis paschatis, namque alii cum Judæis, alii die salutaris celebrabant pascha. Vocat igitur Episcopos Nicæam in Bithyniam, & vehiculis adjuvat. Veniunt ex omnibus Ecclesiis Europæ, Asiæ, & Africæ optimi quique Syri, Cilices, Phœnices, Arabes, Palæstini, Ægyptii, ex Thebaide, Libyci, & ex Mesopotamia, adfuit Persa Episcopus, ac Scythæ, & ex Ponto, Galatia, Pamphylia, Cappadocia, Asia, Phrygia, Thracæ, Macedones, Achæi, Epirotæ (1). Et CP. Episcopus ob senectutem absuit, ejus presbyteri, pro eo adfuerunt. Impletum est illud sacre scripturæ, „ex omni terra, quæ sub cælo est, Parthi, „Medi &c.“ Non tamen erat omnium cor, unum in Dei ministeriū. Episcoporum numerus fuit ccl. 2) Sequebantur eos presbyteri, & diaconi permulti. Ex illis multi scientia, & sapientia, multi vitæ sinceritate præstabant, alii inter hos mediis versabantur: multi senes, multi fortes, adolescentes, & nuper electi. Omnibus Imperialia præbuit. Venit sessionis dies, in regia magna domo parata sedes, silentium fuit. Cum Imperatore pauci ingressi sunt, non militum cohors. Ipse non minus virtutibus, quam gemmis ornatus sedit in medio sede inferiore, venia obtenta ab Episcopis. Qui in dextero cornu præerat Episcopus Deo, & Imp. gratias egit, laudesque ejusdem celebravit; mox facto silentio Imperator locutus est. Latinam linguam Imp. interpretis græca interpretabatur, quamvis aliquando græce quoque locutus est, & pacem atque concordiam fieri adhortabatur medius, sedens inter omnes. Tandem omnes subscribere fidei conscriptæ suasit, & celebrationi paschatis; tunc se victoriam obtinuisse dixit de majore hoste Ecclesiæ. Eodem tempore vicennalia egit, omnesque Episcopos ad cenam duxit, & datis donis dimisit. De actis concilii literas scripsit infra scriptas: „Constantinus Aug. Ecclesiis, „&c.“ De Paschate eodem die ubique celebrando non cū Judæis. Sed ut omnes occidentis

Soc. lib. 1. c. 20. Hist. Eccl. 29. L.

Socr. lib. 1. cap. 7.

Ecclesiæ, & Meridionalium, ac Septentrionis regionis, & quidem Orientis, item Romæ, & in Africa, atque Italia, Ægypto, Hispania, Galliis, Britannia, Libya, Græcia universa, Asiana dicecesi, ac Pontica, & Cilicia. Dimissa synodo iterum Ægyptiis dissidentibus synodo interfuit, eosque pacavit.

Socrates lib. 1. Cap. V. [al. c. III.] Hist. Eccl. Cum Alexander præsentibus presbyteris, & clericis de Trinitate distereret, esse in triade unitatem dixit. Arius presbyter ab eo ordinatus non imperitus dialecticæ, putans Episcopum Sabellii esse Lybici sectatorem, contrariam sententiam dixit: „Si pater genuit filium, initium habuit „filius, eratque quando non erat, habuitque „ex non existentibus substantiam“.

Cap. VI. [al. d. c. III.] Ex hac contentione, quasi ex parva scintilla magnum incendium ortum est ab Alexandria in Ægyptum, Lybiam, & Thebaidæ superiorem, atque in alias provincias: Ariū fovebat Eusebius non Cæsariensis, sed qui prius Beryti mox Nicomedie in Bithynia Episcopus fuit.

Cap. VII. [al. IV. V. & VI.] Cum hæc cognovisset Imp. scripsit Alexandro, & Arno per virtum fide dignum nomine Hosium Cordubæ in Hispania Episcopum, quem valde diligebat. Tota epistola exstat in libris Eusebii de Constantini vita, nos partem referemus. *Post alia:* Aderant etiam laici dialectices periti utriusque factionis. Pro Arianis erant Eusebius Nicomedie, Theognis Nicææ, & Maris Chalcedonis in Bithynia: adversus hos acriter contendit Athanasius Diaconus Alexandrinus, magno honori habitus ab Alexandro Episcopo, unde invidia orta est.

Ibidem. Omnes Episcopi in unum locum conveniunt, adfuit etiam Imp. mediusque stetit, nec prius sedit, quam Episcopi annuerent, tanta hominem cepit erga eos viros reverentia. Facto silentio Imp. ad concordiam adhortatus est: libellos ei datos adversus Episcopos comburit. *Refert Eusebii verba de conatu Constantini in ipsa synodi actione.* Sciendum est Arium librum scripsisse de sua sententia, inscriptum *Phasia* Sotadicis versibus, quem etiam librum sancta synodus damnavit. Constantinus Alexandriæ Ecclesiæ scripsit, narrat convenisse Episcopos Nicææ ultra ccc. & se interfuisse, Arium esse damnatum, hortatur omnes ad eandem ccc. (3) fidem.

Cap. IX. [al. VI.] Alias literas Imp. scripsit adversus Arium, & Socios, & ad Nicomedienfes adversus Eusebium, & Theognidem, non solum ob hæresim, sed quod Tyranno (Licinio) Eusebius faverit, & ut successor crearetur.

Cap. XIII. [al. IX.] Episcopi in synodo Nicæna canones ediderunt. Nomina Episcoporum sunt. Hosius Episcopus Cordubensis, Biton, & Vincentinus presbyteri, Alexander Ægypti, Eustathius Antiochiæ magnæ, Macarius Hierosolym. Harpocraton Cynorum, &c. quorum nomina scripsit Athanasius Alex. Episcopus in Synodi-

Euseb. lib. 11.

Soc. lib. 1. c. 2. al. 20. Hist. Eccl.

Trident. p. 19.

(1) Unus ex Hispania, clariss. vir. *Socr.*

(2) *Supra ecc. Socr.* (3) *cccxviii. Trid.*

co. Tempus synodi notatum est Paulino, & Juliano Coel. xx. Maii ann. DCXXXVI. Alexandri. Post synodum Imperator in Occidentem reversus est.

Ex incerto post Alex. Aristenum. Consecratio Urbis CP. XI. Maii feria II. anno mundi VDCGXXXIX. indictione IX. Valens Basilii filius astrologus dixit staturam annis CXCVI.

Theodorit. lib. 1. cap. 8. Hist. Eccl. Ex Eustathio Antiocheno. Synodus Nicæna maxima convenit CCLXX. Episcoporum, plus, minusve incertum mihi est. Cum de fide ageretur, impia scriptura Eusebii allata est, quare rejecta est, & Ariani damnati sunt anathemate.

Hermias Sozom. lib. 1. Cap. XV. (al. XIV. L.) Hist. Eccl. Arius presbyter Alexandria in Ægypto adhæserat Meletio, cum res novare cœperat, cumque recte sentiens ab eo discesserat, a Petro diaconus ordinatur, qui tunc Episcopus Alex. fuit, sed mox ab eodem ejectus est, quod cum Meletianos Petrus deponeret, & eorum baptisma non reciperet, Arius non reiiceret. Post Petri martyrium ab Achilla veniam impetravit, & presbyteri gradum. Cum Ario impia asserente de Christo consentiebant presbyteri Alexandria Aithas, Achilles, Carpines, Sarmates, & Arius: Diaconi Euzojus, Macrius, Julius, Menas, & Helladius.

Cap. XVII. (al. XVI. L.) Erant Episcopi supra CCCXX. presbyteri, & Diaconi permulti.

Cap. XX. (al. XIX. L.) Soli XVII. Arii dogma, cæteris homouision tenentibus laudabant, sed plures ex eis cum majori numero tenuerunt: Imperator sententiæ synodi adhæsit.

Cap. XXI. (al. XX.) Eusebius Nicomed. Theognius Nicæna, Marius Chalcedonis, & Patrophilus Scythopolis, Secundus Ptolemaïdos Libya scripturam confecerunt Arianam, Eusebius Pamphili, paulum aversus, tandem subscripsit symbolum. Depositioni Arii non subscripserunt Eusebius Nicomediaz, & Theognius Nicæna quamvis symbolum receperint. Imperator Arium deportari iussit, ejusque socios, libros ejus igni tradi, si quis capite plecteretur Eusebium, & Theognium ab Ecclesiis removit Amerion pro Theognio, Chrestus ordinatur Episcopi: Post fidei de paschate ubique eodem tempore celebrando decretum est.

Cap. XXIV. (al. XXIII. L.) De his, quæ a Meletio in Ægypto acta sunt, decrevit synodus, ut in Lycovico degeret, solo nomine Episcopi contentus, numquam in urbe, aut extra ordinaret: ordinatos manere permiserunt in ministeriis suis, his inferiores; ascendere autem posse ad superiora defunctis aliis, si Episcopus eos dignos judicaret. Is autem Meletius a Petro Martyre se separaverat in fuga persecutionis.

Ex synodo Sardicensi ex Tridentino libro pag. 5. De paschate scripsimus vobis xxx. annos, in quibus faciunt Judæi pascha a prima indictione, quæ facta est sub Constantino, quo tempore convenit magna synodus Nicæna &c.

Ex eod. Trid. pag. 20. Quidam nobis Orientales retulerunt se vidisse acta Nicæni concilii,

quattuor Evangeliorum voluminibus altiora: erant sessiones Episcoporum, introductiones, judicia, querimoniaz, definitiones, constitutiones, & subscriptiones.

Ex eod. pag. 21.

Hoc Nicæna canit, qui Constantinus in ipsa Effulsit divus Papa simul Julius.

Arius hac cecidit tanto librante magistra

Ac quassans caput traxit amore fides.

Ex eod. pag. 22. Synodus Nicæna sub Alexandro Episcopo Alexandria Imperatore Constantino. Facta est autem hæc synodus apud Nicænam Bithyniaz consulatu Constantini Aug. & Licinii XIII. Kal. Juliarum, quæ est apud Græcos XVIII. die mensis, anno secundum Alexandrinos CCXXXII. & placuit, ut hæc omnia mitterentur ad Episcopum urbis Romæ Silvestrum.

Ibidem pag. 22. Expositio fidei a sancta synodo habita apud Nicænam metropolim Bithyniaz provinciaz consulatu Paulini, & Juliani V. V. CC. anno ab Alexandro millesimo tricesimo sexto mens. Julio, sive XIV. Kal. Jul. „ Credimus &c. „ Osius Corduben. Episcopus dixit &c. similiter „ & Avitus, & Vincentius presbyteri urbis Romæ dixerunt, & subscripserunt. „ Sequuntur canones 24. Vide a pag. 22. ad 27.

Ex Isidoro in prologo Concilior. Canones (autem) generalium Conciliorum a temporibus Constant. cœperunt.

Ibid. Sub hoc etiam sancti Patres in concilio Nicæno de omni orbe terrarum convenientes juxta fidem evangelicam, & Apostolicam, secundum post Apostolos symbolum tradiderunt.

Ibid. Prima Nicæna synodus CCCXVIII. Episcoporum sub Constantino Aug. imperante peracta est, in qua Arianæ perfidiaz condemnata blasphemia, qua inequalitatem sanctæ Trinitatis idem Arius Alexandrinus presbyter assererat: consubstantialem Deo patri Dei filium eadem sancta synodus per symbolum definiit.

Ex eodem in alio prologo. Prima synodus Nicæna CCCXVIII. Patrum contra Arium Alexandrinum presbyterum, qui tres gradus in Trinitate assererat, patrem scilicet majorem, filium minorem, spiritum sanctum creaturam temporibus Constantini Principis, Silvestri Papæ Rom. Macarii Hierosol. Alex. CP. (in veteri Alexandrini) qui condemnata hac hæresi statuerunt canones xx. quorum auctor maxime præfatus sanctus Alexander Episcopus fuit.

Ex libro canonum Populeiano. De hac autem synodo Leo Papa in epist. ad Anatolium CP. Episcopum, sic ait: „ Nulla sibi met de multiplicatione congregationis &c. „ Beatus quoque Ambrosius hoc Nicænum concilium in libro de Trinitate his verbis in immensum refert: „ De „ conciliis id potissimum sequar, quod CCCXVIII. „ sacerdotes tamquam Abraham lædi „ &c.

Ex Theophanis historia. Anno XVII. Imperii Magnus Constantinus cognita Arianorum perturbatione graviter hærens ad Alexand. & Arium scripsit communes literas, ut sedarentur, & pacificarentur, misitque ad eam rem Hosium Cordubæ Episcopum Alexandriam, & ad Orienta-

tales, quod pascha cum Judæis celebrarent: neutrum obtinuit.

Ann. M. 5816. Christi 316. Anast. Idem. Vicennialia Imperii Constantini facta sunt, & prima synodus cccxviii. Patrum, quorum multi pro Christo notari, & Paphnutius, & Spyridion, & Macarius, & Nefibinus, & Jacobus miraculis clari, & qui surgere mortuos fecerant. Nicænæ synodi præfuerunt Macarius Hierosol. & Alexander Alexandrinus, & pro Romano Verus (1), & Vincentius Antiochenæ vacanti synodus Eustathium præposuit Boreæ Episcopum Syriæ. At Metrophanes Byzantinus non adfuit ob senectutem, sed pro eo presbyteri Paulus Neocæsareæ interfuit, & alii complures. Arius damnatur, & Eusebius Nicomedæ, & alii præter Eusebium Pamphili, qui tum ore confessus est consubstantiale nomen. Interfuit, & consentit Constantinus Imp. qui eos in exilium misit, & in eorum locum alios constitui iussit. Cum Ario consenserunt Eusebius Nicomed. Theognis Meris (2) Narcissus, Theophantes, Patrophilus. Erat tum indictio xii. Anno xx. Constantini, Maii 20. Extat Epist. Synodi Eneyclica omissa ad Alexand. Lybiam, & Pentapolim, qua depositio Arii, Secundi, & Theonæ declaratur, & de Meletio, ut privatim degeret, & ordinati ab eo iterum ordinarentur. Scripsit etiam de paschate ut non cum Judæis celebraretur, sed ut in Italia die Dominico. De eadem re Imp. scripsit, & ut Ariani, Porphiriani appellarentur, & convivium vicennialibus cum Episcopis egit, libellos combussit dicens: „purpura tecturū peccantem Episcopum“.

Ex N. forte Gelasio de primitiva Ecclesia ante conc. Nicæn. vol. 1. Conc. pag. 318. edit. 3. E quibus vir religiosus. Constantinus primus fidem veritatis patenter adæptus licentiam dedit, &c. *Et postea:* Idem vero præsidens in sancta synodo, quæ apud Nicæam congregata erat, cum querelam quorundam conspiceret coram se delatam ait: „Vos a nemine dijudicari potestis“.

Ex Damasi Pontificali. Silvester fecit constitutum de omni ecclesia. Hujus temporibus factum est Concilium cum ejus consensu [*nl. præcepto*] Nicææ Bithyniæ, & congregati sunt cccxviii. Episcopi catholici, qui exposuerunt fidem integram, sanctam, catholicam, & immaculatam, & damnaverunt Arium, Photinum, & Sabellium, & sequaces eorum.

Ex Nicephoro Callisto lib. 8. cap. 5. Histor. Eccles. relato vol. 1. Concil. pag. 327. edit. 3. Alexandriæ, quæ princeps est inter Ægypti, Thebaidis, & Libyæ Urbes, post Theonem, Petrus martyr gloriosus, cui Achilles successit, Achillæ Alexander. Arius, qui olim Meletio novas res molienti adhaeserat, mox a Petro diaconus factus, atque ejectus, & communionem privatus cum Meletio, & ceteris ejus lectæ quod Meletius lapsus fuerit, persecutionem non ferens diis sacrificaret, & mox iratus a Petro secessit, & Episcopum se vocans in Lyco ad Ægyptum

(1) Vitus. *Anast.*

cum aliis se segregaverat. Petro occiso Arius veniam ab Achilla impetrat, & ut diaconus, & mox presbyter ministrat; item Alexandro, cujus electionem moleste ferens, in ejus dogma, quod in mores nihil posset, invehitur. Cœpitque de filii inæqualitate differere, Sabellii Libyci errorē Alexandro imponens. Ex hac scintilla ingens incendium ab Alexandria in Ægyptum, Libyam, & superiorem Thebaidem pervagatur. Tandem Alexander cum Arium, & alios seqaces communionem privasset, sacro ordine privat. Cum Ario erant Alexandria Hithalas, Carponas, Sarmates, alter Arius presbyteri: & Euzojus, Macarius, Julius, Menas, & Helladius diaconi.

Et Cap. XII. Ejus rei gratia Imperator misit Hosium Cordubæ in Hispania Episcopum virum vita, & doctrina insigni præditum, qui pro tuenda fide fortiter pugnaverat, qui in maxima veneratione apud Imperatorem erat in Ægyptum ad sedandas turbas de Ario, & in Orientem ad seditionem de paschate coercendam.

Cap. XIII. XIV. Nomina Episcoporum, & Urbium, quibus præerant, qui Nicææ in concilio fuerunt, Athanasius refert in Synodali. Episcopi fuerunt cccxviii. fere, nec pauciores Sacerdotes, & Diaconi eorum comites. Apostolicas sedes tunc tenuere Alexandria, ad Lacum Maroticum sitæ, Alexander, Antiochena ad Orientem Ecclesia tum Eustathio commissa fuit, Philogonio pridem mortuo; hunc invitum ex Berrothea provinciales transfulerunt. Macarius Hierosol. Julius Romæ, Alexander Constantinopol. hi duo postremi non interfuerunt, sed pro Julio Vitus, & Vincentius, pro Alexandr. *alii multi insignes Episcopi. Paphnutius superioris Thebaidis, Spyridion Cyprius Trimythuntis, Hosius Cordubæ, Jacobus Nisibis, quæ Antiochia Mygdoniæ est, Meletius Sebastæ, Basilus Amasææ, Nicolaus Myrorum, Gregorius majoris Armeniæ, Paulus Neocæsareæ in Euphrati ripa: utraque manu mancus in Licinii persecutione, alii oculo, & pede pro Christo carebant, ut Paphnutius Ægyptius; alii docti, & eloquentes.

Cap. XV. Ex Arii partibus Eusebius olim Beryti, mox Nicomedæ, Theognis Nicææ ipsius, Maris Chalcedonis Bithyniæ Episcopi, adversus quos Athanasius diaconus Alexandro Alexandrino carus contendebat. Multi disputationem inierunt etiam ex gentibus, & philosophi, quos etiam simplices viri vicerunt.

Cap. XVI. Sedente Imperatore in Concilio primus Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus Eustathius laudavit Imperatorē, mox Eusebius Pamphili, cum Imper. locutus est. „De libellis postea, quæ ceteri scribit“.

Cap. XVIII. Pauci Arii opinionis fuerunt, qui postea cum aliis tenuerunt, exceptis Secundo, & Theona. Erant autem hi: Eusebius Nicomed. Theognis Nicææ, Maris Chalcedonis, Theonas Marmariæ, Secundus Ptolemaidis, Menophantus Ephesi, Patrophilus Scyropolis, Narcissus Neroniæ, quæ nunc Jeronopolis, Episcopi

(2) Theodorus, & Maris. *Anast.*

Damnatus est Arii Taleja, oratio ejus dissoluta quasi sotadici poetæ. Pro Eusebio Nicomediens. Amphion electus, pro Theognide Nicææ Christianus. Eusebius Pamphili initio dubitabat, postea assensus est, & ad Eccles. suam de ea re scripsit.

Cap. XIX. Altero conventu de paschate eadem die celebrando actum est. Tertio de Meltio hæresiararcha decretum, ut nudum Episcopi nomen haberet.

Nicænum Concilium Vol. 1. Concil. pag. 339. Edit. 3. Cum convenisset hoc sanctum, & magnum Concilium apud Nicæam Bithyniæ Civitatem Constantino Aug. & Licinio Cæs. consulatu Paulini, & Juliani XIII. Kalend. Jul. apud Græcos XIX. die mensis Δεσις secundum Alexandriam 31. æra 363. & placuit, ut mitterentur ad Episcopum Urbis Rom. Silvestrum.

Ex Nicephoro Callisto Lib. 3. cap. 26. Histor. Eccl. Tempus porro Synodi incidit in XI. Maii indiēt. 3. & Consulatum Paulini, & Juliani ann. 636.* Alexandri Macedonis, 20. Constantini, ab initio Britannici Imperii, a Constantinop. sive Byzantino 13.

De LXX. Capitulis Nicæni Concilii, vide *epist. Ægyptiorum ad Marcum Papam Vol. 1. Concil. pag. 380. edit. 3. & Marci epist. ad eisdem pag. 381.*

Synodus prima Nicææ 318. Sanctorum Patrum anno Imper. Constantini nono, ex Byzantino adventu anno quinto, ab Alexandri Macedonis morte anno 436.* ut Socrates ait. Præfuerunt Silvester Romæ, Metrophanes Byzantii, Alexander Alexandria, Eustathius Antiochiæ, Macarius Hierosolymorum adversus Arium impie dicentem: „ Deum verbum esse creaturam, & alterius substantiæ, quam Pater, & „ aliquando fuisse quando non erat “. *Hæc Incertus in Chronico apud Alexium Aristenum minorem.*

De quibusdam capitulis Concilii Nicæni vide in *Concil. Carthag. VI. pag. 565. vol. 1. Concil. edit. 3. & pag. 588. eod. in epist. Concil. ad Bonif. Papam. Canones Concilii Nicæni missi ab Orientalibus in Africam pag. 567. eod. De eadem re epist. Cyrilli Alexandrini Episcopi ad Concilium Africanum pag. 589. eod. Item Attici Episcopi Constantinopolitani, p. ead. Fides Concilii Nicæni, pag. 590. eod. Item epist. Concil. Africani ad Celestinum Papam de Canonibus Concilii Nicæni pag. 590. eod.*

Anastasius biblioth. ex Theophane. Arius cum in synodo præfens addiceretur Eusebius Nicomediensis, & Theodorus, & Maris, & Narcisus, & Theophanes, & Patrophilus hunc defendere moliebantur, qui componentes fidei verbum blasphemum synodo porrexere. Quod cum dirum esset, hi, qui facere illud, reversi, damnare Arium, exceptis Secundo Ptolemaidis Ægypti, & Theona Marmaricæ, quibus cum Ario repulsis, & anathematizatis, sanctum symbolum fidei dictare, subscribentes omnes cum Imp. & laude dicta dissolutus est coetus. Anno, quo Byzantium cœpit ædificari, celebrata est sancta synodus.

Incertus minor. A Christo ad primam synodum anni 318. a prima ad secundam anni 52.

SECUNDA UNIVERSALIS SYNODUS.

Ex Incerto. Postea Constantinopoli convenit sancta universalis secunda synodus adversus Macedonium sancti spiritus hostem. CL. Patres interfuerunt, quibus præfuerunt Damasus Romanus, Nectarius CP. Cyrillus Hierosolm. Timotheus Alexandrinus, Meletius Antiocheus, Gregorius Nissenus, Amphilocheus Iconii, Gelasius Cæsareæ Palæstinæ, & Gregorius Theologus, postea CP. qui in eadem synodo seditione orta auditus est ex altiori loco. Fuerat Macedonius CP. Episcopus, & impie profitebatur non esse Deum, sed creaturam Spiritum Sanctum, & non esse ejusdem substantiæ cum Patre, & Filio. Hunc igitur cum Sabellio Libyæ, & Apollinario Laodiceno, & aliis sectatoribus damnavit anathemate sacra synodus, &c. Contra eos synodus sensit habuisse Christum animam ejusdem substantiæ cum hominum animis, verumque Deum esse, ac fuisse, ac Spiritum Sanctum ejusdem substantiæ cum Patre, & Filio, ejusdemque divinitatis, ac potestatis, ut in symbolo conscripserunt, quod ejusdem spiritus gratia conscripserunt.

Ex Photio, sive Incerto. Secunda Œcumenica synodus habita est CP. sub Imp. Theodosio Magno anno XVI. Convenerunt Patres CL. cui synodo præfuerunt Damasus Romanus, Nectarius CP. Cyrillus Hierosol. Timotheus Alexandr. Gregorius Nysses, & Gregorius Theologus postea CP. qui in seditione illic orta ascendit ad sedem altiore, ac legit pacis verba, & post concilium Nazianzum reversus est. Convenerunt hi Patres adversus Macedonium CP. Episcopum, qui impie dicebat Spiritum Sanctum Deum non esse, sed creaturam, neque ejusdem cum patre, & filio substantiæ, simili infania atque Arius. Hunc igitur cum Sabellio Libyco, & Apollinario Laodiceno, & eorum complices damnavit sacra synodus. Dicebant autem hi corpus Domini nostri Jesu Christi anima caruisse, & sine mente fuisse, & divinitatem commortuam triduo fuisse. Contra sacri Patres Christum animam, & mentem habuisse, ut ceteros homines, & ejusdem substantiæ, Deumque verum fuisse, & esse semper ac Spiritum sanctum ejusdem substantiæ cum patre, & filio, & ejusdem divinitatis, ac potestatis, ut in symbolo fidei apparet, quod ejusdem Spiritus sanctis gratia confecerunt.

Ex Synodico. Sub Theodosio Magno Constantinopoli cum Agelius Arianis, Gregorius Theologus orthodoxis esset præfectus, habita est synodus CL. Patrum secunda universalis dicta, cui præfuerunt Timotheus Alexandrinus, Cyrillus Hierosol. qui discesserat a Silvano, aliique Spiritus sancti hostibus sex & triginta. Depositi que sunt ex Bithynia Theognius, & Eusebius, & Patrophilus, & Ætius ex Palæstina, atque Paulinus, & Gregorius ex Phœnicia, & Theodorus, atque Georgius ex Cilicia, & Narcissus, & Atha-

& Athanasius, & Menophantius ex Epheso, & Pirinthus, & Theodorus, & Marcellus ex Ancyra, & Apollinarius, ac Maximus, quique ab eo ordinati sunt.

Matthæus Monachus. Secunda universalis synodus habita est anno secundo Imperii magni Theodosii post Nicænam annis LII. Constantinopoli a CL. Patribus, Præsides fuerunt Timotheus Alexandrinus, & Meletius Antiochenus, ac Cyrillus Hierosol. item Nestarius paulo ante catechumenus, mox CP. Episcopus, cum his Gregorius Nyssæ in Cappadocia Episcopus, & Gregorius Theologus, qui ob seditionem relicta sede Nazianzum reversus est. Damasus quoque Romanus sentire se cum ceteris ostendit. Hæc igitur synodus damnavit Macedonium olim CP. Episcopum, & professa est pari adoratione colendum Spiritum sanctum cum Patre & Filio utpote Deum verum. Item Apollinarianam amentem, qui negabat carnem Domini nostri animam habuisse, ac mentem humanam. Fecit item canones septem.

Pfellus.

Trid. 2. Te quoque Constantinopolis, octavus honorat. Secunda autem sacrarum synodorum facta est, ut tradant omnes, in Constantinopoli, cum quidem Theodosius imperio bene præfecit magnus

Nestarius vero summus Pontifex ejus loci fuit, ista radicitus evulsi Macedonium, qui Spiritum ter sanctum frustra alienabat a summa deitate, & creaturam esse blasphemabat. A secunda ad tertiam anni XL. sic *Joann. Pfell. Gr.* sed in alio *Lap. Incertus* XXIX.

Photius. Ecumenicum secundum concilium CL. Episcoporum in regia civitate Præsides habuit Timotheum Alexandrinum, Meletium Antiochenum, Cyrillum Hierosol. & Nestarium nuper Neophitum mox Episcopum CP. ex concilii consensu. Interfuit etiam Gregorius Nyssæ in Cappadocia Episcopus, item Theologus. Quibus assensum præbuit Damasus Episcopus Rom. Hæc synodus Macedonium damnavit Spiritus sancti hostem olim CP. Episcopum, qui ut Arius adversus filium, sic adversus Spiritum sanctum Macedonium erectus est. Quorum scelus non minus in patrem tendebat, nam si Patris, & Filius vel Spiritus creaturæ, & servi sunt, idem quoque pater creatus est, ac de omnibus dicitur: „baptizantes eos in nom. P. & F. & S. S.“ nec creatus potest creare, aut sanctificare, aut vivificare, aut gratias conferre. Is igitur fuit sacerdotio spoliatus, & cum his, qui ei adhæserunt, communionem privatus, synodusque professa est cum Patre, & Filio simul adorandum esse Spiritum sanctum, esseque ejusdem potestatis, ac divinitatis. Erat tunc Imp. Theodosius Magnus.

Jo. Zonara. Sancta, & universalis secunda synodus habita est sub Theodosio Magno CP. convenientibus CL. Patribus adversus Spiritus san-

Tom. V.

(1) Die xxvi. *Gr. Soc.* (2) Ascolius. *Gr.* (3) Plures. *Gr.* (4) Eucheride. *Gr.* (5) Re infecta discesserunt. *Gr.* (6) *Gr. non sunt.*

eti hostes, qui canones scripserunt septem.

Theod. Balsamon. Hæc secunda universalis synodus habita est adversus Macedonium, & alios qui creaturam sanctum esse Spiritum dicebant, & negabant esse Deum, ac Patri & Filio consubstantialem.

Jo. Filii editio. Canones SS. Patrum, qui CP. convenerunt consulatu Flavii Eucherii, & Flavii Evagrii clariss. virorum VII. Idus Julias.

Prosper Aquitanicus in chronicis. Anno Christi 383. Gratiani, & Valentiniani ann. 2. Synodus Patrum CLXXX. apud CP. celebrata est contra Macedonium Spiritum sanctum Deum esse negantem Evagrio, & Eleutherio Cos. alias Syagrio, & Eucherio.

Socr. lib. IX. Cap. IV. hist. tripart. Theodosius Cæsar fit consulatu Ausonii, & Olibrii XVII. Januarii. *Theodoritus.* Constantinopoli convocavit statim Episcopos.

Sozomen. Cap. VII. Gregorius Nazianzenus communi decreto multorum Episcoporum CP. translatus in parvo oratorio sacra celebravit, quæ postea Basilicæ magnæ conjuncta Anastasia dicta est.

Socrates Cap. X. Demophilus Arianus jussu Imperatoris CP. reliquit Gregorio, & Lucius Alexandria pulsus post XL. annos, quam tyrannidem in Ecclesiis exercuerant. Egressi quinto consulatu Gratiani, & Theodosii primo Mense Novembris (1).

Theodorit. Cap. XII. Cum Episcopi CL. fuissent CP. congregati, Imp. Meletium ex Somnio cognovit.

Socrates. Ut etiam CP. Episcopus crearetur, vocavit CP. Episcopos etiam Macedonianos, ut eos lucraretur, si posset. Ex homousianis venerunt Timotheus Alexandrinus, Cyrillus Hierosol. respiciens ex veteri errore Meletius Antiochiæ, Acholius (2) Thessaloniciæ, & alii plures, omnes CL. Macedonianis præerat Eleusius Cyzici, & Marcianus Lampfaci, omnes xxxvii. ex civitatibus Helleponti (3). Convenerunt Mense Majo Eleutherio (4), & Evagrio Cos. Actum est cum Macedonianis, ut servarent cum Liberio transacta per Eust. & alios Legatos (5).

Cap. XIII. Gregorium Nazianzum redeunte, [Timotheus (6) Alexandrinus Petri successor curabat, ut Maximus Cynicus ordinaretur Episcopus, qui Apollinaris vesania tenebatur. Sed qui cum Gregorio communicabant, & maxime Ægyptii hoc averfati] Nestarium (7) elegerunt, [Maximusque depositus est]. Tunc Canon est promulgatus, ut Constantinopolitanus Episcopus haberet honoris privilegia post Rom. Pont. cum sit nova Roma. Confirmata est Nicææ fides, & Patriarchæ constituti, distribuentes singulis Provincias. Nestario data est maxima Civitas Constantinopol. & Thracia. Pontica Diocesis Helladio, qui post Basilium fuit. Cæsarea (8) Cappadocia, Gregorio Nysseno (9) Basilii filii

(7) Prætozem ex consulari genere. *Gr.*

(8) Episcopus Cæsareæ Cappadociæ. *Gr.*

(9) Nyssa Cappadociæ. *Gr.*

Idem lib. 5. c. 2. Hist. Eccl.

Soc. lib. 5. c. 7. & 5. Soz. lib. 7. c. 5.

Soc. lib. 5. c. 7. Hist. Eccl. Soz. d. 6. 5.

Idem Theod. lib. 5. c. 7. Hist. Eccl.

Soc. lib. 5. c. 8.

Ibid.

filii Germano. Trollo (1) Melitenæ Armeniæ
jus Patriarchæ. Asianam diocesim Iconii Am-
philochio. Optimo Antiochiæ Pisidiæ Ægy-
ptum Timotheo Alexandria. Orientalium Ec-
clesiarum Pelagio Laodiceæ, & Diodoro Tarsi,
Antiochenæ Ecclesiæ privilegia reservantes, &
Meletio ejus Episcopo. Si quid in Provincia e-
mergeret, provinciæ concilio finiretur (2).

*Nicephorus Constantinopolitanus Episcopus
in Chronicis.* Anno secundo Theodosii Magni
coacta fuit secunda Synodus Constantinopolit.
CL. Patrum. Hierosolymis Episcopus Christianus
XLIII. post Imperatores christianos tertius
Cyrillus; fuit autem Macarius primus, cui Ma-
ximus successit, huic Cyrillus. Hic expulsus fuit
ab Arianis, revocatus tempore Gratiani, in se-
cunda Synodo Constantinopolitana fuit. Sedit
ann. XLII. Constantinopolit. Episcopus XXXII.
Nestarius axiomaticus a Patribus CL. baptiza-
tur, & ordinatur Episcopus ann. XVI. mens. III.
Alexandrinorum Episcopus XXVI. Timotheus,
qui in secunda Synodo fuit ann. VIII. Antioche-
norum Episcopus XXXII. Meletius confessor ex-
pulsus a Valente ann. XXV. XXXIII. Euzojus A-
rianus ann. XXXIV. Meletius rursus cum
fuisset in conventu secundæ Synodi Constanti-
nopolitanae,

Theodoritus lib. V. cap. VIII. Historia Eccl.
Degebat tum Constantinopol. [Gregorius] Na-
zianzi olim Episcopus, ei Meletius eam eccle-
siam confirmavit, neglecto canone, qui muta-
tiones veraret propter ambitionem Episcoporum,
nec multo post ipse Meletius ad dominum mi-
gravit. Verum Timotheus Alexandrinus, qui
Petro Athanasii successoris successus erat in lo-
cum Gregorii Thaumaturgi, Maximum Cyni-
cum consecravit, qui Apollinaris (3) morbo te-
nebatur. Hoc detestati sunt Hæliadius Basilii
Magni successor, Gregorius, & Petrus Basilii
fratres, & Amphilocheus Lycaonum Antistes,
& Diodorus (4) Pisidarum, & (5) Cilicum. Item
Pelagius Laodicensis, & Eulegius Edessanus, &
Acacius, & noster Isidorus, & Cyrillus Hiero-
solymitanus, & Gelasius Cæsariensis Palæstinae,
aliique permulti. Hi omnes ab Ægyptiis separati
cum Magno Gregorio communicabant. Is eos
ad concordiam cohortatus cæteros se subtraxit,
& in patriam rediturum confirmavit. Ita Nestar-
ius Patriarchæ ejus successus est, Maximumque depo-
situs. Tum regulis conscriptis, & confirmata Ni-
cææ fide, sed Ecclesiæ suas sunt reverti. Acta hu-
jus concilii referuntur in literis CP. synodi post
annum congregatæ, de quibus suo loco.

Marcellin. Comes. Indiæ. ix. Eucherio, &
Syagrion Col. Sanctis CL. Patribus urbe Augu-
sta congregatis adversus Macedonium in Spi-
ritum sanctum naufragantem ab eisdem Episco-
pis sancta synodus confirmata est. Damaso scilicet
sedem Petri tenente, Constantinopoli vero
per Timotheum Alexandrinum, & Meletium
Antiochenum, & Cyrillum Hierosol. Episcopos,

(1) Trejo. *Gr.* (2) Hæc Imperator confir-
mavit. *Gr.*

Nestario ex pagano protinus baptizato, & in
præfata synodo ordinato.

Sozom. lib. VII. Cap. VII. Hist. Eccl. L.
Theodosius concilium Episcoporum convoca-
vit, partim ut Nicæni concilii decreta confirma-
rentur, partim ut ordinaretur CP. Episcopus,
partim ut Macedonianos cum Ecclesia catholi-
ca conciliaret. Convenerunt ex catholicis fere
CL. ex Macedonianis 36. fere, ex Helleponto,
quibus præerant Eleusius Cyzici, Marcianus
Lampfaci Episcopi, Catholicis Timotheus Ale-
xandriae Petri, fratris successor, & Meletius An-
tiochiæ, qui ob Gregorii ordinationem CP. ve-
nerat, & Cyrillus Hierosol. olim Macedonianus,
cum his erant Ascholius Tessalonicens. Diodo-
rus Tarsen. Acacius Berocensis. Hi Macedonia-
nos ut respicerent hortabantur, recusantes,
quod venissent contra fidem datam Liberio Pa-
pæ per Eustathium, Silvanum, & Theophilum.
Sed mox omnes inde recesserunt. Gregorius quo-
que Ecclesiam Constantinopol. commendatam
reliquit, & Nazianzum alio Episcopo creditam
recepit.

*Cap. VIII. L. De Nestarii nondum baptizati
electione.*

Cap. IX. L. In conventu fides Nicæna confir-
matur, & quædam statuuntur de Episcopis in
suis Ecclesiis, non in alienis officium suum ad im-
plere debentibus, & ut synodus haberetur in
singulis Provinciis, & de primatu post Romam
CP. maximum neque fuisse, neque esse Episco-
pum, nec clericos ab eo ordinatos. Imp. iussit ut
omnes idem sentirent cum Nicæna synodo, &
cum Nestario CP. cum Timotheo Alexandriae
in Ægypto, in Oriente cum Diodoro Tarsensi,
& Pelagio Laodicensi, in Syria, in Asia cum Am-
philochio Iconii, in Ponto vero a Bithynia ad
Armeniam cum Helladio Cæsarien. in Cappado-
cia, & Gregorio Nyssæ, & Otreino Melitenes,
in Thracia, & Scythia cum Terentio Tomo-
rum, & Martyrio Marcianopolis.

Isidorus in prologo conciliorum. Secunda sy-
nodus CL. Patrum sub Theodosio seniore CP.
congregata est, quæ Macedonium Spiritum
sanctum Deum esse negantem condemnans con-
substantialem Patri & Filio eundem Spiritum
sanctum demonstravit dans latius symboli for-
mam, quam tota Græcorum, & Latinorum con-
fessio in Ecclesiis prædicat.

In alio prologo. Secunda CP. CL. Patrum
contra Macedonium CP. Episcopum, qui nega-
bat Spiritum sanctum Deum esse, temporibus
Gratiani, & Theodosii Principum Damasi Papæ
Rom. Cyrilli Hierosol. Nestarii CP. qui con-
demnata hac hæresi statuerunt canones tres,
quorum maxime auctor Nestarius CP. Episco-
pus fuit.

Constantinopolitanum Concilium I. habi-
tum a CL. Episcopis cum Theodosio majore
Syagrion, & Eucherio Col. æra 419. adversus
Macedonium. Extat Vol. I. concil. p. 381. edit. 3.

Ex

(3) Apollinari. *Greg.* (4) Optimus. *Greg.*
(5) Diodorus. *Gr.*

Ex Nic. Call. lib. XII. c. X. eadem quæ supra.

Ann. V. Tb. Anst.
Ex Theophanis historia. Hoc anno universalis synodus secunda habita est CL. orthodoxorum Patrum CP. sub Theodosio magno coacta ad confirmationem Nicænæ. Erant ex Macedonianis 36. quibus Eleusius præfuit, aliis 150. Timotheus Alexandrinus, Meletius Antiochenus, Cyrillus Hierosol. & Divus Gregorius CP. & cum convincerentur Macedoniani dedisse libellum penitentiae Liberio Papæ per Silvanum, in quo Nicænæ fidem tuebantur, nunc variare dicebantur, sed ipsi discesserunt. Concilium eis damnatis Gregorio sedem CP. confirmavit, & postea recusante Nestarius eligitur ab Imp. & a synodo, erat is ex Tarso vir Prætorius nondum baptizatus. Hæc synodus symbolo adjecit de Spiritu sancto & canones edidit, in quo de privilegiis CP. utpote novæ Romæ. Interfuit Gregorius Nysseni, Pelagius Laodiceæ, Eulogius Edeffæ, & Amphilocheus Iconii. Damnavit autem Arium, & Eusebium Nicomediæ, & Euzojum, & Acacium, & Theognim, & Euphronium, & reliquos hæreticos, & in his Macedonium Spiritus sancti hostem, & Eudoxium, & Ætium, & Eunomium deposuit.

Ex Incerto apud Alexium Aristenum minore. Secunda Synodus habita est CP. a CL. Patribus aon. 2. Theodosii Imp. cui præfuerunt Timotheus Alexandria, Meletius Antiocheæ, Cyrillus Hierosolymorum adversus Macedonium.

Ex Incerto minore. A prima synodo ad secundam, quæ sub Theodosio Magno Imp. CP. a CL. Patribus anni LII.

A secunda ad tertiam anni 41.

TERTIA UNIVERSALIS SYNODUS.

Incertus. Tertia universalis synodus convenit Ephesi, quæ Ephesina prior dicitur sub Theodosio minore. Præfuerunt Cyrillus Alexandrinus, Cælestinus Romanus, Juvenalis Hierosol. & Memnon Ephesus adversus Nestorium CP. qui Christum ut tantum hominem adorabat, eumque dividebat, negans Deum carnem suscepisse, duos filios duasque hypostates alterum a Patre genitum, alterum ex Maria natum. Itaque eam dici non posse Dei genitricem, sed Christi. Hunc igitur, ut Judæorum more credentem deposuit sancta synodus, & decrevit Mariam Virginem recte appellari Θεοτόκον, Matremque vere peperisse Deum, & hominem Dominum Nostrum Jesum Christum Deum verum, filiumque Dei veri. Sed Joannes Antiochenus Nestorium depositum recepit, moleste ferens eo absente synodum illum damnasse; quamobrem multos Episcopos congregavit, in quibus Theodoritum Tyri, & Iban Edeffæ urbis, ac depositionem arguebat Cyrilli, ac Memnonis Ephesi, ut non secundum canones Ecclesiæ actæ. Contra alii ex synodo sentiebant. In hac Patrum divisione, ac seditione inter Ægyptios, & Orientales Imperator pacem effecit, ac damnatio approbata est ab omnibus.

Photius, sive alius. Tertia cœcumenica synodus Ephesi habita est CC. Patrum sub Theodosio minore, qui annos XLII. menses duos imperavit. Præfuerunt Cyrillus Alexandrinus, Cæle-

stinus Romanus, Juvenalis Hierosol. Memnon Ephesus adversus Nestorium CP. qui impie Christum separabat, hominemque tantum fatebatur carnem suscepisse non Deum, duos filios, duas personas assererat, alium ex Patre Deo verbum, alium ex Maria natum, quam negabat esse Dei genitricem, sed Christi. Quamobrem in his perseverantem deposuit sancta synodus, & professa est vere Dei Matrem esse Mariam Virginem, Deumque peperisse, eundemque esse Deum verum, ac Dei filium. Joannes autem Antiochiæ Episcopus illum damnatum recepit, moleste ferens, quod non fuerit expectatus, ac cum multis Episcopis, in quibus erat Theodoritus Tyri, & Ibas Edeffæ adversus eam depositionem a Cyrillo, & Memnone factam, multa dicebat. Contra hi, qui cum Cyrillo remanserant, illum se immodeste gerere, & adversus omnes eas impedire synodi acta. Ita contentio orta est inter Orientales, atque Ægyptios, sedata autem ab Imperatore Nestorius in Oasin relegatus est.

A tertia synodo ad quartam anni xxx. sive ut alibi est xlix.

Ex Synodico. Imp. Theodosius minor Ephesi CC. Patrum synodum tertiam cœcumenicam congregari mandavit. Cui Cyrillus præfuit Apostolorum patrocinio (Apostolici Vicarius) sed Joannes Antiochenus ex Syria cum aliis Nestorium juvabant, sed sancta Synodus prævaluit, & Nestorium deposuit, atque anathemati subjecit, dicitque recte Mariam Virginem Θεοτόκον decrevit, & unam esse Christi personam Dei, hominisque decrevit. A Joanne quoque in Antiochena Synodo itidem damnatus est Nestorius, duasque naturas in Christo unitas declaratum est, qua de re a Cyrillo aliud timente, Deo habita est gratia.

Matthæus Monachus. Tertia universalis Synodus habita est anno xlii. Theodosii minoris Ephesi in Asia CC. Patrum anno xlii. post secundam. Huic præfuerunt Cyrillus Alexandrinus, & Cælestini veteris urbis Romæ Vicarius, ac Juvenalis Hierosol. & Memnon Ephesus adversus Nestorium Constantinopolitanum, quod Jesum Christum Dominum Nostrum in duos dividebat filios, alterum purum Hominem, alterum solum Deum, & ideo negabat Mariam fuisse Dei genitricem, sed Hominis. Contra Synodus declaravit unitatem unius Personæ Christi Dei, atque Hominis, & duas naturas, nec non Mariam recte Θεοτόκον dici oportere. Nestorium anathemati subjecit, & canones conscripsit octo.

Psellus.

A tertia Synodus facta est in Epheso Theodosio Juniore digne tunc dominante, Contra vaniloquum, & improbum Nestorium, Qui Dei incarnationem nullo modo recipiobat, Et nudum hominem Christum delirabat, Et contra firmam unionem Dei blasphemabat, Christi param dicendo, non Dei param, Quæ Deum peperit, dominam Mariam Virginem.

A tertia usque ad quartam anni sunt xxx. sic Jo. Psell. Gr. Incertus xlii.

Photius. Ephesi in Asia sanctorum cœcumenicum

tertium Concilium habitum est CC. Patrum, Præsides fuerunt Cyrillus Alexandrinus, Cælestini Romani Pontificis vice, & Memnon Ephesiorum, ac Hierosol. Juvenalis adversus Nestorium. Erat hic ex Antiochia apud Orontem, & Constantinopolitanus Episcopus, Diodori, & Theodori discipulus, unum Dominum Nostrium Jesum Christum separabat in personas duas Deum sine humanitate, & hominem sine divinitate, ne cogeretur fateri Deum in divinitate passum. Sic Matrem Dei genitricem negabat. Hic a Synodo depositus, & anathemati subjectus est. Decrevitque eadem Synodus Christum Dominum in una eademque persona adorandum, ejusque Matrem Θεοτόκον esse appellandam. Erat tunc Imperator Theodosius minor.

Joannes Zonaras. Tertia universalis Synodus habita est sub Theodosio minore Ephesi a CC. Patribus adversus Nestorium, qui hominem tantum esse Christum dicebat habitu solo unitum divinitati, nec matrem ejus dici posse Θεοτόκον, sed Χριστοτόκον, sed eum synodus deposuit. Præfuit Cyrillus Alexandrinus locum Cælestini veteris Romæ Papæ tenens, ac Memnon Ephesius. Damnatus est, atque depositus Nestorius CP. Patriarcha. Sed post tres dies Joannes Antiochenus Patriarcha cum aliis Episcopis, quibus præerant, Theodoritus Cyri, & Ibas Edefæ, inique ferentes, quod non fuerint expectati, in Cyrillum, & Memnona ferebantur, sed & idem Theodosius in XII. capita Cyrilli scripsit, & Ibas epistolam quamdam, quibus favere Nestorio videbantur.

Theodorus Balsamon. In eadem sententiam scribit, additque Joannem Antiochenum in Cyrillum, & Memnona sententiam depositionis tulisse. Cyrillum, & alios Patres Joannem, & xxx. Episcopos communionem privassent. Capita XII. Theodori, & Epist. Ibas in quarta Synodo (sed scribe quinta) damnata. Fit etiam mentio Cælestini hæretici, quasi Nestoriani cum Cælestino sentirent jam antea damnato.

Photius in bibliotheca Cap. XVI. Acta III. Synodi continent fere epistolas Cyrilli, & Nestorii.

Jo. Tili editio. Canonis CC. SS. Patrum Ephesi collectorum post consulatum Flavii Theodosii XIII. & Flavii Valentiniani, tertium semper Augustorum x. Kal. Julias.

Prosper Aquitanus in Chronicis. Anno Christi 434. Theodosii Imp. ann. 8. Basso, & Antiocho Col. congregata apud Ephesum plus CC. Synodus Episcoporum, Nestorius cum multis nominis sui, & Pelagianis damnatur.

Socrat. Lib. XII. cap. IV. hist. tripart. Defuncto Sisinio CP. Imperatores ab Antiochia evocarunt Nestorium genere Germanicensem bonæ vocis, & eloquentem, & callitate præcipuum. Ordinatus x. Apr. Felice, & Tauro Col. ad Imp. dixit satis arroganter: „ Da mihi Imper. terram purgatam hæreticis, & ego tibi cælum tribuam. Debella mecum hæreticos, ego tecum

„ Persas vincam“. Hic omnes hæreticos vehementer vexabat, sed tandem in hæresim incidit.

Nam cum Anastasius presbyter ex Antiochia ejus consiliarius, & contubernalis publice vetaret Mariam Dei genitricem appellari, orto tumultu, & murmuratione, Nestorius arripuit eam opinionem defendendam, & ita loquebatur, ut videretur cum Paulo Samosateno, & Photino negare Christum esse Deum, vel parum dicere hominem. A veterum Patrum læsione abhorrebat, illis se præferens. At ostendebatur Eusebius Lib. III. de vita Constantini de Helena Aug. dixisse locum, in quo Dei genitrix peperit, adornavit, & Origenes I. tomo de Epist. Pauli ad Romanos quomodo Dei genitrix dicatur, animadvertit.

Cap. V. Non multo post tempore jussu Principis Episcopi Ephesum venerunt frequentes, ac Nestorius post paschale festum cum maxima multitudine. Cyrillus Alexandrinus circa Pentecosten occurrit, ac Juvenalis Hierosol. quinto post Pentecosten die. Expectato diu Joannes Antiocheno Cyrillus Nestoriana quædam impia collegerat (ut cum (1) negat) bimestrem, aut trimestrem dicere Deum (2) posse. Cyrillus igitur cum suis facto concilio Nestorium vocat. Ille differt, ut adsit Jo. Antiochenus. Ita ab omnibus damnatus est; ac Nestoriani Cyrillum, & Memnonem Ephesiorum Episcopum. Venit etiam Joannes Antioch. iratus in Cyrillum quod eum non expectaverit, sed a Cyrillo, & Juvenali is quoque damnatur. Nestorius tandem putans sedari posse tumultum, dicebat: „ age dicatur Maria Dei genitrix, & pax sit Ecclesiis“, sed ut fictus poenitens non recipitur, immo in Oasim est relegatus. Hæc gesta sunt XXVIII. Junii Basso, & Antiocho Col.

Nicephorus Monachus in Hist. Eccl. post Tripart. Sisinio defuncto Nestorius CP. fit Episcopus. Homeliam de fide protulit sincello suo præcipiens, ut hanc coram Ecclesia prædicaret, Dei genitricem Mariam vocet nemo. Ab homine Deum gigni non posse. Hoc primus reprehendit Eusebius Scholasticus (3) Augustæ. Postea Probus præsentem Nestorio dixit homeliã in laudem Dei genitricis, cujus initium est: *Virginis solemnitas hodie*. Compertis Nestorii flagitiis Cyrillus Alexandria Episcopus (4) eum admonet, ut resipiscat; contra Nestorius superbe, & impie rescribit. Cyrillus Cælestino Papæ Rom. Nestorii voces desert, & scripta mittit. Cælestinus Nestorio jubet, ut nisi intra decem dies discedat ab hæresi prolata, & eam derestetur, ab omnium communionem privetur. De eadem re Cælestinus, atque Cyrillus Antiocheno, & Hierosolymitano Archiepiscopis scribunt. Joannes Antiochenus idem luadet Nestorio, quod ceteri. At Nestorius ab Imp. literas impetrat adversus Cyrillum, ut eum a seditione amoveret. Sed dum putat ignem extinguere, magis adversus se incendit Cyrillum, qui & Imperatori, & ioribus

(4) Una, atque altera Episc. Niceph. Callist. cap. 33.

Idem lib. 7. e. 29. Hist. Eccl. Eadem refert Liberatus de causa Nestoriana e. 4. (vol. 2. Conc. p. 100. edit. 2.)

(1) Nestorius ait. Gr. (2) Non. Gr. (3) Rhetor. Niceph. Callist. lib. 4. cap. 32.

Ibid. e. 32.

Hæc refert Niceph. Callist. lib. 14. cap. 32.

Ibid. e. 34. al. 37. L. Socr. Callist. c. 34. Liberatus. e. 3. ubi sup. p. 101.

Anast. ead.

ribus ejus scripsit adversus Nestorium multa, & concilium universale impetravit. Namque Theodosius jussit Episcopis, ut Ephesum convenirent post Pascha, aut saltem die Pentecostes.

Idem Cal-
list. c. 34. &
Anast.

Cælestinus Cyrillo, ut vice sua præsideret concilio mandavit. Itaque anno xxv. Theodosii Ephesi tertia Synodus est celebrata. At Jo. Antiochenus, & Orientales dicta die Pentecostes non adfuerunt, & xvi. die post eam adfuit Nestorius cum multis xx. Junii synodus celebrata est, Nestorio Cyrillo, & Juvenali præsentibus (sed malo præsentibus). Cum Cyrillus Nestorium cœpisset convincere disputationibus, Nestorius ait, Ego numquam dicam Deum fuisse bimestrem, aut trimestrem, & non amplius vobiscum ero. Discessit cum sex Episcopis. At postera die Cyrillus cum suis tres mittit Episcopos ad Nestorium, ut veniat, quater denique vocatus non venit, sed vocantes injuriis, & contumeliis male tractavit. Tum a Synodo depositus est, & depositio intimata. Post hæc tertio die adfuit Jo. Antiochenus cum xxvi. Episcopis. Hi cum Nestorio sedentes Cyrillum & Memnonem Ephesum deponunt. Tum Theodoretus in duodecim capita Cyrilli invehitur est, cui Cyrillus contra scripsit. Post hæc Jo. a Synodo ter vocatus cum ceteris cum eo convenientibus, donec resipiscerent, communionem privati sunt. Acta ab eis adversus Cyrillum, & Memnonem irrita esse, ac null. Quæ cum Imperator accepisset, jubet Episcopos utriusque partis adesse CP. quibus auditis vicite Synodum adversus Nestorium visum est, ejusque depositio confirmatur, & Maximianus sufficitur Episcopus.

Sic etiam
Anast.

Nicephorus CP. Episcopus in *Chronicis*. Theodosius minor ann. xlii. mens. vi. Sub hoc celebrata fuit Synodus tertia Ephesi CC. Patrum. Hierosolymis Christianus Episcopus xlvii. Juvenalis, qui fuit in duabus Synodis Ephesi, & Chalcedone ann. xxxviii.

Romanorum Episcopus xlii. Cælestinus, sub quo Ephesina Synodus ann. xxi. Alexandrinorum Episcopus xxviii. Cyrillus, qui Ephesi in prioris synodo fuit conflata contra impium Nestorium ann. xxxii.

Antiochenorum Episcopus xxxviii. Joannes, qui fuit in tertia synodo Ephesi ann. xviii.

Niceph. Cal-
list. lib. 4. c.
34. Vol. 1.
Concil. p.
548. add. 3.

Evagrius Scholasticus *Tomo I. Cap. II. Hist. Eccl.* Nestorio Episcopo CP. Anastasius Presbyter Nestorio popularis, & coninastus (1) ante Sacerdotiū, e Theodori Mopsuestiæ (libris (2)) proposuit populo (3) Mariam Virginem Dei genitricem dici non debere, cum homo fuerit, cum ea vox populo tumultum creasset, Nestorius Anastasium defendit, quin potius addidit, Deum bimestrem, aut trimestrem dici non posse, quod apud Socratem, & Ephesinam synodum legimus.

Cap. III. Cyrillus id per literas reprehendit, is contra superbe rescribit, ille ad Cælestinum Rom. Episcopum defert, hic detestatus a Theodosio minore impetrat synodum Ephesi cogi.

(1) Comes. L. & Niceph. (2) Sermone. L. & Nic. (3) Teste epistola. Theoduli, & Nic.

Dies præstitutus est. Pentecostes dies. Cyrillus cum suis ante diem convenit. Nestorius vicinus abest, item Joannes Antiochenus, qui præcinto viro aberat xxx. dierum ter, & Episcopi subiecti ab eo xii.

Cap. IV. Post Pentecosten die xv. Cyrillo locum Cælestini tenente vocatur Nestorius, ut se defenderet. Sed is voluit accedere, cum ter esset vocatus, & cum adesset Memnon Ephesiorum Episcopus xvi. die lectis epistolis Cyrilli ad Nestorium, & Nestorii ad Cyrillum, & Cælestini ad eundem Nestorium, & testimoniis auditis Theodoti Episcopi Ancyrae, & Acacii Melitrenes de verbis impiis Nestorii, ac recitatis sacris scripturis, quæ ostenderent hæresim esse eam a Nestorio prolatam, aliisque ejusdem scriptis in eandem sententiam; sententia in eum prolata est depositionis ab Evagrion (4) relata.

Cap. V. Lata sententia (5) Ephesum venit. Joannes Antiochenus cum suis, & Cyrillum, & Memnona deponit, non ut Socrates scribit, ante adventum Joannis, quod ex libellis synodo datis a Cyrillo, & Memnona constat. Joannes vero cum suis & a communionem, & a Sacerdotio amoventur a synodo. Theodosius damnationem Nestorii confirmat, & seditionem commotam sedat.

Cap. VI. Cyrillus (6) cum a Paulo Episcopo Emessæ accepisset Alexandriae Joannis literas, valde laudavit, & scripsit illa verba: „ Latentur cæli, &c. “ quæ Evagrius refert integra.

Marcellinus Comes. Nestorius Antiochiæ natus vir satis quidem eloquentiæ, sapientiæ vero parum habens CP. fit Episcopus Ind. xi. Felice, & Tauro Col. Ind. xiii. Theodosii xiii. Valentiniano III. Col. Theodosius Imp. Tricennalia gessit. Cælestinus Romanæ arcis Pontifex Nestorio pravitate Episcopo per epistolam suam datis x. dierum induitiis, vel poenitenti veniam, vel dissentienti damnationem denunciavit. Idem Nestorius, a quo Nestoriana perfidia apud Ephesum CC. SS. Patrum in synodo condemnatus est. Cælestino Cyrillum Alexand. Episcopum, pro tempore Vicarum ei denuntiantem, in locum Nestorii Maximianus Episcopus est surrogatus.

Ex libro Trident. pag. 21.

Non tacet hoc divo fulgens Ephesina tropheo Theodosii, calcans dogmata Nestorii.

Ex Isidoro in prologo concil. Tertia Synodus est Ephesina prima CC. Episcoporum sub Junio Theodosio Aug. edita, quæ Nestorium duas personas in Christo asserentem justo anathemate condemnavit, ostendens manere in duabus naturis unam Domini Nostri Jesu Christi personam.

Ex alia prologo. Tertia Ephesi CC. Patrum contra Nestorium CP. Episcopum, qui dicebat B. Virginem Mariam non Dei, sed hominis tantum genitricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret divinitatis temporibus Theodosii Magni Prin-

(4) Et Callist. cap. 35. (5) Post v. dies. L. (6) Post iv. ann. a damnatione Nest. Anast.

Principis, Cælestini Papæ Rom. Juvenalis Hierosol. Cyrilli Alexandrini, qui XII. capitula contra Nestorij blasphemias, rabiem totidemque capitula auctore eodem S. Cyrillo anathematizando conscripserunt.

Ex incerto chronico apud Alexium Aristenum minorem. Tertia synodus Ephesi CC. Patrum ann. 13. Theodosij minoris. Præfuerunt Cyrillus Alexandræ, & Juvenalis Hierosolymorum adversus Nestorium.

Cælestini Papæ ad Ephesinam synodum epist. fragment. (pag. 597. vol. 1. Concil. edit. 1.) Spiritus Sancti testatur præsentia &c.

Nicephorus Callistus lib. XIV. Cap. XXXIV. Hist. Eccl. pag. 600. ead. Cælestinus Cyrillo vires suas commisit, ex quo fama est mitram illum, & Papæ appellationem, & ut [œcumenicus sive] orbis universi Judex vocaretur, quod in posteros ajunt manasse.

XX. Junii die Episcopi CXXX. a condito mundo 4915. a secunda Synodo XLI. anno inierunt.

Cap. XXXV. Cyrillus, & Memnon postquam libellos suos synodo, quæ cum eis congregata fuit, abstulerunt, quamvis Socrates per ignorantiam aliter scripserit, Joannes una cum suis evocatus est.

Canones CC. Patrum, qui Ephesi conveniunt post consul. Fl. Theodosij XIV. & Fl. Valentiniani III. semper Augg. x. Kal. Jul. &c. pag. 603. ead.

Ex incerto minori. A secunda synodo ad tertiam, quæ habita est sub Theodosio minore Ephesi a CC. Patribus anni XLI. A tertia ad quartam anni XXX.

Liberatus Cap. IV. & V. De Causa Nestoriana ex Socrate Lib. XII. Cap. IV. & V. Hist. Eccl. Vol. 2. Concil. pag. 100. & 101. edit. 2. Scripserat Joannes ex itinere Cyrillo positus in sexta mentione &c. Damnato Nestorio Joannes, & Episcopi, qui cum eo erunt, alterum concilium apud se facientes damnaverunt Cyrillum, & cum eo Memnonem Ephesiorum Episcopum.

QUARTA UNIVERSALIS SYNODUS.

Incertus. Habita etiam est Chalcedone sancta quarta universalis Synodus DCXXX. Patrum sub Imperio Marciani, quibus præfuit Leo Romanus, Anatolius CP. Juvenalis Hierosol. Maximus Antiochenus, Anastasius Thessalonicensis, Stephanus Ephesius adversus Dioscorum Patriarcham Alexandrinum, & Eutychetem Archimandritam CP. qui incarnationem Domini Nostri Jesu Christi fere pro nihilo habebant: negabant enim ejus carnem ejusdem substantiæ, cujus nostra est, sed ex duabus naturis ita confusam esse, ut divinitas æque passa fuerit, atque humanitas. Hos igitur deposuit sancta synodus, & anathemate damnavit, ac professæ est, perfecte Deum, perfecte hominem Dominum Nostrium Jesum Christum esse duabus naturis non confusis, sed integris manentibus, neque etiam ita divisus, ut non in eadem persona essent. Nam ut anima & corpus unitæ in homine sunt, atque in una persona

non commixtis naturis, neque etiam impediuntur actiones, immo adjuvantur inter se, sic etiam Deus, & homo Christus est, unaque persona, ejusque actiones, atque passiones esse dicimus, non aliena quamvis Deus circumscribi non posset, nec pati, si divinitatis rationem habeamus. Multis postea hac de re agit, ut Theologus, quæ omisimus. In quibus dicitur vere animam Christi liberalisse animas piorum a vinculis descendens ad inferos, nititurque testimonio Petri.

Photius, sive alius. Quarta universalis synodus habita est Chalcedone DCXXX. Patrum sub Marciano, qui imperavit ann. v. Menses vi. Præfuerunt Leo Romanus, Anatolius CP. Juvenalis Hierosol. Maximus Antiochenus, Anastasius Thessalonicensis, & Stephanus Ephesius adversus Dioscorum Patr. Alexand. & Eutychetem Archimandritam CP. qui incarnationem Domini Nostri Jesu Christi ita extenuabant, ut vix speciem ejus relinquerent, cetera ut supra, ac videtur omnia dicere ex sententia synodi. Ad extremum additur hæc synodus epistolam sancti Papæ Leonis ad S. Flavianum Patr. CP. ut columnam orthodoxæ fidei suscepit. Sunt quidam dicti Theodosiani, & Jacobitæ, & Severiani, a quibusdam Theodosio, & Jacobo, & Severo, qui eadem cum Eutychete sentiunt, quos hæc sancta synodus damnat.

A quarta synodo ad quintam anni CII.

Ex Synodico. Pulcheria Augusta synodum congregari curavit, œcumenicam Chalcedone DCXXX. Patrum, quæ Eutychetem, & Dioscorum deposuit, ac duas naturas Domini Nostri Jesu Christi sine divisione, & confusione professæ est.

Matthæus Monachus. Anno post tertiam universalem synodum trigesimo quarta itidem œcumenica synodus convenit: erat is annus primus Marciani Imperat. Chalcedone in Bithynia DCXXX. Patrum. Præerant Anatolius CP. Maximus Antiochenus, Juvenalis Hierosol. & pro Leone Papa Romano Paschasianus, & Lucentius Episcopi, & Bonifacius presbyter, qui epistolam attulerunt, quam fidei columnam synodus esse indicavit, quam obrem Eutyches Archimandrita CP. & ejus Patronus Dioscorus Alexandrinus, qui in unam naturam duas naturas Christi confuderant, effugientes aliam divisionem Nestorii anathemati damnati sunt. Canones scripserunt 30.

Psellus.

Scribitur & nono jus Chalcedone coruscum. Quarta vero synodus in Chalcedone fuit Roma septem tenente Marciano principe Numero autem sacri, & reverendi Patres Triginta simul fuere supra sexcentos. Contra Eutychem infelicem, & contra Dioscorum Qui Corpus dominicum fantalicum esse impie dicebant.

A quarta usque ad quintam anni centum, & duo: sic Joannes Psell. Gr.

Photius. Quartum œcumenicum Concilium habuit præsentem Marcianum Imp. Chalcedone in Bithynia, & DCXXX. Patres. Præsides

de-

declarati sunt Anatholius Constantinopolitanus, & Pafchalinus, ac Lucentius Episcopi, & Bonifacius presbyter, hi tres pro Leone Papa Romano. Item Maximus Antiochenus, & Juvenalis Hierosol. adversus Eutichem, & ejus defensorem Dioscorum. Hi in errorem contrarium Nestorio inciderant. Unum enim dominum, Deumque nostrum ad unam naturam redigebant, neutram perfecte consentientes, sic diversus erit & a Deo patre, & a nobis. Sic hi sacerdotio privati & anathemati a synodo damnati sunt. Unum esse Christum, unam Christi personam, duas tamen naturas divinam, & humanam professi sunt, namque in miraculis Christum se Deum esse ostendit, in passionibus hominem. Ejus igitur una persona, naturæ duæ.

Joann. Zonaras. Sancta quarta œcumenica synodus habita est sub Marciano Imp. DCXXX. Patrum Chalcedone, contra Dioscorum Alexandrinum Antistitem, & Eutychen Archimandritam CP. qui fatebantur quidem Dominum Nostrum Jesum Christum esse ejusdem cum Patre substantiæ, sed de incarnatione non recta dicebant, nam dum fugiunt Nestorii hæresim, qui dividebat Christum in duos filios, hi duas naturas in unam coartant divinitatem & humanitatem Christi confundentes, divinitati passiones tribuentes, & negantes carnem ejus esse nostræ naturæ, neque ex sanguine virgineo assumptam, sed aliunde compaginatam. Hos deposuit, & anathemate damnavit sancta synodus declarans verum Deum, verumque hominem fuisse, & esse, duasque naturas habere sine ulla confusione, unamque personam. Scripsit canones xxx.

Theod. Balsamon, totidem verbis.

Phorius in bibliotheca Cap. XVII. Acta iv. synodi sessiones xv. Deposito Eutychetis, & Dioscori, & anathema Nestorii.

Jo. Tili editio. Canones DCXXX. Patrum Chalcedone coactorum consulatu Marciani semper Augusti, & qui fuerit nuntiatus viii. Kal. Novembres.

Idem Anast.

Nicephorus Monachus in Hist. Eccl. post Tripart. Beatus Papa Leo scripsit Marciano Imp. ut in synodo universalis tractaretur de gestis Ephesi a Dioscoro, & Eutychete contra Flavianum. Jussit Imperator cogi Episcopos. Secundo anno Marciani Chalcedone mens. Octobri Indi. v. quarta synodus habita est in Ecclesia S. Euphemie, Actum est de Eutychete prima Indictione damnato, & de vi illata a Dioscoro Episcopis Ephesi. Hi veniam impetrarunt a synodo, quod tum consenserint, in quibus fuit Juvenalis Hierosol. Episcopus. Dioscorus postea noluit comparere, & a synodo cum Eutychete damnatus est, præsentem Imp. Marciano, & Senatu, ac depositi sunt, ac Dioscorus Gangra relegatus, DCXXX. Patres cum honore dimissi sunt. Proterius pro Dioscoro susceptus est Alexandria Episcopus.

Nicephorus CP, Episcopus in Chronicis. Marcianus, & Valentinianus ann. xxv. sub hoc Mar-

ciano Chalcedone quarta synodus celebrata est DCCXX. Patrum Hierosolymis Christianus Episcopus XLVI. Juvenalis, qui fuit in duabus synodis Ephesi, & Chalcedone.

Romanorum Episcopus XLIV. Leon, sub quo Chalced. Synodus, ann. xxi. Alexandrinorum Episcopus XXIX. Dioscorus ann. v. Deponitur a quarta synodo coacta Chalcedone.

Antiochiæ Episcopus XL. Maximus fuit in synodo Chalced. quarta, expulsus fuit ob lapsum ann. iv.

Ex Theodoro lectore lib. i. Hist. Eccl. Nicephorus Callistus Xanthopolus collegis. Marcianus, & Pulcheria Leoni Papæ Rom. scribunt, ut eorum auctoritate utatur, item ceteris Episcopis (ut synodus fiat) Leo scribit ad symbolum Nicææ habendam valde admirandam epistolam, quæ Chalcedoni lecta est: Marcianus transferri curat synodum Chalcedonen. ad templum Euphemie martyris, illic multa præclara acta sunt, quorum capita xxviii. ab Imperatore Episcopi comiter accepti sunt, & discesserunt.

Evagrius Scholast. tom. II. Cap. II. Hist. Eccl. Conquerabatur apud Marcianum Leonis Papæ Legati, quod Dioscorus permittere nolisset, ut legerentur scripta Leonis Ephesi, Eusebius Dorasæi Episcopus conquerabatur Chrysofthum dolose a Theodosio impetrasse, ut ipse, & Flavianus deponerentur, quod non ei pecunia data esset cum consecraretur. Habita est Chalcedoni in Bithynia synodus convocata prius Nicææ, ut ex Leonis epistula liquet, misit autem Pafchasinum, & Lucentium, & alios. Falsum quoque est Nestorium interfuisse, quod Zacharias rector scribit quin potius Nestorius in hac synodo anathemate sæpe damnatur, Eustatius vero Beryti Episcopus ad Joannem Episcopum, & ad Joannem presbyterum de his, quæ in hac synodo gesta sunt, addit fuisse, qui cuperent Nestorii ossa relurgere, sed a militibus Imperatoris ejeti sunt.

Cap. III. al. IV. L. In templo B. Euphemie martyris synodus convenit, Leonis veteris urbis Episcopi locum tenuerint Pafchasinus Episcopus, & Lucentius Episcopus, & Bonifacius presbyter, Anatolius CP. Dioscorus Alexand. Maximus Antiochiæ, Juvenalis Hierosol. & alii patres. Legati Romani dixerunt, non debere Dioscorum confedere, habere enim in mandatis, ut discederent, si is federet, placuit ut Judicis locum Deus non occuparet, sic Dioscorus in medio sedit concilii, non in superiori loco. Tunc Eusebius Dorylæi supplices libellos porrexit conquerens de sua, & Flaviani depositione. Verba libellorum refert Evagrius. Convictus est Dioscorus non accepisse (& legisse in synodo) Leonis epistolam, & depositionem Flaviani, & Eusebi in charta alba scripsisse, subscripta prius ab Episcopis, quamobrem damnantur simili depositione a Senatu Dioscorus Alexand. Juvenalis Hierosol. Thalassius Cæsareæ Cappadociæ, Eusebius Armeniæ, Eustathius Beryti, Baius (1) Seleuciæ

(1) Basilii. cap. 17.

Isauria, qui præerant illi synodo. Cumque Dioscorus bis, atque ter vocatus non venisset, Legati Rom. definerunt Dioscorum contumacem, qui Eutychen damnatum a Flaviano suo Episcopo recepit, antequam concilium haberetur, deponi tum a Leone, tum a sancta universali synodo, narratur ejus grave crimen, quod noluerit in synodo legere epistolam B. Leonis ad Flavianum bonæ mem. CP. Episcopum, & aliud acerbius, quod ausus sit eundem B. Leonem communionem privare. Sed quamvis omnes, qui cum Dioscoro fuerant depositi fuissent, venia eis data est precibus Imperatoris. Refertur ab Evagr. fides hujus synodi confirmans Nicænam, CP. & Ephesinam priorem, addens Christum duas habuisse, & habere naturas, esse nobis cum consubstantialem hominem, esse filium consubstantialem Patri, aliam fidei formam scribi non licere, sin minus clericos deponi, Monachos, & laicos communionem privari. Post hanc definitionem Marcianus consensit, & restituti sunt Juvenalis, & Maximus, & Theodosius, atque Ibas. Decretum etiam est, ut CP. post veterem Romam præcellat ceteras Ecclesias. Dioscorus in Gangrenarum Urbem deportatus est in Paphlagonium. Posterius Alexandria susceptus Episcopus.

Cap. VII. al. XVIII. L. Eadem repetuntur de Legatis Leonis obtinentibus a synodo, ut rei non Judicis locum teneret Dioscorus, & de libellis datis ab Eusebio, & verba iterum referuntur, postea agitur de Ephesina posteriore synodo, in qua Epistula Leonis lecta non est, petentibus legatis bis ut legeretur: adduntur quædam de responso Juvenalis Hierosol. & Theodoti Cæleriensis Cappadociæ, referuntur dicta multorum Episcoporum de vi, & dolo Dioscori in subscriptione damnationis Flaviani. Actum postea est de hæresi Eutychetis, qui e celo diceret carnem Christi venisse, & duas naturas negaret post unionem, postea iterum de accusationibus Episcoporum, & judicium profertur sententia adversus Dioscorum, & alios, qui sine culpa deposuerunt Flavianum, & Eusebium. Post acclamationes refert lectas esse multorum sanctorum Patrum sententias relatas in epistula Leonis. Item Eusebium alio libello petisse, ut de fide ageretur, & de damnatione Eutychetis, & Dioscori &c. Post multa Legati Rom. vocato ter a synodo Dioscoro decernant, ob ea, quæ Ephesi egit adversus Flavianum, & alios, & quod non permisit legi epistolam Leonis, & quod eundem Leonem communionem ausus est privare &c. deponitur a Leone, immo a Petro, qui petra, & rupes est catholice Ecclesie, & orthodoxæ fidei &c. Refertur lecta in synodo Cyrilli epistolæ ad Nestorium CP. & ad Joannem Antiochenum, item Leonis epistolæ partes confirmatur cum Cyrilli verbis. Item post alia multa Anatolius V. actione dixit Dioscorum non esse ob fidem depositum, sed quod communionem privavit Leonem, & ter vocatus non venit. Postea conscripta est formula fidei in historia scripta, & Imp. Marcianus laudavit Patrum concordiam, & canones

conscripti sunt. Chalcedoni data sunt privilegia Metropoleos, postea alia actione, alii canones editi. Provinciæ datæ sunt Antiocheno Episcopo suæ Phœnicie, & Arabiæ, Hierosolymitano tres Palestina. Actione ix. Theodoritus anathema dixit Nestorio, & subscripsit Leoni, & ceteris definitis a synodo, & restitutus est: xi. actione de Iba actum est. Acta Ephesinæ posterioris synodi damnata sunt, excepta Maximi Antiocheni electione: xiv. actione actum est de Basiano, & in fine, ut CP. sit prima sedes post Romanam.

Idem Lib. III. Cap. VI. In Chalcedonensi synodo ablata est Ephesiorum Episcopo Patriarchæ dignitas, & alio tempore restituta.

Marcellin. Comes. Leone Pontifice sedem B. Petri regente DCXXX. Patrum synodus contra Eutychetem nefandissimum præfulem Monachorum apud Chalcedonem in basilica S. Euphemie formata est, solus Dioscorus Alex. defendit, & ab iisdem Patribus sacerdotio abdicatus est. Ind. iv. Marciano Aug. & Adelphio Col.

Ex lib. Trident. pag. 21.

Chalcedona sequens hanc Marcianus, & auctor Testatur fervens Eutychiana labra.

Evagr. d. c. XVIII. L. Tertio Idus Octob. abdicatus est Dioscorus.

Ex Isidoro in Prologo Concil. Quarta synodus est Chalcedonensis DCXXX. Sacerdotum sub Marciano Principe habita, in qua Eutychen Constantinopol. Abbatem verbi Dei, & carnis unam naturam pronuntiantem, & ejus defensores Dioscorum, quondam Alexandrinum Episcopum, & ipsum rursus Nestorium, cum reliquis hæreticis damnavit, prædicans eadem synodus Christum Dominum sic natum de Virgine, ut in eo substantiam & divinam, & humanam confiteamur naturam.

Ex altero prologo. Quarta Chalcedone DCXXX. Patrum contra Eutychem CP. Abbatem qui asserbat Christum post humanam assumptionem non ex duabus naturis existere, sed solam in eo divinam naturam permanere. Temporibus Marciani Principis, Leonis Papæ Rom. Juvenalis Hierosol. Anatolii CP. qui condemnata hæresi prædicta statuerunt Canones 27. quorum auctor maxime idem Anatolius fuit.

Ex incerto chronica apud Alexium Aristenum minorem. Quarta synodus Chalcedone DCXXX. Patrum anno Marciani Imp. præfuerunt Leontius Romæ, Anatolius CP. Juvenalis Hierosolymorum adversus Eutychem, & Dioscorum, dicentes carnem Domini non esse nobis cum communem in substantia, sed ex duabus naturis unionem & carnem tulisse specie tenus, & divinitatem passam esse.

Ex Pontificali de Leone Papa. Hic invenit duas hæreses Eutychianam, & Nestorianam præcepta sua auctoritate, & misit ad Marcianum Aug. catholicum principem fidelem, & facta collatione cum eodem principe, collecti sunt Episcopi, & factum est concilium sanctum Episcoporum in Chalcedonia in martyrio S. Euphemie,

miæ, & congregati sunt CCLVI. Sacerdotes, & alii CCCCVI. Episcopi, quorum chirographus occurrit, qui congregati sunt una cum tomo, hoc est fide Apostolicæ Ecclesiæ Rom. sed & in præsentia Imp. Marciani &c. duas afferentes naturas in uno Christo Deo, & homine &c. & damnaverunt Eutychen, & Nestorium, & Dioscorum &c. Leo direxit ad preces concilii tommum fidei catholicæ &c. & firmavit frequenter synodum Chalced. in epistolis suis.

Ex Epistola VIII. Leonis Papæ ad Flavianum Episcopum CP. de Eutychere. Accepimus enim libellum Eutychetis presbyteri, qui se queritur accusante Eusebio Episcopo immerito communionem privatum &c. Dat. XII. Kal. Maii Asterio, & Protogene VV. CC. Coff.

Rescriptum Flavianum (pag. 734. Vol. 1. Concil. edit. 3.) Cap. III. Talis inter nos Eutyches emerit quondam presbyter, & Archimandrites &c. Nestorii quidem impietati resistens &c. Sanctæ mem. Cyrilli epistolam scriptam ad Nestorium &c. temptavit evellere &c. in sancta synodo assererat Dominum Nostrium Jesum Christum non oportere confiteri, de duabus naturis post humanam susceptionem &c. neque carnem domini essentialem nobis, &c.

Rescriptum Leonis ad Flavianum epist. 10. Dat. Idib. Junii Asterio, & Protogene Cofs.

486.
38.
448.

De ead. re epist. 11. ad Julianum Episcopum Coensem.

Ex epist. XXI. Leonis Papæ ad Marcianum Augustum. Mittit ad Concilium [Chalcedon.] legatos cum literis, & ut vicem ejus teneant Pascasio, & Lucentium Episcopos, Bonifacium, & Basilium presbyteros cum Juliano orientali Episcopo &c. Dat. V. Kal. Jun. Adulpho V. C. Coli.

Epist. XLV. ejusdem ad Synodum Chalced. Dat. V. Kal. Jul. eod. Cof. De fastu, & ambitione Anatolii Constantinopolitani, qui in Chalced. Synodo prætulit se Alexandrino, & Antiocheno Episcopo. Leo epist. 51. ad Anatolium, & 52. ad Marcianum Aug. & 53. ad Pulcheriam Augustam. Dat. XI. Kal. Jun. Herculano V. C. Coli.

Idem epist. 57. ad Marcianum laudat, & confirmat Concilii Chalced. constitutiones de fide & contra hæreticos. Dat. XII. Kal. April. O. pilione V. C. Coli.

Idem Epist. 58. ad Pulcheriam, & 59. ad Concilium Chalced.

Ex Incerto minore. A tertia Synodo ad quartam, quæ habita est sub Marciano Imp. Chalcedone a CCCXXX. Patribus anni xxx. A quarta ad quintam anni cii.

Multa de Concilio Chalcedonensi Liberatus in breviario Causæ Nestorianæ, & Eutychianæ c. 13. pag. 110. Vol. 2. Concil. edit. 2.

QUINTA UNIVERSALIS SYNODUS.

Incertus. Quinta œcumenica Synod. CLXV. Tom. V.

Patrum habita est Constantinopoli sub Justiniano. Præfuit Vigilus Papa Romanus, Eutychius Constantinopolitanus, Stephanus Raphiæ, Apollinarius Alexandriæ, Domnus Antiochiæ, Damianus Sozopolis Hierosolymorum. Hæc Synodus confirmavit Chalcedonensem Synodum, & contra eam gesta damnavit anathemate. Item Origenem, ejusque scripta omnia, Evagrium, & Didymum ejus veteres sectatores, eorumque scripta, qui negabant cum Paganis nostrorum corporum resurrectionem, & putabant animas in alia corpora migrare post priorum hominum mortem: dæmones restituendos esse in antiquam gloriam, Christum Dominum nihil a nobis differre, paradysum allegoriam fuisse non veram historiam, nec sensibus percipi, carnem Adæ negabant, aliaque per multa insana dicebant. Damnat quoque est Theodorus Mopsuestiæ Nestorii præceptor cum ejus libris. Item Anthimus, Petrus, & Zooras, nec non Theodoriti scripta adversus Cyrillum, & Ephesinam Synodum, atque Ibae epistula ad Marin Perlam, sed Theodoritum, & Iban retinuit in Episcopatu anathemate ab eis damnato Nestorio.

Photius, sive Incertus. Sancta quinta universalis Synodus CLXV. Patrum habita est Constantinop. sub Justiniano seniore, qui imperavit annis xxxviii. mens. vii. Præfuerunt Vigilus Papa Romanus, Eutychius Constantinopolitanus, Stephanus Raphiæ, Apollinarius Alexandriæ, Domnus Antiochiæ, Damianus Sozopolis Hierosolymorum. Confirmavit Synodum Chalcedonensem, ejusque decreta, live dogmata, & hæreses contra eam insurgentes. Item damnavit Origenem, ejusque scripta, & Evagrium, & Didymum veteres ejus sectatores, recenset eadem dogmata, ut alter, ac Theodorum Mopsuestiæ præceptorem Nestorii cum ejus libris, & Anthimum, Petrum, ac Zooram, cum suis, necnon Theodoriti, & Ibae scripta ut supra, eos tamen recepit, ut etiam quarta Synodus.

A quinta Synodo ad sextam anni cxxix. in alio est cxx. mens. xi.

Psellus.

Quinta autem iterum fuit in Constantinopoli. Quinque vero & sexaginta supra Centum Patres in hac coacti sunt, & Chalcedonensem Synodum approbaverunt, ut ter pissimam. Ejecerunt autem præ extra divina septa Evagrium, & Didymum eum Origenem, Viros qui non eodem tempore decesserunt, sed tamen eadem conscripserunt. Falsa nempe, & peregrina dogmata a divina Ecclesia.

Et nunc quidem corporum resurrectionem omnino auferebant,

Nunc vero alienigenarum resuscitationem præter opinionem asserabant,

Paradysum vero, & Adam dicebant incorporeum, Et pœnam ad tempus putabant terminandam.

Quin etiam dæmonum restitutiones scripserunt. Sustulerunt quoque Mopsuestiæ Episcopum,

Improbi Nestorii existentem myslagogum, Et priorem epistolam Ibae ad Marin Perlam,

Eaque quæ conscripsit contra Cyrillum, olim Fortassis simulate Tyri Episcopus Theodoritus.

A quinta usque ad sextam anni cxxix. sic *Jo. Psellus Gr. Incertus* LXIII.

Phorius. Quintum universale Concilium CLXV. Episcoporum CP. convenit; præfuerunt Menas primum, mox Eutychius CP. & Vigilius Rom. Episcopus, qui CP. erat, sed non interfuit concilio, sed concilii fidem libello comprobavit, & Apollinarius Alexandria, Domnus Antiochiæ Archiepiscopi, ac Didymus, & Evagrius vicarii Eustochii Hierosol. Erat etiam Imp. Justinianus, damnarunt Nestorianos, Theodorum Mopsuestiæ, & Diodorum Tarsi Episcopos. Item veteres Origenem, Evagrium, & Didymum, qui animas ante corpora esse dicebant, & migrare eas in alia corpora, finem supplicii æterni pollicebantur, ac dæmonum in gratiam restitutionem: negabant corporum cum animis resurrectionem, sed animas solas resurrectionuras somniabant. Pari damnatione notatus est Anthimus Trapezuntius, Eutychis assertor, & Severus, & Petrus Apamensis, & Zoaras cum Sociis, in quos investus est Agapetus Romanus Pontifex cum aliis Episcopis, in quibus Ephrenius Antiochiæ, & Petrus Hierosolymitanus.

Jo. Zonaras. Quinta synodus sub Justiniano primo CLXV. Patrum CP. habita est, quæ confirmavit decreta quartæ synodi, & contra eam insurgentes anathemati subiecit. Item Origenem, ejusque scripta, atque Evagrium, & Didymum eorumque scripta, & Theodorum Mopsuestiæ Nestorii præceptorem, necnon Anthimum Petrum, & Zoaram, & Socios, & capita quædam Theodoriti, atque Ibae epistulam. Canones non scripsit hæc synodus, *Theodorus Balsamon*. totidem verbis fere.

Ex Synodico. Justinianus Imp. quintam synodum œcumenicam CP. convenire iussit, cui præfuerunt Patriarchæ: Eutychius CP. Apollinarius Alexandrinus, Domnus Antiochiæ, & ipse Justinianus. Vigilius autem Romanus Papa non interfuit, licet in Urbe esset, qui non ob concilium venerat, sed ob Gothorum persecutionem. Hæc synodus damnavit Origenis dogmata, & Theodori Mopsuestiæ scripta, ac Theodoriti, & Ibae scripta contra Cyrillum Alexandrinum.

Matthæus Monachus. Quintæ universalis synodi nulli canones feruntur, damnavit Origenem Evagrium, & Didymum Paganorum theologos sequentes, animas ante corpora esse, & migrare in alia corpora, finem perpetuæ punitionis malorum futurum. Habita est anno xviii. Imperii Justiniani Magni post quartam ann. cii. Constantinopoli a CLXV. Patribus. Præfuerunt Menas, mox Eutychius CP. Apollinarius Alexandrinus, Domnus Antiochiæ, ac Vicarii Didymus, & Evagrius, Eustochii Hierosol. sed Vigilius Romanus in urbe præfens non interfuit concilio, sed Patrum fidem libello confirmavit.

Phorius in bibliotheca cap. XVIII. Acta v. synodi in quibus scripta Origenis, & Diodorus Tarsensis, & Theodorus Mopsuestenus damnati

sunt, & scripta Theodoriti Cyrenensis contra Cyrillum.

Phorius, sive Incertus. Tunc sacra quinta synodus universalis CP. habita sub Justiniano Imp. damnavit scripta Origenis, & Theodori Mopsuestiæ, & Theodoriti, atque Ibae epistulam.

Nicephorus CP. Episcopus in chronicis. Justinianus Magnus ann. xxxviii. dies vii. sub quo sancta CP. synodus, (quinta) habita est.

Evagrius Scholast. Lib. IV. Cap. XXXVIII. (37. L.) Hist. Eccl. Post Ephræmium Domnus Antiochiæ suffectus est, Romæ Vigilius, CP. post Menam Eutychius, Alexandria Apollinarius, Hierosolymis Eustochius, quintam synodum Justinianus convenire curavit ex hac causa. Cum multi præsertim in monasterio novæ Lauræ Origenis scriptis dediti essent, novaque dogmata sererent, eos Eustochius expellere nitentur, illi expulsi vagi in diversa loca profecti sunt, pro quibus Theodorus Ascidas Episcopus Cæsariensis Cappadociæ intercedebat. Multi igitur adversus hos venerunt ad Imp. Rufus Theodosii Monasterii Præfectus, Conon Sabæ; hi multa contra Origenem, & Didymum, & Evagrium dicebant. At Ascidas adversus Theodorum Mopsuestiæ, & Theodoritum, & Iban. Prima quæstio fuit an possent mortui damnari anathemate. Eutychius aderat valde doctus, vivo adhuc Mena a Responsis Episc. Amasiæ, hic attulit exemplum Josiæ Regis, qui non solum vivos sacerdotes dæmoniorum occidit, sed & everit mortuorum sepulchra. Hic a Justiniano pro Mena mortuo suffectus est. Vigilio scripto consensit, sedere in synodo noluit. Referuntur verba synodi, quibus præter damnatos a quatuor synodis damnatur Theodorus Mopsuestiæ Episcopus, ejusque scripta, item scripta a Theodorito adversus xii. capita Cyrilli, & Synodum Ephesinam, & pro Theodoro, & Nestorio, item epistula impia Ibae ad Marin Perfam. Ediderunt in synodo xiv. capita de fide, item adversus Origenem ad Justin. Imp. narratur dictum impium Theodori Ascidæ Martyres, & Apostolos Christo æquandos, item Didymi, Evagrii, & Theodori alia non referuntur, sed damnantur; non multo post synodum Eutychius expellitur, & Joannes CP. sufficitur, & Vico Sirimio ex agro Antiocheno.

Ex prologo 2. Isidori conciliorum. Quinta CP. contra Theodorum Mopsuestenum, & omnes hæreticos, qui Theodorus dicebat alium Deum esse Verbum, & alium Christum, & Sacram Virginem Mariam negabat Dei genitricem fuisse, temporibus Justiniani Principis, Vigili Papæ, Domni Antiocheni, Eutychii CP. qui xiv. capitula anathematizando scripserunt contra Theodori, & Sociorum ejus blasphemias.

Ex incerto chronico apud Aristenum minorem. Quinta synodus CP. CLXV. Patrum anno xiv. Imperii Justiniani Magni sub Vigilio Papa Romæ præfuerunt Eutychius CP. Apollinarius Alexandræ, Domnus Antiochæ, adversus Origenem, & ejus sententias impias, cum ait animas lugere antequam corpora ingrediantur,

tur,

tur, & migrare ex uno in aliud corpus, & finiri punitiones malorum, & negat nostra corpora resurrectura, & ait dæmones aliquando fore restituendos, paradifumque allegorice intelligendum, numquam enim fuisse, neque Adami corpus fuisse adeo creatum.

Anastafius Biblioth. ex Theophane. Anno Imperii Justiniani xxvi. facta, & universalis v. synodus contra Origenem vesanum, & Didymum cæcum, & Evadrium, atque gentiles, fenfufeorum, & contra capitula. Vigilius autem Romanus conventibus non confedit, dimiffus ab Imp. multis motis in Illyrico, moritur rediens Romam.

Ex Incerto minore. A quarta synodo ad quintam, quæ habita est CP. sub Justiniano priore a CLXV. Patribus anni cii. A quinta ad sextam anni cxxix. CP. quinta synodus extat (*vol. 2. concil. pag. 9. edit. 2.*) Post Cos. V. C. Fl. Belisarii pridie Nonas Julias. Ind. 14. (*ibid. pag. 20.*) *Gr. pag. 22.*

SEXTA UNIVERSALIS SYNODUS.

Incertus. Sexta universalis synodus habita est CP. sub Constantino Patre Justiniani pronepote Heraclii. Convenerunt CLXX. Patres, quibus præfuerunt Agatho Romanus, Georgius CP. Theophanes Antiochenus, Petrus Monachus pro Alexandrina Ecclesia adversus Theodorum Pharam Episcopum, Honorium Romanum, Cyrum Alexandrinum, ac Sergium, Pyrrhum, Paulum, & Petrum CP. Episcopos, & adversus Macarium Antiochenum, ejusque discipulum Stephanum, aliosque complices, qui unam voluntatem in Christo fuisse dicebant. Hos synodus anathemate damnavit. Item Polychronium delirantem senem bis puerum, qui se in ea fide fuscitaturum mortuum credidit. Decrevit synodus in Christo post incarnationem duas voluntates fuisse, ut duas naturas, nec fuisse proprietates earum confusas.

Photius, sive alius. Sexta œcumenica synodus habita est CP. sub Constantino Patre Justiniani pronepote Heraclii, imperavit ann. xvii. cujus ann. xiii. hæc gesta sunt. Convenerunt Patres CLXX. quibus præfuerunt Agatho Romanus, Georgius CP. Theophanes Antiochenus, Petrus Monachus pro Ecclesia Alexandrina, quæ vacabat, adversus suprascriptos ab alio &c. eodem modo: in fine additur. A sexta ad septimam anni cxx. in alio cxviii.

Ex Synodico. Leo Constantini Barbati filius, Justiniani pater, sextam universalem synodum coegit CP. cui præfuerunt legati Agathonis Papæ Romani Theodorus, & Georgius presbyteri, & Joannes diaconus, & Georgius CP. Petri successor, & Theophanes Antiochiæ Syriæ Archiepiscopus, & pro Alexandrina Ecclesia, quæ vacabat possessa ab Agarenis, Petrus presbyter, & monachus. Hierosolymæ quoque itidem vacabant. Hi convenerunt adversus Theodorum Episcopum Pharan, Honorium Romanum, Cyrum

(1) Sergium, forte.

Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum CP. Episcopos, ac Theodorum Ægyptium, ac Macarium Antiochenum, & Stephanum ejus discipulum, ac repuerascentem Polychronium, quos omnes anathemati synodus subjecit, decrevitque duas naturas, duas voluntates, ac potentias in una Christi esse persona.

Matt. Monachus. Ne sexta quidem synodus canones conscripsit, quæ post CLI. fere annos habita est CP. a CLXX. Patribus anno xiiii. Imp. Constantini Barbati. Præfuerunt Georgius CP. & Theodorus, & Georgius presbyteri cum Joanne diacono Vicarii Agathonis Papæ Romani, & Alexandria Petrus Monachus, & Hierosol. Georgius monachus, & presbyter, adversus Georgium (1), Pyrrhum, Paulum, Petrum CP. Episcopos. Honorium Romanum, Cyrum Alexandrinum, Macarium Antiochenum, Theodorum Pharan, Stephanum, & Polychronium, qui anathemati subjecti sunt, quod unam voluntatem, & potentiam post incarnationem in Christo profitebantur. Sed synodus duas voluntates, & potentias, & naturas confessa est in una persona, nam quælibet natura habebat suam propriam voluntatem, atque actionem.

Pfellus.

Sexta rursus synodus in Constantinopoli constitit, & dissipavit dogmata impiorum, quorum antesignani disertissimi multi, & varii fuerunt Theodorus Episcopus Pharan, Honorius Romæ, Cyrus Alexandria, Sergiusque, & Pyrrhus. Item Paulus Samosatensis præter hos, & Petrus Et miser Macarius, cumque illo Stephanus. Hi incarnati Verbi negabant duas naturas, unam quamdam dicentes esse compositam, & actionem unam.

Cum his Polychronium abstulerunt perfecte Et duas dogmatizaverunt incarnati Verbi naturas

Et duas voluntates plane pie asseruerunt.

A sexta usque ad septimam anni lx. *Jo. Pfellus lxx. Gr. in alio cxx. Incertus clv.*

Photius. Sextum œcumenicum Concilium in Regia Urbe habitum est CLXX. Patrum Præfuerunt Gregorius Constantinopolitanus, & Theodorus, & Georgius presb. cum Joanne diacono Agathonis Papæ Rom. legati. Petrus Monachus pro Ecclesia Alexandrina. Georgius Monachus, & presbyter pro Hierosol. adversus Sergium, Pyrrhum, Paulum CP. Cyrum Alex. Theodorum Pharensem, Macarium Antiochenum, & Stephanum ejus discipulum, & senem Polychronium, qui unam voluntatem, unamque actionem Christi dicebant, cum utriusque naturæ actionum aperta sint indicia, & utriusque voluntatis, in miraculis actio divinæ naturæ in sudore, & passione actio humanæ, in calice bibendo voluntas alia hominis, alia Dei. Hos igitur damnavit anathemate synodus, & duas asseruit voluntates, duas actiones in duabus naturis, erat tunc Imp. Constantinus Heraclii nepos.

Honorii nulla mentio.

Jo. Zouaras. Sexta synodus CP. habita est d 2 sub

sub Constantino Barbato Heraclii pronepote a CLXX. Patribus adversus Theodorum Pharan, Honorium Rom. Cyrum Alex. Sergium Pyrrhum Paulum Petrum CP. Macarium Antioch. Stephanum discipulum ejus, & Polychronium senem delirum, qui unam voluntatem asserbant, atque potentiae actionem in Christo post incarnationem, quos damnavit anathemate synodus cum sociis, duas asserens voluntates, & naturae actiones, ac potestates sine personarum divisione. Haec synodus nullos edidit canones. *Theod. Balsamon* totidem verbis.

Photius in biblioth. cap. XIX. Acta vi. synodi in quibus Sergius, Cyrus, Pyrrhus, Honorius, Polychronius, & alii damnati sunt, qui unam in Christo voluntatem tenebant.

Photius, sive Incertus. Praeterea CP. habita est ut universalis synodus sub Constantino Imp. pronepote Heraclii adversus Theodorum Pharan Episcopi, & Honorium Romae, Cyrum Alexandriae, & alios, qui unam voluntatem, & potestatem Christi asserbant, quo vinculum orthodoxae fidei scindebatur, ac dissolvebatur.

Nicephorus CP. Episcopus in chronicis. Constantinus nepos Heraclii ann. xvii. Sexta synodus ann. xiii. ipsius celebrata CP.

Ex prologo 2. Isidori conciliorum. Sexta CP. CLXX. Patrum contra Macarium Antiochenum Episcopum, & Socios ejus, qui unam voluntatem, & operationem in Christo falsa suspitione astruebant temporibus Constantini Principis, Agathonis Papae Rom. Georgii Constant. qui condemnata haeresi anathematizando scripserunt octo capitula.

Ex incerti chronico, apud Alexium Aristenum minorem. Sexta synodus CP. CLXX. Patrum anno xiii. Imperii Constantini Patris Justiniani minoris adversus Macarium, & Stephanum ejus discipulum, ac Polychronium, qui unam Christi voluntatem, & unam energiam Domini fuisse dicebant.

Anast. biblioth. ex Theophane. Verum Imp. Constantinus, quae ubique divisae fuerant a temporibus Heraclii proavi sui, & Sergii vesani, ac Pyrrhi, qui indigni throno CP. praesuerunt, unam voluntatem, & unam operationem in Deo nostro, & Salvatore dogmatizantium, quorum nequam opiniones subvertere satagens idem Christianiss. Imp. Concilio universali CP. congregato CCLXXXIX. Episcoporum tam dogmata, quae in decedentibus v. universalibus conciliis fuerant confirmata, roboravit, quam pium duarum voluntatum, & operationum promulgari dogma decrevit per synodum, cui idem Imp. praesuit, & principes sacerdotum. Anno Imperii ejus xii. Mundi 6172. Christi 671.

Idem. Frustra laedere garriunt quidam dicentes post quatuor annos facta fuisse sextae synodi capitula. Sexta enim synodus contra Monothelitas habita est, xii. anni Imperii Constantini nepotis Heraclii a mundi constitutione 6170. post hac regnavit annis v. postea Justinianus filius ejus ann. x. eoque expulso Leontius ann. iii. mox Tiberius Absimarum ann. vii. iterum Justinia-

nus ann. vi. sic cap. 3. ajunt: a 4. indict. quae fuit ann. 6199. Sic verus numerus est ann. xxvii. spatium intercedere. In vi. synodo fuit Georgius CP. ann. Patriarchatus iii. postea fuit ann. iii. mox Theodorus fuit ann. iii. Paulus ann. vii. Callinicus xii. Cyrus ii. ita colliguntur ann. xxviii. Anno autem primo Philippici habitum est insanum concilium contra vi. synodum.

Ex Incerto minore. A quinta synodo ad sextam, quae habita est sub Constantino Barbato pronepote Heraclii Imp. CP. CLXX. Patrum anni cxxix. A sexta ad septimum anni cxx.

De sexta synodo multa in Pontificali Agathonis (pag. 277. vol. 2. concil. edit. 2.) 22. Nov. Ind. 9. Episcopi CL. Ibid. i. & in Pontif. Leonis II. (pag. 279. e.)

Sexta synodus CP. tempore Constantini Imp. & Agathonis Papae (pag. 279. e.) Actione prima Imp. Fl. Constantino ann. xxvii. post Conf. ejus ann. xiii. & Heraclio, & Tiberio ejus fratribus ann. xxii. die 7. Nov. Ind. 9. (pag. 282. e.) & pag. i. Gr.

SEPTIMA UNIVERSALIS SYNODUS.

Incertus. Septima synodus universalis habita est Nicæae iterum sub Constantino Imp. & Irene Matre a CCCLXVII. quibus praesuerunt Hadrianus Papa Romanus, CP. Politianus Alexandrinus, Theodorus Antiochenus, Helias Hierosol. adversus tractores sanctarum Imaginum, quos sancta synodus damnavit, & traditionem servandam esse statuit venerando Crucem, atque imagines sacras.

Photius, sive alius. Septima oecumenica synodus habita est Nicæae posterior, sive secunda dicta sub Constantino Imp. & Irene ejus Matre anno viii. Imperii eorum a CCCLXVII. Patribus, quibus praesuerunt Hadrianus Papa Rom. Tarasius CP. Politianus Alex. Theodorus Antioch. Helias Hierosol. adversus tractores Imaginum, hostesque Christianorum.

Ex synodico. Constantinus Leonis filius Constantini nepos cum Irene matre septimam synodum Nicæae Bithyniae congregari curarunt, cui praesuerunt Tarasius CP. successor Pauli Cyprii, & duo Petri presbyteri legati, Hadriani Papae Rom. & Joannes, & Thomas Monachi, & presbyteri legati patriar. h. Alexand. Antiochiae, & Hierosol. & Orientis. Haec synodus anathemati subiecit imaginum eversores, & ejus cultores laudavit.

Matt. Monachus. Post CXX. annos ann. viii. Constantini, & Irene ejus Matris Nicænae synodus habita est septima, ubi prima olim fuerat CCCLXVII. Patrum. Praesides fuerunt Tarasius CP. & Petrus Archipresbyter, & Petrus Presbyter, & monachus Abbas S. Sabae legati Hadriani Papae Rom. Joannes, & Thomas presbyteri, & monachi Orientalium Patriarcharum Apollinarii Alex. Theodori Antioch. Heliae Hierosol. hi anathemate damnarunt pro idolis damnantes imagines sacras, canones statuerunt xxii. anno ab orbe condito vi. cxcvi.

Pfellus. (pag. 418. vol. 2. concil. edit. 2.)
 Postremo septima rursus facta est in Nicæa,
 Quinquaginta convenerunt supra trecentos,
 In ista piorum Patrum, divinorumque sermones
 Irene Imperatrice tunc rem, administrante
 Cum Constantino filio recens coronato.
 Decreverunt autem picturas honore afficiendas
 Et probe anathematizarunt impios quosdam
 Basilium Episcopum existentem Pisidiæ
 Theodosium Ephesi, Sisionium Perges
 Aliosque plures venerandas picturas non ho-
 norantes.

Photius. Septimum œcumenicum concilium
 Nicææ Bithyniæ habitum est a CCCLXVII.
 Patribus, quorum Princeps Tharastius CP. & Pe-
 trus primus Eccl. Rom. presbyter, & alter Petrus
 presbyter præfectus S. Sabæ Legati Hadriani Pa-
 pæ. Joannes, & Thomas legati Patriarcharum
 Orientis Apollinarii Alex. Theodoriti Antioch.
 & Heliæ Hierosol. sub Constantino, & Irene
 Imp. damnavit eos, qui imagines Christi, &
 sanctorum contemnebant, quasi idola gentium
 essent. Honos enim imaginis in prototypum fer-
 tur. Synodus id decrevit, ut adoremus, & vene-
 remur sacras imagines, & cruces, quibus admo-
 tis demones expelluntur, & morbi curantur, sic
 etiam sacra templa & altaria, sepulchra, & ossa
 sanctorum jure veneramur, ad Deum adoratio-
 nem referentes, cui illi sancti amici sunt, &
 fuerunt.

Joannes Zonaras. Septima universalis Syno-
 dus habita est sub Constantino, & Irene matre;
 pater Constantini Leo fuit Copronymus, conve-
 nerunt CCCLVII. Patres Nicææ Bithyniæ ad-
 versus imaginum hostes Christianorum accusato-
 res, eaque iussit eas venerari, atque adorari, ut
 etiam S. Crucem ex Ecclesiæ traditione. Edidit
 Canones XXII.

Theodorus Balsamon. Sancta universalis se-
 ptima Synodus habita est anno VI. CCXCVI.
 Indict. xi. sui Imperii Constantino Leonis Co-
 pronymi filio, & Irene matre ejus. Convenerunt
 CCCLXVII. Patres Nicææ Bithyniæ iterum
 adversus Imaginum hostes &c. ut Zonaras.

Alexius Aristenus. Sub Constantino Nepote
 impii Copronymi, & Irene matre ejus Athenien-
 se septima synodus Nicææ iterum habita est, con-
 venientibus ex admonitione Tharastii CP. Archie-
 piscopi CCCLXVII. Patribus adversus hostes
 Imaginum &c. ut alii.

Photius in bibliotheca cap. XX. Acta vii. sy-
 nodi, in quibus Imaginum adversarii damnati
 sunt.

Photius, sive Incertus. Ultima sancta univer-

salis vii. synodus habita est Nicææ iterum adver-
 sus impios Imaginum fractores sub Constantino
 Imperatore, & Irene ejus Matre.

Jo. Tili editio. Canones Nicææ iterum con-
 venientibus Patribus editi anno vi. CCXCVI.
 [hoc est Christi DCCLXXXVIII.] Ind. xi. sub
 Imperatore Constantino, & Irene Matre.

*Nicephorus Constantin. Episcopus in Chroni-
 cis.* Constantinus Leonis F. cum Matre Irene
 ann. x. mens. ii. dies ii. Horum anno viii. celebra-
 ta est Nicææ secunda synodus CCCL. Patrum.

*Ex incerti chronica apud Alexium Ariste-
 num minorem.* Septima synodus in Bithynia
 CCCL. Patrum adversus Imaginum hostes An-
 no Constantini, & Irenes Matris viii. Ind. xii.
 Mundi 6296.

Anastasius biblioth. ex Theophane. Anno Im-
 perii Heirenes & Constantini vii. exiit Tharastius
 Patriarcha CP. in Neicæsentium civitatem, &
 celebrata est sancta, & universalis vii. synodus
 Episcoporum, & recepit catholica Ecclesia pri-
 scum ornamentum suum, nihil novum prædi-
 cans, sed novam hæresim abdicans, tresque fal-
 sos Patriarchas anathematizans Anastasium,
 Constantinum, & Nicetam, & consentaneos
 eorum. Prima sessio fuit v. Idus Oct. Ind. xi. &
 Novembris mense venerunt CP. & subscripse-
 runt Imperatores.

Ex incerto minore. A sexta synodo ad septi-
 mam, quæ habita est Nicææ in Bithynia sub
 Constantino Imp. Leonis F. Copronymi ii. &
 Irene Matre a CCCLXVII. Patribus anni cxx.

Septima synodus Nicææ a CCCL. Patribus
 sub Hadriano Papa & Constantino, & Irene
 (pag. 461. vol. 2. concil. edit. 2.) Post Const.
 Imp. ann. viii. die viii. K. Oct. Ind. ii.

OCTAVA UNIVERSALIS SYNODUS.

Jo. Zonaras. Interpretatio canonum edito-
 rum a sancta synodo, quæ in templo Dei verbi,
 sive sapientiæ habita est qua vii. universalis sy-
 nodus est confirmata, & omnis ablata hæresis,
 atque schisma, edidit canones tres.

Theodorus Balsamon. Eadem usque ad ver-
 bum habita est.

Alexius Aristenus. Canones synodi in templo
 sanctæ Sophiæ Dei habitæ, in qua septima syno-
 dus confirmata est canones numero tres.

Matt. Monachus. Alii tres canones editi sunt
 in synodo, in qua Photio sedes CP. confirmata
 est post translationem beati Ignatii, qui bis eje-
 ctus est, & a quo Photius etiam fuerat expulsus.

Incertus. Octava synodus habita est anno
 Mundi vi. diii.

De Minoribus Synodis.

Apostolorum Synodus, & Canones.

Synodus sacra congregata est Hierosolymis
 a la. ris Apostolis Domini Discipulis, &
 presbyteris aliorum doctoribus mysterio-

rum, & qui cum ipsis erant fratribus adversus eos,
 qui temptabant caeremonias retinere Pharisæo-
 rum, hoc est circumcisionem fieri, & observari
 legis instituta post adorationem Domini in Spi-
 ritu, & veritate, & servitatem legis post gratiam qua-

quasi duorum dominorum, quod vetuerat omnium supernorum bonorum distributor Christus Dominus.

Matthæus Monachus. In primis LXXXV. Canones Apostolorum, quorum scriptorem fuisse ferunt magnum martyrem Clementem, qui Divi Petri fuerat Socius, ac Pauli, fuitque tertius Petri successor Romæ Episcopus post Linum, passusque est sub Trajano. Clementis mentio fit in fine canonum, fit etiam a Beato Luca mentio in actibus Apostolorum, sed non omnium rerum, quas Apostoli gesserunt; idem dicitur scripsisse græce epistolam ad Hebræos, olim Hebræam, magnaque est utriusque libri similitudo. Alii hos canones suspectos habent, & sexta synodus post enumeratos canones aliorum conciliorum tam œcumenicorum, quam provincialium, mentionem facit LXXXV. Canonum, eosque probat, sed non Clementis epistulas, & Constitutiones, in quibus esse aliqua immixta minus firma asserit. His verbis ejus concilii omnis scrupulus tollitur.

Jo. Zonaras in fine canonum Apostolorum. Præter hos LXXXV. Canones alii feruntur sub nomine Apostolorum, sed sacra synodus dicta sexta in Trullo habita sub Justiniano, qui naso mutilus fuit a CCXXVII. Patribus confirmat hos LXXXV. Canones, sed de Clementis constitutionibus ait esse quædam in eis ab hæreticis mixta. Hæc ait canone secundo.

Theod. Balsamon in fine eorumdem. Licet hic dicatur Clementis constituta sive διατάξεις esse recipiendas, sed non palam edendas, tamen sexta synodus canone secundo ait non esse legendas quod essent quædam adversa in eis, item eadem probat LXXXV. Canones Apostolorum non igitur alii recipiendi sunt.

Alexius Aristenus ibidem. Post acta Apostolorum approbantur διατάξεις, sive constituta, Apostolorum, a Clemente ad Episcopos octo libris comprehensa, quæ non oportet in vulgus edere propter mysteria quædam, sed canon secundus in Trullo editus in sexta synodo omnino abjecit has διατάξεις, quod sint in eis quædam minus sincera ab aliis adjecta.

Ex Tridentino libro pag. 20.

Primus Apostolica canon documenta ministrat.

Sive

Primus Apostolico canon fulgore revibrat.

Ex epist. 1. Zephyrini Papæ. Privilegia, quæ soli huic sanctæ sedi concessa sunt, & in Constitutionibus Apostolorum, eorumque successorum, aliisque quamplurimis cum eis concinensibus habentur inserta. Septuaginta (al. sexaginta) enim Apostoli sententias præfixerunt cum aliis quamplurimis Episcopis, & servandas censuerunt.

Ex epist. 18. Innocentii Papæ ad Alex. Episcopum. (pag. 536. vol. 1. ed. 3.) Ubi & nomen accepit Religio Christiana (loquitur de Antiochia), & quæ conventum Apostolorum apud se fieri celeberrimum meruit.

Ex epist. 22. c. 5. ejusd. (pag. 539. ubi sup.)

(1) Cap. XXVI. Gr.

Ac fuisse regulas veteres quas Apostolis, vel Apostolicis viris traditas Ecclesia Romana custodit, custodiendasque mandat &c. Vide 1. q. 1. quod pro necessitate.

Lugdunensis Synodus.

Ex Synodico. Post Apostolorum synodum exsurrexit Simon Magus, & Cerinthus, quos Principes Apostolorum averfati sunt, atque damnarunt, Simonem Petrus, Cerinthus Theologus Joannes, Post eos se extulerunt Valentinus, Secundus, Marcion, Basilides, Saturninus, Carpocrates, Æbion, Hermogenes, Alexander, Chalceus cognomento, & alii cum eis. Lugdunensis synodus, quæ apud Rhodanum Metropolis est Galliæ cum XII. Episcopis sub Irenæo Martyre Episcopo Lugdunensi eos hæreticos damnavit.

Romana Synodus.

Ex Synodico. Romæ sacra provincialis synodus habita est duodecim Episcoporum sub Telesphoro Martyre Papa Romano adversus Theodotum Scyteum Byzantium ejus discipulum valde eruditum, qui cum in persecutione sacrificasset, & Christum negasset, tandem a fidelibus derisus, non ferens turpitudinem, ausus est dicere impia verba: „Ego Deum non negavi, sed solū „hominem“.

Euseb. lib. V. Cap. XXVIII. Hist. Eccl. Victor Papa Theodotum corarium e communionem Ecclesiæ repulit, qui primus Romæ ausus est dicere: „pulum hominem fuisse Christum“. Hujus discipuli Asclepiodotus, & Theodotus.

Romana Synodus.

Ex Synodico. Sacra synodus provincialis Romæ sub Aniceto Papa Rom. & Polycarpo Martyre Episcopo Smyrnæ, & aliis decem Episcopis adversus eos, qui ut Judæi quarta decima luna sacrum pascha celebrabant, aliave agunt illorum ritu, sed decrevit synodus, ut in pasche passio Domini Nostri Jesu Christi, & die dominico resurrectio celebraretur.

Euseb. lib. V. c. XV. (1) Hist. Eccl. Irenæi verba refert, ex quibus videtur Anicetum cum Polycarpo non egisse de paschate, immo passum esse, ut ille traditiones suæ Ecclesiæ servaret.

Idem in chronicis. Anno Christi CXLVI. Pii Imp. ann. 6. Pii Papæ ann. 1. sancitum est a Pio, ut resurrectio Domini die dominica celebraretur, quod a pluribus postea Pontificibus confirmatum est.

Ex Damasi Pontificali. Pii frater Hermes librum scripsit, in quo mandatum continetur, quod ei præcepit Angelus Domini, cū veniret ad eum in habitu pastoris, ut sanctum Pascha die dominica celebraretur.

Ex epist. 1. Pii Papæ. Ceterum nosse vos volumus, quod pascha Domini die dominica annuis solemnitatibus sit celebrandum. Istis ergo temporibus. Hermes Doctor fidei &c.

Hierapolitana Synodus.

Ex Synodico. Sacra provincialis synodus habita est Hierapoli in Asia sub Apollinario ejusdem urbis Episcopo, & XXVI. Episcopis, qui de-

deposuerunt, & abjecerunt Montanum, & Maximillam pseudopphetas, & contra Theodotum Scytea.

Euseb. lib. V. cap. XVIII. Hist. Eccl. Apollonius laudat, qui scripsit contra Montanum, & Maximillam, & alios hareticos multa.

Achilana Synodus.

Ex Synodico. Synodus provincialis habita est a sanctissimo Achilaram Episcopo Sota, & aliis XII. Episcopis, in qua damnatus est Theodotus Scyteus, & Montanus, & Maximilla, qui octo secula fingebant, & Spiritum Sanctum se dicebat (Montanus).

Galariana Synodus.

Sacra synodus provincialis in Latia habita est a sanctis Confessoribus adversus Montanum, & Maximillam, & hæc definitio in Asiam missa est.

Corinthiaca Synodus.

Ex Synodico. Sacra synodus provincialis Corinthi habita a Bacchillide ejus sanctiss. Archiepiscopo, & aliis XVIII. Episcopis de eadem re, hoc est de paschate idem statuens.

Eusebius lib. V. Cap. XXIII. Hist. Eccl. Achajæ (1) sacerdotalis conventus habetur Bacchylao Corinthiorum Episcopo de eadem re.

Asiana Synodus.

Ex Synodico. Alia provincialis synodus a Psalma in Asia cum XIV. Episcopis in eundem modum habita est.

Euseb. lib. V. Cap. XXIII. Hist. Eccl. Ponti Provinciæ Palmeas (2) (synodum habuit) de paschate consentiens.

Osrhæna Synodus.

Sacra synodus Osrhæna, sub qua Edasa (3) est, & Adiabenorum regio, tempore Commodi Imp. Nomen Præsidis nemo prodidit: actum est de sacro Paschate, ut in aliis a XVIII. Episcopis.

Mesopotamiensis Synodus.

Ex Synodico. Sacra synodus provincialis habita est a XVIII. Episcopis in Mesopotamia sub Commodi Imp. de sancto Paschate, ut alia, cui præfuit incertus nobis Episcopus.

Romana Synodus.

Ex Synodico. Sacra synodus provincialis Romæ habita est a beatiss. Papa Victore, & aliis XIV. Episcopis, qua prohibetur more Judæorum quarta decima luna pascha celebrari, sed in dominica die, qua salus data est, quam alia securæ sunt tempore Commodi Imp.

Euseb. lib. V. cap. XXII. & XXIII. Hist. Eccl. Commodi (4) Augusto Eleuthero Episcopo Rom. mortuo post annos XIII. Sacerdotii Victor successit, ab eo Romæ habetur synodus, (in qua (5) interfuit Palmeas Ponti Episcopus) de Paschate die dominica celebrando non cum Judæis XIV. luna.

Cap. XXIV. Asianos pertinaces Victor communione privavit, quod moleste alii Antistites tulerunt.

Idem in chronicis. Ann. Christi 199. Severi

(1) In Osihoena. Gr. (2) Palmas. Gr.

(3) Edesa, forte. (4) Commodi Augusti an. 10. Gr.

Imp. ann. IV. quæstione orta in Asia inter Episcopos an secundum legem Mosi 14. Mensis pascha observandum esset, Victor Romanæ Urbis Episcopus, & Narcissus Hierosol. Polycrates quoque & Irenæus, & Bachylus, plurimique Ecclesiarum pastores, quid eis probabile visum fuerat, literis ediderunt, quarum memoria ad nos usque perdurat.

Socrates lib. IX. Cap. XXXVIII. hist. tripart. Circa minorem Asiam multi quartum decimum diem observabant, non sabathum, nec tamen hi segregabantur ab aliis, donec Victor Episcopus Rom. excommunicavit quartodecimanos Asianos, quem Irenæus Lugdunensis in Gallia Episcopus increpavit. Ut Euseb. lib. V. Eccl. Hist. scribit,

Ex Damasi Pontificali. Victor constituit, ut sanctum Pascha die dominico celebraretur, sicut Pius, & post alia, & fecit concilium, & collatione facta cum presbyteris, & diaconibus, accersitoque Theophilo Alexandria Episcopo constituit, ut a XIV. Luna primi Mensis usque ad XXI. die dominica custodiatur sanctum Pascha.

Ex Epist. 1. Victori Papæ ad Theophilum Episcopum. Celebritatem sancti Paschæ die dominica agi debere, & prædecessores nostri jam statuerunt, & nos illud vobis eadem die celebrari sollemniter mandamus, &c.

Hierosolymitana Synodus.

Ex Synodico. Sacra synodus provincialis habita est Hierosolymis a Narcisso ejus Archiepiscopo, & aliis XIV. Episcopis de sancto Paschate juxta Aniceti, & Victoris decreta.

Euseb. Lib. V. Cap. XXV. Hist. Eccl. Apud Palæstinam (6) convenientes sacerdotes Dei Narcissus Hierosol. & Theophilus Cæsareæ Palæstinæ, & (7) Cassius Tyrius, & Clarus Ptolemaidis) & alii permulti de paschate admonuerunt per literas, ut servaretur traditio apostolica, quam etiam Alexandrini servabant.

Nicephorus CP. Episcopus in Chronicis. Romanorum Episcopus XIV. Victor, qui in synodo fuit celebrata in Palæstina (de) die Paschatis ann. XII.

Cæsariensis Synodus.

Ex Synodico. Synodus provincialis habita Cæsareæ in Palæstina, quæ Turris Stratonis dicta est a Theophilo ejusdem Episcopo, & aliis XII. de Paschate, ut alia superiores decernens.

Euseb. lib. V. Cap. XXIII. Hist. Eccl. Extat in hanc diem concilii apud Cæsaream (8) Palæstinæ habiti decretum, in quo primus est Theophilus ejus Urbis Episcopus, & Narcissus Hierosol. Dominico die celebrandum pascha, & solvendum jejunium.

Lugdunensis Synodus.

Ex Synodico. Sacra synodus provincialis Lugduni in Gallia habita ab Irenæo ejus Episcopo, & aliis XIII. Episcopis eadem decernens de sancto Paschate.

Eu.

(5) Gr. non adsunt. (6) Extat hodieque scriptura Gr. c. 27. (7) Desunt Gr. cap. 23. sunt cap. 27. (8) Desunt Gr. (2)

Socr. lib. 9. c. 22. al. 21. L. Hist. Eccl.

Ibid. c. 23. 27.

Euseb. lib. V. Cap. XXIII. Hist. Eccl. Gallorum quoque sacerdotalis conventus extat Irenæo præfule de paschate ut supra.

Arabica Synodus.

Ex Synodico. Sacra synodus in Arabia habita est tempore Origenis a XIV. Episcopis de correctione fidei, quod erant ab hæresi quidam infecti, qua dicebatur animas cum corporibus interire, & cum eisdem resurrecturas, sed ab Origene restituti sunt in orthodoxam fidem.

Eusebius lib. VI. Cap. XXVI (1) Hist. Eccl. Sub Philippo Imp. & Fabiano Papa in Arabia extiterunt assertores dogmatum perversorum, dicentes animas hominum cum corporibus perire tempore resurrectionis simul resurrecturas, cum ingens Episcoporum concilium convenisset, audito Origene resipuerunt.

Georg. Syngellus Tarasii in historia. Tempore Philippi Imp. & Origenis fuerunt in Arabia, qui impie dicerent mori cum corporibus animas, & surrecturas cum eisdem, adversus quos magna synodus habita est, item tum hæresis Helcesaitarum cœpit, qui dicebant licere negare ore, non corde.

Romana Synodus.

Ex Synodico. Sacra synodus provincialis habita Romæ a Victore sanctiss. Papa, & aliis XIV. Episcopis, qua damnatur Theodotus, Æbion, & Artemon fere Judæi, hi præluxerunt Paulo Samosatensi & Nestorio.

Euseb. lib. V. cap. XXVII (2) Hist. Eccl. Victor Papa Theodorum coriariæ, qui primus Romæ ausus est dicere purum hominem fuisse Christum, communionem Ecclesiæ repulit.

Romana Synodus.

Ex Synodico. Alia sacra synodus Romana sub eodem Papa Victore, qua damnatur Sabellium, & Novatum, qui tres personas divinitatis in eandem personam copulabant, & Valentinum in multis erroribus, item qui cælestis corpus Christi esse aerebat.

Euseb. lib. VI. Cap. XXXIV (3) De Hist. Eccl. Hoc tempore Novatus Romana Ecclesiæ presbyter elatione quadam tumidus spem salutis eis ademerat, qui digne poenitissent, hinc orti Novatiani, & eorum quam rem concilium sacerdotale celeberrimum in urbe Rom. congregatum est Episcoporum LXI presbyterorum totidem (4), & diaconorum plurimorum, decretum est Novatum cum ceteris alienos esse ab Ecclesia, & lapsos esse recitandos poenitentes. *Eadem*

Georg. Syngell. Tarasii in historia. *Damasus in Pontificali.* Tempore Fabiani supervenit Novatus ex Africa, & separavit Novatianum de Ecclesia, & quosdam confessores.

Ex Epist. 1. Fabiani Papæ. Supervenit Novatus ex Africa, & separavit de Ecclesia Christi Novatianum, & quosdam alios Christi confessores, & convertit in pravam doctrinam.

Ex Epist. 1. Cornelii Papæ. Hæc invidens anti-

quus hostis, suscitavit nobis adversarium Novatum rectæ fidei, & sanæ doctrinæ emulum, qui extra Ecclesiam ordinavit Novatianum, & in Africa Nicostratum utrosque hæreticos, sicut ille erat.

Bostrena Synodus.

Ex Synodico. Sacra provincialis synodus habita est tempore Origenis viri doctissimi Bostræ in Arabia, quam Isaias *Palaborbron* appellat, unde *Bosoras* dicta est mater sanctiss. Job. Actum est de correctione Cyrilli Sophistæ ejusdem Urbis Episcopi, qui deceptus est a Theodoto Scytheo, & Origenis persuasionem rediit ad orthodoxam fidem.

Euseb. lib. VI. Cap. XXIV. Hist. Eccl. Beryllus Bostrenæ urbis Arabiæ Episcopus peregrina quædam docere cœpit, asserens Dominum nostrum Jesum Christum non extitisse ante incarnationem, neque propriam deitatis habuisse substantiam, sed habitasse Deum patrem in eo. Pro quo quamplurimi Episcopi congregati, sed inter ceteros Origenes eum convicit, & quod raro accidit, rediit ad poenitentiam. Extat Origenis, & Berylli disputatio (In synodo, & synodi verba, Gr.)

Idem lib. 6. cap. 33.

Socrates lib. VI. Cap. XX. Hist. Tripart. Synodus propter Beryllum (5) Episcopum Philadelphiæ in Arabia facta scribens, ad eundem Beryllum Christum animam habuisse dixit.

Idem lib. 2. cap. 7. Hist. Eccl.

Antiochena Synodus.

Ex Synodico. Sacra provincialis synodus Antiochiæ habita est a Demetriano ejusdem urbis Episcopo damnans Novatum.

Euseb. lib. VI. in fine Hist. Eccl. Ad Cornelium quoque urbis Rom. Episcopum plura scribit Dionysius Alexandrinus, in quibus & illud invitatum se a multis Episcopis, idest ab Heleno Tarso Ciliciæ & Firmiliano Cappadociæ, & Theoteeno Palæstinæ, ut ad synodum Antiochiam pergat, quod ibi Novati dogmata quidam ferere conarentur, & addit Fabiano (6) Antiocheno Episcopo defuncto, Demetrianum successisse.

Romana Synodus.

Ex Synodico. Sacra synodus provincialis Romæ habita est ab Stephano Martyre Papa damnans Africanam synodum de rebaptizandis reversis ex quacumque hæresi.

Euseb. lib. VII. Cap. (7) III. Hist. Eccl. Post Cornelium, qui tribus annis Episcopus Rom. fuit, Lucius successit VIII. mensibus, cui Stephanus succedit. Hic (similem (8) Cornelio) de non rebaptizando sententiam tulit.

Et Cap. IV. (9) Stephano post annos duos successit Christus, ad quem Dionysius Alexandrinus commemorat Stephanum prædecessorem ad Firmilianum, & Helenum, & ceteros (earum (10) partium) scribentem statuisse, non communicandum esse cum his, qui rebaptizant eos, qui ab Ecclesia ad hæreticos transeunt, & hortatur, ut ab-

(1) Cap. 37. Gr. (2) Cap. 28. Gr. (3) Cap. 43. Gr. (4) Non est, Gr. (5) Cyrillum. Gr. (6) Fabio. Gr.

(7) Cap. 2. & 3. Gr. (8) Non est, Gr. (9) Cap. 5. Gr. (10) Ex Cilicia, Cappadocia, & Galatia. Gr.

De Synodis, & Pseudosynodis. xxxiii

abstineat, & consideret magnos viros id fecisse.

Et Cap. VI. (1) Commemoratur non tum primum in Africa, sed jam antea in aliis Ecclesiis idem fuisse, & in aliis conciliis velut in Iconio (2) statutum. *Georgius Singellius*, de eadem re.

Alexandrina Synodus.

Ex Synodico. Sacra provincialis synodus Alexandriae habita est a Confessore Dionysio ejus Antistite, detestans Sabellium ut Dei hostem.

Ex Georg. Syngell. historia. Idem testatur Dionysius Alexandrinus in epistula ad Fabium (Antiochenum) cum his, qui Alexandriae aderant adversus Novatum.

Alexandrina Synodus.

Ex Synodico. Alia synodus ab eodem Dionysio Alexandriae habita est damnans post mortem Nepotianum Episcopum Ægypti, & Cerinthum, qui aberrabant dicentes regnum Christi futurum Hierosolymis, & mille annis duraturum, item sacrificia boum, & pecorum statuebant.

Antiochena Synodus.

Ex Synodico. Sacra synodus provincialis habita est Antiochiæ, cui præfuerunt Elenus Tarfi Episcopus, Theodogenes Mopsuestiæ, Gregorius Thaumaturgus Cæsareæ Ponti, Anatholius Laodiceæ sapiens vir, cujus canones de paschate feruntur, & Malchion Antiochiæ: damnarunt Paulum Samosatensem quasi Annam, & Caipham in Christum dicentem.

Photius, sive Incertus. Ante Nicænam synodum fuerunt alia provincialia, nam tempore Aureliani Imp. Paulus Samosatensis Episcopus Theopolitanus Christum dicebat solum hominem esse, divina gratia adjutum: adversus eum plures Episcopi convenerunt Antiochiæ, Principes erant Hymenæus Hierosol. Gregorius Neocæsariensis. Thaumaturgus, Athenodorus ejusdem frater, Firmilianus Cæsareæ Cappadociæ, Elenus Tarfeorum. Hi diligenter curarunt, ut Paulus resipisceret, cum id non obtinuissent, deposuerunt dignitate, & ab Ecclesia ejecerunt: cum vi retineret Ecclesiam, ab Aureliano Imp. gentili obtinuerunt, ut eiiceretur.

Jo. Zonaras. Duæ fuerunt synodi Antiochiæ in Syria, quarum altera sub Aureliano fuit Imp. adversus Paulum Samosatensem hæresiarcham, qui dicebat Christum solum hominem fuisse, filium vero Dei appellatum. Interfuerunt multi Episcopi, in quibus Gregorius Thaumaturgus. Erat Paulus Antiochiæ Episcopus, & cum persuaderi non potuisset, damnatus est, & ejectus ab Ecclesia, cum obedire nolleret, synodus ad Imp. misit, quæ id negotium Episcopo Romano, & aliis Antistitibus, qui cum eo erant, commisit, qui eum etiam damnarunt: sic eum exulare iussit, ut Eusebius in historia refert. Alia synodus habita est Antiochiæ sub Constantio Constantini filio post annos quinque a morte Patris, quorum canones fuerunt xxv. *Theodor. Balsamon* totidem verbis.

Matthæus Monachus. Post Valerianum Claudium.

Tom. V. (1) VII. Gr. (2) Et synodis. Gr.

(3) XXVIII. & XXIX. Gr. (4) Eleus. Geor.

dius annum imperavit, quem secutus est Aurelianus annis sex. Hoc tempore habita est Antiochiæ in Syria synodus adversus Paulum Samosatensem ejus urbis Episcopum: hic Christum Deum negabat fuisse, sed hominem tantum divina gratia eversum, dictumque a Prophetis Filium Dei; quod non ferentes Orientis Episcopi Antiochiam convenerunt, quibus præfuerunt Hymenæus Hierosol. Gregorius Neocæsariensis. Thaumaturgus, Athenodorus ejus frater, Firmilianus Cæsareæ Cappadociæ, & Elenus Tarfeorum, qui cum Paulum non possent ad poenitentiam reducere, sacerdotio privarunt, & ab Ecclesia ejecerunt. Is tamen perseveravit, quoad sacra synodus obtinuit ab Aureliano pagano, ut eiiceretur, qui negotium Romano Pontifici, & aliis, qui cum eo erant, sacerdotibus commisit, ex quorum etiam sententia damnatus est, ut Eusebius scribit in historia. Canones hujus synodi non extant.

Matth. Monachus. Alia synodus Antiochena habita est Antiochiæ in Syria sub Constantio Magni Constantini filio, post ejus mortem anno quinto. Canones edidit xxv. in communem Ecclesiarum utilitatem.

Photius, sive Incertus. Post Nicænam synodum habita est provincialis synodus Antiochiæ in Syria sub Constantio Constantini filio post mortem Patris anno quinto. Hæc canones edidit.

Jo. Filii editio. Canones sanctorum Patrum Antiochiæ collectorum. Ex epistula synodi. Ex provincia Syria-Cœle, Phœnicie, Palæstina, Arabia, Mesopotamia, Cilicia, Isauria.

Euseb. lib. VII. Cap. XXV. (3) Hist. Eccl. Dionysius Alexandriae in pace quievit xii. ann. In p. Gallieni: cum xvii. annis sedisset, successit Maximus. Gallieno post annos Imperii xv. successit Claudius, Claudio post biennium Aurelianus. Hujus temporibus apud Antiochiam Concilium congregatur adversus Paulum, quem omnes damnarunt, quotquot erant in orbe Ecclesiæ, perurgente Malchione presbytero Antiochenæ Ecclesiæ: edita est utriusque disputatio in eo concilio: scripta est epistula a synodo ad Dionysium Episcopum urbis Rom. & Maximum Alexandrinum, & ad alios sacerdotes, in cujus initio hæc omnia sunt. Helenus (4) Hymeneus, Theophilus, Theotecnus, Maximus, Proculus, Nicomas, Ælianus (5), Paulus, Bolanus (6), Protogenes, Hierax, Eutychnus, Theodorus, Malchion, Lucius, presbyteri xvi.

Anathemate igitur Paulus, & sectatores excommunicantur. Dominus subrogatus in Episcopatu, sed Paulus noluit discedere, quoad Imp. Aurelianus decrevit his tradi Ecclesiæ domum, quos Italiæ sacerdotes, & Romanus Episcopus decerneret, manu publica expulsus est.

Ex Epistula Alexandri Alexandrini Episcopi ad Alexandrum CP. relata apud Theodoritum lib. I. Cap. XIV. Hist. tripart. Doctrina, quæ nuper contra pietatem surrexit ecclesiasticam, Hebionibus

(5) Ælian. Geor. Æmilianus. Gr.

(6) Bolanus. Gr. & Geor.

Facit Geor. Monachus Singell. in Hist.

Idem. Cap. XXX. Gr.

Theod. lib. I. c. 4. Hist. Eccl. Gr.

nis (1) est, & Artemonis (2), & zelus Pauli Samolateni de Antiocheja synodali omnium Episcoporum iudicio ab Ecclesia pulsi, cui succedens Lucianus extra synagogas mansit trium Episcoporum plurimo tempore.

Idem Socr.
lib. 6. c. 18,
al. 16. Hist.
Eccl.

Socrates lib. X. Cap. XVII. Cum Joannes responderet LXV. (3) Episcopos communicantes ei decrevisse, Leontius, & alii dixerunt, *plures te deposuerunt*; at Joannes eam regulam non orthodoxorum Ecclesie, sed esse Arianorum, nam Antiochie congregatos pro damnatione fidei de consubstantialitate, odio Athanasii eam regulam protulisse. *Vide cap. 12. Antioch.*

Sozomen. lib. III. Cap. V. Hist. Eccl. Imp. Constantius Antiochiam Syriæ pervenit, illic templum a Patre inchoatum perfectum est, cujus consecrationis occasione synodus cogitur ab Eusebio, & Sociis XCVII. (4) Episcopis, sed novari fidem volebant. Præerat Antiochie Episcopus, Placetus Euphrasii successor, eratque quintus annus post mortem Constantini. In hac synodo multa adversus Athanasium dicta sunt, quod ejectus sine synodo rediisset, quod cædes ejus causa fuissent patrata, itaque ei Gregorius successus est. Tum de fide scripserunt non oportere de substantia Dei querere, neque de hominibus &c. postea alia ratione formulam, quam Lufiani Martyris Nicomedienensis esse dicebant, ediderunt. Interfuerunt præter Eusebium Nicomed. Pauli CP. successorem, Acacium Eusebii Pamphili successor, & Patrophilus, Scytopoleos, & Theodorus Heracleæ, quæ prius Perinthus dicebatur & Eudoxius Germ. qui post Macedonium CP. Episcopus fuit, & Gregorius nuper Alexandria electus. Hi omnes erant ejusdem opinionis, sed & Dianocus Cæsareæ Cappadociae Episcopus, & Georgius Laodiceæ Syriæ, aliique permulti Metropolitanæ, & Episcopi. Nec non Eusebius Edesseus ex Edesseis Essoenorum.

Ex Trident. pag. 21.

Antiochiam celebrat sextus sermonibus urbem. *Georg. Syngell. in histor. Anno Christi CCXLVIII.* Valerianus, & Gallienus ann. xv. Antiochie Paulus Samolatenus ann. viii. hic ejectus est Patrum iudicio, quod Artemonis revocaret hæresim.

Antiocheni concilii sub Julio canones editi in encaniis extant. *Vol. 1. Concil. pag. 400. edit. 3. Episcop. 30.*

Mesopotamiensis Synodus.

Ex Synodico. Sacra synodus provincialis in Mesopotamia habita est ab Archelao Episcopo Carcharorum, ac Diodoro sacerdote adversus Manetem erebodenum, & Diodoriadem presbyterum, quæ eos damnavit.

Romana Synodus.

In Epist. II. Felicis Papæ. Nos vero ad supplementum vestrum fratres, & Coepiscopos nostros vocavimus amplius, quam LXX, cum quibus hæc, quæ subter habentur inserta, regulariter tractando decrevimus. *Et postea:* Quapropter

(1) Ibionis. G. (2) Artemæ.

in præfata constituimus synodo, vobisque, & omnibus Ecclesiis tenendum, & agendum mandamus, ut super memorias martyrum Missæ celebrentur.

Ex Damaso in Pontificali. Felix constituit supra sepulchra, aut memorias martyrum missas celebrari.

Synuessana Synodus. Adversus Marcellinum Papam extat *Vol. 1. Concil. pag. 283. edit. 3.*

Eliberinum Concilium XIX. Episcoporum tempore Silvestri, & Constantini extat *Vol. 1. Concil. pag. 364. edit. 3.* Forte Cordubense.

Romana Synodus.

Ex Synodico. Sacra synodus provincialis Romæ habita est a Miltiade Papa, & sanctiss. Marco, & Cæciliano Carthagin. Episcop. de unione Episcoporum, quam etiam iussit Constantius Magnus convenire Arelati. Cum reverteretur ex Occidente in Orientem, nec vidit tunc Silvestrum Romæ sedentem, sed Miltiadem, qui nobis non vera sunt, quæ dicuntur de baptismo Constantini Romæ, sed Nico-medie tantum. (Ego cum Rom. ecclesia sentio.)

Arelatensis Synodus.

Ex Synodico. Sacra synodus provincialis Arelati habita sub Constantino a N. Syracusano Episcopo in Sicilia, & eodem Cæciliano Episcopo de unione Episcoporum.

Euseb. lib. X. Cap. V. Hist. Eccl. Constantinus Aug. Chresto Episcopo Syracusano. Julisimus olim, ut venirent ex Gallia Episcopi, & alii ex contraria parte ex Africa, & præsentem Rom. Episcopo seditio orta sedaretur. Id fieri non potuit, &c. iussimus ut Arelate convenirent. Kal. Aug. tu igitur accepto diplomate a clariss. Latroniano correctore Sicilia cum duobus ex tua sede, & tribus famulis ad eam diem veni, ut cum aliis possis de re mota iudicare.

Ancyrana Synodus.

Ex Synodico. Sacra synodus provincialis XII. Episcoporum habita Ancyra in Galatia, cui præfuit Marcellus ejus urbis Episcopus, & Agricolaus Cæsareæ Cappadociae, quæ statuit formam recipiendi lapsos in persecutione.

Photius, sive Incertus. Synodus Ancyra habita est, cum in magna persecutione multi tormenta vicerint gloriosi martyres, multi defecerint, & mox reversi non recipiebantur. Itaque convenit sacra synodus, cui præfuerunt Vitellius Antiochie ex Syria, & Agricolaus Cæsareæ, Cappadociae, Basilus Amasiae martyr: & canones statuerunt, ut eam formam, & modum recipiendi lapsos omnes servarent.

Jo. Zonaras. Eadem fere dicit, tantum addit fuisse antiquiorem Nicæna, posteriorem Antiocheni, quæ fuit sub Aureliano, & hanc canones edidisse xxv. *Theodor. Balsamon.* Brevius eadem.

Matt. Monachus. Ab Aureliano quintus Diocletianus imperavit: anni medii quindecim interfuerunt. Hoc tempore habita synodus est Ancyra,

(3) L. L. (4) XCIX. L.

12,

ræ, quæ Metropolis est Galatiæ, actum est qua ratione recipere oporteret reuersos ex negatione, præfuerunt Vitellius Antiochiæ Syriæ, Agricolaus Cæsareæ Cappadociæ, & martyr Basileus Amasiæ Episcopus, qui sub Licinio passus est. Canones xxv. conscripserunt.

Jo. Tili editio. Canones Ancyrae convenientium sanctorum Patrum, qui anteriores quidem sunt editorum Nicææ canonum, positi autem sunt post eam synodum, quod ea universalis fuit.

Ex libro Trid. pag. 20.

Tertius Ancyrana tenet moderamina vitæ.

Anciranum concilium extat *Vol. 1. Concil. pag. 292. edit. 3.* Subscripserunt XVIII. Episcopi. Vitalis Antiochenus Syriæ-Cœles, Agricolaus Cæsareæ Palæstinæ, Marcellus Ancyrae Galatiæ primæ.

Neocæsariensis Synodus.

Ex Synodico. Sacra Provincialis synodus habita est a XXIII. Episcopis, quibus Vitalis præfuit, Cæsareæ in Ponto, de his, qui in persecutione sacrificarunt, aut negarunt, aut idolothytæ gustarunt, aut alia ratione prævaricati sunt, qua de re forma recipiendi eos statuta est.

Phozius, sive Incertus. Alia synodus habita est Neocæsareæ ad Pontum, cui interfuit (1) Basileus Amasiæ Episcopus, canones edidit de constitutione Ecclesiasticarum rerum.

Jo. Zonaras. Hæc Neocæsariensis in Ponto synodus posterior est Ancyrana, sed antiquior Nicæna. Huic interfuit Basileus martyr Episcopus Amasiæ. Canones edidit xv. *Theod. Balsamon* totidem verbis.

Matt. Menachus. Post Ancyranam Neocæsareæ in Ponto habita est synodus, cui etiam interfuit Martyr Basileus Amasiæ Episcopus. Edidit varios Canones xiv.

Jo. Tili editio. Canones Neocæsareæ habitæ synodi, qui posteriores sunt Ancyranis, & priores Nicææ habitæ synodo, sed ea præcellit, utpote cœcumenica.

Ex Trid. pag. 20.

Cultricemque sanat cordis Neocæsaria quartus.

Neocæsariense Concilium extat *Vol. 1. Concil. pag. 315. edit. 3.* Subscripserunt Episcopi XIX. five XVII. Vitalis Antiochenus (al. Zelamitanus) Cœles Syriæ, Germanus Neapolis Palæstinæ, &c.

Arelatensis Synodus. Sub Silvestro extat *vol. 1. Concil. pag. 368. edit. 3.*

Arelatens. II. Synodus. Sub eod. Silvestro extat *vol. 1. Conc. pag. 375. edit. 3.*

Ægyptia synodus.

Niceph. Callist. lib. VIII. Cap. XI. Hist. Eccl. Sed & alia quoque in Ægypto synodus hac de re acta de Ario, & Arianis ante Nicæan. synodum.

Alexandrina Synodus.

Ex Synodico. „Patricius Ararsius in Oceano ait“. Cum Melitius Episc. Thebaidos in persecutione sacrificasset, aliisque sexcentis criminibus

notatus esset, Petrus beatiss. Alexandriae Episcopus, qui martyr postea fuit, eum deposuit, atque ab Ecclesia eiecit, nec non Arium diaconum, quod de aliena Christi substantia loqueretur, & quod erat, quando non erat Dei filius, a ministerio amovit. Petro passo Achilles successit, qui Arium hæresi, & ambitione infectum, & Melitii criminum sodalem presbyterum creavit, & præfecit Alexandriae studiis literarum. Achillæ Alexander successit, sed Arius ambitione exarsit, quod ei Alexander prælatus esset, & separavit se cum Euzojo Diacono, & Aithala, & aliis facta in Episcopum conjunctione, & dogma alterius substantiæ præferbat. Alexander eum multis rationibus placare statuit, sed frustra. Tandem synodus frequens coacta est Alexandriae ab eodem Alexandro, & anathemati subiecit pertinacem Arium, Euzojum, Achillam, Aithalam, Lucium, Sarmatium, Julium, Menam, alium Arium, & Helladium. Hanc damnationem in varias regiones misit, cui subscripserunt Episcopi Lybiæ, & Pentapolis, & Syriæ, & Lyciæ, & Cappadociæ, & Asiæ, & Alexander Constantinopolitanus. Arius vero scripsit, quæ acciderant Eusebio Nicomediæ, & alteri ex Palæstina Eusebio, qui unanimes adversus Alexandrum omnia perturbabant, quamobrem Imp. Constantinus synodum coegit universalem.

Ex Epistula Alexandri Episcopi Alexandri- ni apud Socratem lib. I. Cap. XIII. Hist. tripart. Apostatæ sunt isti Arius, & Achilles (2) & cum (3) eis, Aithalis, Carponius (4), alter Arius, Sarmatius (5), Euzojus, Lucius, Julius (6), Menas, & Helladius, Gajus, Secundus, & Theonas Episcopi. Fautor Eusebius nunc Nicomediæ, prius Berytiorum Episcopus. Blasphemiam Arii in eadem epistula sunt. Hos quidem nos cum Episcopis Ægypti, & Libyarum pœne certum convenientes, anathematizavimus, mox ex verbis sacri Evangelii, & aliis scripturis sacris confutat hæreses singulas.

Ex alia epistula ejusdem Alex. ad Alexandrum CP. ibid. cap. XIV. In tomo, quem etiam vobis direxi per filium meum Architum (7) diaconum, sive Archidiaconum, subscripserunt tam totius Ægypti, & Thebaidis, quam Libyæ, & Pentapolis, Syriæ, Lyciæ, Pamphiliæ, Asiæ, Cappadociæ sacerdotes, aliarumque Provinciarum (8). *Et postea:* sunt autem, qui anathematizati sunt, ex presbyteris quidem Arius, ex Diaconibus autem Achilles (9) Euzojus, Aitalis (10) Lucius, Sarmatius (11), Julius, Menas, alter Arius, & Helladius. De Melitio Episcopo *Cap. 18. ejusdem libri.* Videndus Epiphanius, & Tridentina *pag. 18. ad pag. 20.*

Theodorit. lib. I. Cap. VIII. Hist. Eccl. Cum autem Melitius, qui non diu ante Arianam rabiem pervenerat ad Episcopi dignitatem, postea convictus quorundam maleficiorum a beato Petro Martyre Alexandrino Episcopo, fuisset depo-

(1) *Vid. Euseb. in Chronic. ann. 320.*

(2) Achilles. Gr. (3) *Hæc non sunt, Gr.*

(4) Carpones. Gr. (5) Sarmates. Gr.

(6) Julianus. Gr. (7) Appionem.

(8) Vicinarum. Gr. (9) Achilles. Gr.

(10) Aitalas. Gr. (11) Sarmata. *Theod. Gr.*

Idem lib. 1. c. VI. al. 1. Hist. Gr.

Theod. lib. 1. c. 4. Hist. Eccl. G.

depositus, nec resipisceret, sed multo magis seditionem commoveret in Thebaide, & Ægypto (1) adversus Alexandrum (Petri successorem) Nicæni Patres de eo scripserunt Ecclesiæ Alexandrinæ.

Socrates lib. I. Cap. VI. al. III. Hist. Eccl. Alexander iratus adversus Eusebium Nicomediæ, & Arium, Synodum coegit multorum Episcoporum, & Arium, ejusque Socios deposuit, literasque scripsit hujusmodi: „Alexander omnibus Collegis“ &c. Melitiani cum Arianis mixti sunt, qui paulo ante fuerant separati, nam sub Petro (qui passus est sub Diocletiano) Alexandria Episcopo Melitius cujusdam urbis in Ægypto Episcopus depositus est, maxime quod in persecutione sacrificasset, depositus hæresiarcha factus est, caputque Melitianorum.

Sozomen. lib. I. cap. XIV. Hist. Eccl. L. Alexander dum quæstio tractaretur de novis Arii verbis convocato concilio, cum adhuc quæstio anceps esset, modo hos, modo illos laudabat, sed tandem adversus Arium sensit, jussitque ut ab impiis vocibus ablineret, cum is recularer, & haberet Episcopos, & presbyteros fautores, eis Ecclesia interdixit.

Theophanes in historia. Petrus Martyr Alex. Episcopus Arium Diaconum communione privavit, qui postea hæresiarcha fuit.

Romana Synodus.

* Hæc Synodus
supposititia.

Ex Damaso in Pontificali. Silvester in urbe Roma congregavit cum consilio Aug. Episcopos CCLXXVII. & damnavit iterum (Callixtum, &) Arium, & Photinum, & Sabellium.

Concil. Romanum sub Silvestro præsentate Constantino Aug. intra thermas Domitianas CCLXXV. Episcoporum extat, *vol. 1. Concil. pag. 354. edit. 3.* Item *pag. 355.* est CCLXXVII. *al. LXXVII. al. LXXXIV.* Episcoporum.

Carthagin. Synodus. Sub Silvestro extat *Vol. 1. Concil. pag. 377. edit. 3.*

* Romana Synodus.

Ex Damaso in Pontificali. Marcus constitutum de omni ecclesiastico ordine fecit, *Romana Synodus sub Julio Papa.* Extat *Vol. 1. Concil. pag. 396. edit. 3.* Constantio, & Constante, August. ann. IV. die XIX. K. Oct. indict. VI. &c. Dat. K. Nov. Feliciano, & Maximiano VV. CC. Coss.

Agrippinens. sive Colonien. Synodus. Extat *Vol. 1. Concil. pag. 397. edit. 3.* sub Julio Papa. Post Conf. Amantii, & Albini IV. Idus Maii, &c.

Sardicensis Synodus.

Ex Synodico. Constans Imp. cum videret Constantium fratrem fluctuantem, & Arianis favere, synodum Sardicæ, quæ Metropolis est Illyrici, & Daciæ, congregari curavit, ut de Paulo, & Athanasio ageretur. Convenerunt ex urbe Roma, & Hispaniis, Galliis, Italia, Campania, Africa, Sardinia, Dardania, Macedonia, Thessalia, Pannonia, Mydia, Achaja, Epiro, Thracia, Europa, Asia, Caria, Bithynia, Hellepontus, Phrygia, Pisidia, Cappadocia, Euxino Pon-

to, Cilicia, alia Phrygia, Pamphilia, Lydia, Insulis Cycladibus, Ægypto, Thebaide, Libya, Galatia, Palæstina, & Arabia, Episcopi LXXVI. quibus præerant Hosius Cordubensis Episcopus, & Protogenes Sardicentis Archiepiscopus. Hi recta cum saperent, sulceperunt Paulum, & Athanasium, deposito Gregorio Alexandrino, Quintiano Gazæ, Basilio Ancyrae, quos appellatione Episcoporum, & communione privarunt, quod per Tyrannidem fedes occupassent, & Theodorum Heraclia, Acacium Palæstina, Stephanum Antiochia, Isaacium * Sigiduni, Menophanta Ephesi, & Valentem Mydæ tantum damnarunt, nec non Georgium Ciliciæ, quod jam mortui essent, quod eos jam Alexander CP. damnaverat.

* al. Ursacium.

Photius, sive Incertus. Alia synodus habita est Sardicæ sub Constantio Constantini filio, qui valde laborabat, quæ Nicææ decreta auxilio Spiritus sancti fuerant, alia synodo revocare: at cum Romanus Pontifex Constanti, qui Occidentem imperabat, detexisset dolos fratris, is cum orthodoxus esset, fratri bellum indixit, nisi cessaret. Itaque convenit inter eos, ut synodus haberetur, Sardicam Orientis, & Occidentis Episcopis convenientibus. Convenerunt Episcopi CCCXLI. & Symbolum Nicænum confirmarunt, omnesque adversarios anathemati subdidderunt, & canones statuerunt.

Jo. Zonaras. In eadem sententiam, tantum addit Sardicam dici nunc *Triadizzen.* Canones statuit XXI. *Theod. Balsamon.* totidem verbis tantum differt Canon, XXI. *Matt. Monachus* eadem Can. XX.

Hilarius Pictaviensis Episcopus in libro de Synodis. Sancta synodus in Sardica congregata ex diversis provinciis Orientalium Partium, Thebaide, Ægypto, Palæstina, Arabia, Phœnice, Syria-Cœle, Mesopotamia, Cilicia, Cappadocia, Ponto, Paphlagonia, Galatia, Bithynia, Helleponto, Asia, Phrygiis duabus, Pisidia, Cycladibus Insulis, Pamphilia, Caria, Lydia, Europa, Thracia, Æmo Monte cum Mysia, Pannoniis duabus, hanc exposuimus fidem: „Credimus in unum Patrem“ &c.

Jo. Tili editio. Canones SS. Patrum Sardicæ collectorum ex diversis Provinciis.

Idem lib. 2.
c. 4. Hist.
Eccl.

Theodorit. lib. VI. Cap. XXI. Hist. tripart. Constans scripsit fratri, ut paternæ pietatis memor esset, ejus literis motus Constantius præcepit Sardicæ in Illyrico (2) Orientis, & Occidentis Episcopos adesse.

Socrates Cap. XXIII. Anno XI. ab obitu Constantini Rufino, & Eusebio Coss. celebratum est Sardicense (3) Concilium. Ex Hesperiiis convenerunt Episcopi fere CCC. ut Athanasius ait, ex Oriente LXXVI. ut Sabinus ait. In quibus erat Pschyrras Mareotis Episcopus a damnatoribus Athanasii consecratus: alii excusabant se, quod breve tempus Julius indixerat concilio. Cum ante sesqui annum fuerint vocati, & petierunt excludi eos, qui communicabant Athanasio, & Pau-

Sacr. lib. 11.
c. 20. al. 16.
L. Hist. Eccl.

(1) Maritima. G. (2) Dacorum metropoli.

Theod. Gr. (3) In Illyrico. Gr.

De Synodis, & Pseudosynodis. xxxvii

Paulo. Id negabant Hispanus Hofius Corduben. & Protogenes Sardicenfis. Illi dilcefferunt, & Philippopoli Thraciæ concilium fecerunt, atque inæqualitatem (1) substantiæ confirmarunt; quod in primis damnarunt (2) Sardicenfes Patres, deinde accusatores Athanasii dignitate privarunt, ac fidem Nicænam confirmarunt. Restituti que sunt Paulus, & Athanasius, & Marcellus Ancyra Galatiæ (3).

Ex lib. Trid. pag. 31. Idem Theod. lib. 2. c. 7. Hist. Eccl.

Cap. XXIV. Theodorus refert literas Sardicenf. synodi. Sancta synodus Dei gratia Sardicæ congregata ex urbe Roma Hispaniis (4), Galliis (5), Italia, Campania, Calabria, Africa, Sardinia, Pannonia, Myfia (6), Dacia, Dardania, altera Dacia, Macedonia, Thessalia, Achaja, Epiro (7), Thracia, Rhodope, (8) Asia, Caria, Bithynia, Hellesponto, Phrygia, Lydia, Infelis Cycladibus, Ægypto, Thebaide, Libya, Galatia, Palæstina, & Arabia. Enumerantur patrata ab Arianis adversus Athanasium Alexandrinum, Marcellum Ancyra Galatiæ, & Asclepam Gazæ: qui restituantur amotis Gregorio Alexandria, Basilio Ancyra, Quintiano Gaza, quos censet synodus nec Christianos, nec Episcopos nominandos, Theodorum Heraclæ Europæ, Narcissum Neroniadis Ciliciæ, Acacium Cæsareæ Palæstina, Stephanum Antiochiæ, Ursacium Sigiduni (9) Myfiæ, Valentem ex Murfia (10) Pannoniæ, Menophantū Ephesi, & Georgium Laodiceæ damnatos ab Alexandro Alexandrino synodus deponit, & communione privat. De Paulo nihil in his literis. Julii honorificatio. (Subscriptiones addit Trident. pag. 9.)

Theodorus lib. II. Cap. VII. Hist. Eccl. Sardicæ Episcopi convenerunt CCL. ut docent antiquæ narrationes. Venit Athanasius, & Asclepas Gazensis, & Marcellus Episcopus Ancyra Metropolis Galatiæ, qui in synodo magna fuerat. Venerunt accusatores eorum, & Judices, sed visa constantia, & religione Patrum discesserunt.

Cap. XVI. In dialogo Constantii Imp. & Liberii Papæ Liberius ait. Horum duo mortui sunt Theogonius (11), & Theodorus, tres vivunt Mares, Valens, & Ursacius. Ab his ipsis missis hujus rei causa Sardicæ suffragia collecta sunt, qui synodo libellos obtulerunt, petentes veniam, quod in Mareota per (12) calumniam scripturas (13) consecissent in Athanasium.

Cap. XXVI. Præsidebat Cæsareæ Palæstina (14) Acacius, qui Eusebio successerat, quæ tamen Sardicenfis synodus deposuerat, sed retinuit Ecclesiam, & adversus Cyrillum Hierosol. in-vectus.

De restitutione Marcelli Ancyra Galatiæ minoris Episcopi. *Socrates lib. I. Cap. 36. Hist. Eccl. Item lib. II. Cap. 16. L. al. 20. G. al. 24. L. Trident. pag. 21.*

Eximiis Decimus dat consultamina Sardis.

Ex Incerto libro Tridentino pag. 4. Sancta synodus Sardicenfis congregata est Sardicæ ex diversis Provinciis Orientis, Thebaidis, Ægypti, Palæstina, Phœnicæ, Syriæ Cœle, Syriæ, Mesopotamiæ, Ciliciæ, Cappadociæ, Ponti, Paphlagoniæ, Galatiæ, Phrygiæ, Bithyniæ, Hellesponti, Asiæ, Pisidiæ Insularum, Pamphiliæ, Caria, Lydiæ, Europæ, Thraciæ, Hemi Mœotis, Pannoniæ, Mæsiæ, Daciæ. Hanc exposuerunt fidem: „ Credimus &c. De Pascha scripsimus vo- „ bis xxx. annos. Anno tricesimo Pascha est „ xxv. Martii anno primo, quo anno Nicæna „ synodus convenit, quæ fuit prima indictio “.

Sozomen. lib. III. Cap. X. Hist. Eccl. L. Episcopi Orientis Sardicam Philippopoli venientes noluerunt ingredi Ecclesiam, in qua erant abdicati. Episcopi Occidentis restitutos esse illos dicebant a Julio Rom. Episcopo, & adesse, ut se defenderent. Cumque hæc scriptis agerentur, tandem separatis conventibus, Orientis Episcopi confirmarunt depositiones Athanasii, Pauli, Marcelli, & Asclepæ, & abdicarunt eis communicantes Julium Rom. Hofium Cordubensem eadem de causa, & quod amicus fuerat Paulini, & Eustathii Antiochenorum, tum Maximum Treveris Episcopum, quod Paulo CP. communicasset, & interdixisset communione Orientis Episcopos, Protogenem Episcopum Sardicæ, quod Marcello fuisset reconciliatus, quem ante damnaverat: Gaudentium, quod communicaverat his, quos Cyriacus, cui successerat, abdicarat. De ea re ad omnes scripserunt, item formulam fidei adscripserunt, in qua de consubstantiali fitebatur, tantum ea vox repudiabatur, fuisse quando non erat.

Cap. II. L. Contra Hofius, & reliqui absolverunt Athanasium a criminibus Tyri objectis, item Marcellum, qui negabat se id sensisse, quod ei obiiciebatur, & Asclepam, qui Eusebii Pamphili, & aliorum sententiam restitutionis ostendebat: Lucium quod accusatores non stetit, absolverunt. Gregorium deposuerunt Alexandrinum, Basilium Ancyra, & Quintianum Gazæ, quos nec Episcopos, nec Christianos esse dixerunt, nec esse illis communicandum. Deposuerunt Theodorum Thracensem, Narcissum Irenopolis, Acacium Cæsareæ Palæstina, Menophantum Ephesi, Ursacium Singidonis Myfiæ, Valentem Murforum Pannoniæ, & Georgium Laodiceæ, qui cum aliis Orientis non venerat, tum propter fidem, tum quod essent abdicati, tum quod cum aliis communicassent. Ediderunt fidei formulam longiorem, sed valde convenientem cum Nicæna; qua de re ad Julium Rom. scripserunt Hofius, & Protogenes Principes Episcopi Occidentis. Sic concilium dimissum est Rufino, & Eusebio Coss. ann. x. post mortem Constantini. Occidentis Episcopi fere ccc. Orientis

LXXVI.

(1) Dissimilitudinem. L. (2) Deservisse judicium. Gr. (3) Minoris. Gr. (4) Hispania. Gr. (5) Gallia. Gr. (6) Moesia. Trid. (7) Epi. o. Trid. (8) Europe. Trid.

(9) Singiduno. Th. Gr. (10) Myrsis. Th. Gr. (11) Theognis. Gr. (12) Absente reo in μονομερῆς. Gr. (13) Ἀπὸ υπομνημάτων. (14) Metropoli. Gr.

LXXVI. in his Ischyron Mareotis Episcopus ab Arianis adversariis Athanasii ordinatus.

Eadem Anastasius.
* LXXVI.
al.

Ex Theophane. Sardicam convenerunt ex Hesperis Episcopi CCC. ex Oriente XXXVI. * qui petebant primo Athanasium, & Paulum eiici oportere, sed Hosius Corduben. & Protogenes Sardicen. id non permiserunt, illi Philippopolim discesserunt. Orthodoxi fidem Nicænam confirmarunt adversus ἀνομιόν anathema statuerunt, Athanasio, & Paulo restituto, & Marcello Ancyrano, qui confessus est homouision, & rationem reddidit non fuisse scripta sua intellecta cum accusatus fuit (Athanasius.)

Niceph. Callist. lib. IX. Cap. XII. Sardicam, quæ Illyrica civitas est, (vide Ptol. lib. 3. c. 11.) convenerunt ex occidente fere ccc. ut Athanasius ait, ex Oriente LXXVI. Sabino Macedoniano teste, quibus accessit Ischyron ex sese ortus presbyter, quem Mareotes Episcopum dixerunt, reliqui dicebant Julium breve tempus constituisse, cum tamen 20. mens. essent. Decimus annus erat a morte Constantini. Orientales ex Philippopoli Thraciæ scripserunt occidentalibus, qui erant Sardicæ, ut Athanasium, & suos eicerent, utpote abdicatum, id ipsum Sardicam venientes petebant. Negabant alii, Osius præsertim Cordubæ in Hispania, & Protogenes Sardicen. qui dicebant Julium eorum innocentiam cognovisse. Orientales discessere Philippopolim. Osius, & ceteri discedentes damnarunt, Athanasium receperunt, acta Tyri adversus eum rescindunt, Asclepiæ Gazensem Ecclesiam confirmant, qui multorum Antistitum, in quibus Eusebii Pamphili, suffragio erat Episcopus: Lucium restituerunt fugientibus accusatoribus. Abrogarunt Episcopatum Gregorio, sive Georgio Alexand. Basilio Ancyrano, & Quintiano Gazæo, quos ne Christianos quidem vocandos. Item Theodoro Perinthio, Narcisso Irenopolitano, Acacio Cæsariensi Eusebii successori, Menophanto Ephesio, Ursicio * Singidonis, & Valenti Murisæ Pannoniæ Episcopis, & Georgio Laodicen. qui cum Orientalibus tunc non erat. His dignitate adempta communionem interdicit, τὸ ἀνομιόν repudiarunt, τὸ ὁμοούσιον receperunt. Nicænam formulam alia longiori confirmarunt, & literas ad Julium Osium, & Protogenes dederunt. Marcello quoque Ancyræ Galatiæ Ecclesiam restituerunt.

* Ursicio,
al.

Sardicensis concilii canones extant vol. 1. Conc. pag. 411. edit. 3. Anno 6. Constantii Imp. Leontio, & Gallustio Cosl. æra 381. &c.

Anastasius biblioth. ex Theophane. Constans Imper. scribit fratri Constantio, ut redderet Paulo, & Athanasio proprias sedes, aut prælium contra se sciret movendum, estque hortatus eum, ut synodus apud Sardicam fieret.

Laodicensis Synodus.

Photius, sive Incertus. Post Sardicensem Laodiceæ, quæ Phrygiæ Metropolis est, synodus habita est, quæ etiam canones statuit.

Jo. Zonaras. Interpretatio canonum LX. Laodicensis synodi, Capatianæ Phrygiæ multis illic

convenientibus Patribus ex diversis Provinciis Asiæ.

Theod. Balsamon, & Alexius Aristenus brevius. Interpretatio canonum Laodicensis synodi in Phrygia.

Matt. Monachus. Post Sardicensem Laodiceæ Phrygiæ metropoli synodus habita est, & canones editi sunt LIX. utiles Ecclesiis.

Jo. Tili editio. Canones SS. Patrum Laodiceæ Phrygiæ Pacatianæ collectorum, ex diversis Asiæ Provinciis.

Ex Trident. pag. 21.

Septima felices sensit Laodicia Patres.

Concilium Laodicense in fine Liberii, aut initio Damasi extat vol. 1. concil. pag. 451. edit. 3. „ Sancta synodus, quæ apud Laodiceæ, „ am Phrygiæ Pacatianæ convenit ex diversis „ regionibus (al. Provinciis) Asiæ, Cap. LIX. “

Cordubensis Synodus.

Ex Synodico. Hosius Episcopus Cordubæ synodum habuit catholicam confirmans, quæ Sardicæ statuta fuerant, & recipiens ab eadem synodo absolutos (hoc est Athanasium, & Paulum) Vide Eliberinum.

Hierosolymitana Synodus.

Ex Synodico. Constans Imp. per Salibum (1) Præfectum Constantio bellum indixit, nisi Paulus, & Athanasius restituerentur, habitaque est Hierosolymis sacra synodus provincialis a Maximo Confessore, qui in antiqua persecutione cubitum, & oculum, & dextrum crus amiserat ejus urbis Archiepiscopo, salutaris doctrina edita est, & Paulus, & Athanasius restituti sunt.

Socrates lib. IV. Cap. XXXIV. Hist. tripart. Socr. lib. 2. c. 24. al. c. 19. L. Hist. Eccl.

Athanasius post Sardicensem synodum literis Constantii munitus per Syriam venit in Palæstinam, & Hierosolymis Episcopo Maximo significat acta synodi, & voluntatem Imperatoris, & curavit, ut synodus haberetur Episcoporum earum Provinciarum. Maximus vocat Episcopos Syriæ, & Palæstinæ, & in synodo restituit Athanasio communionem, & dignitatem, synodus scripsit Alexandrinis, & Episcopis Ægypti, & Lybiæ omnia gesta. Ursacius, & valens Romam profecti pœnitentes (2) accepti sunt. Athanasius ordinans etiam in alienis Ecclesiis rediit Alexandriam, unde occasio alterius tragediæ orta est.

Sozomen. Cap. XXXV. Sancta synodus Hierosolymis congregata per Ægyptum, Libyam, & Alexandriam constituta, &c. Socr. lib. 3. c. 22. al. c. 23. L. Hist. Eccl.

Idem lib. III. Cap. XXI. (al. XX. L.) Hist. Eccl. Dum Athanasius reverteretur, multi illum Episcopi comiter receperunt, ut Palæstini, qui Hierosol. synodum habuerant, & Maximus cum ceteris in hæc verba de eo scripserunt, &c.

Niceph. Callist. lib. IX. Cap. XXVI. Maximus Hierosol. Episcopus, cui in Licinii persecutione oculus est effusus, expositis actis Sardicen. & literis Imp. synodo ex Syria, & Palæstina coacta Athanasium recepit, quamvis Tyri, cum damnaretur, interfuisset: scripsit autem literas Hierosol.

(1) Sabinum, forte.

(2) A Julio. Gr.

sol. synodus in Ægyptum & Libyam, & Alexandriam his verbis, &c.

Cæsariensis Synodus.

Socrates lib. II. cap. XLIII. Hist. Eccl. Eustathius Sebastiaz in Armenia Episcopus ab Eulabio (1), forte Eusebio, ejus patre, & Episcopo proprio Cæsareæ in Cappadocia depositus est, quod vestibus uteretur sacerdotio indignis. Huic Meletius sufficitur. Post hanc synodum multa contra regulas ecclesiasticas egit, ob quæ Gangris iterum depositus. Utebatur autem philosophi vestibus, & discipuli vestibus peregrinis.

Sozom. lib. IV. Cap. XXIV. Hist. Eccl. Eustathius presbyter ab Eulalio ejus patre Episcopo Cæsareæ in Cappadocia orationibus interdictus est, postea Neocæsareæ Ponti in synodo communione privatur.

** Neocæsariensis Synodus.*

Sozom. lib. IV. Cap. XXIV. Hist. Eccl. Eustathius Neocæsareæ in Ponto a synodo communione privatus est, postea ab Eusebio Constantino Episcopo depositus, iterum Gangris a synodo deponitur.

Alexandrina Synodus.

Ex Synodico. Imp. Julianus Apostata Episcopos exules a Constantio factos restituit. Itaque Athanasius Alexandriam reversus synodum convocavit, & acta Nicææ confirmavit, & impietatem Arianam anathemati subjecit, ac redeuntes ex hæresi Ariana Episcopos poenitentes recepit in sacerdotio.

Rufin. lib. X. Cap. XXVIII. & XXIX. Eccl. Hist. Pergit interea Eusebius Alexandriam, ibique confessorum concilio congregato pauci numero, sed fide præstantes, deliberant de recipiendis venientibus ex hæresi. Asterio Orientis injungitur procuratio, Eusebio Occidentis: illic de Spiritu sancto æquali ceteris personis actum, & de differentia personæ, sive substantiæ, ac substantiæ, live naturæ.

Sozom. lib. IV. Cap. XXXVIII. Hist. tripart. Athanasius cum venisset Alexandriam synodum Ægyptiorum Episcoporum congregavit, qui cum Sardicensi, & Hierosol. consona decreverunt.

Socrates lib. VI. cap. XVIII. XIX. XX. Athanasius reversus Alexandriam cum Eusebio Vercellensi concilium celebravit, convenerunt frequentes: actum est de Spiritu sancti æqualitate, & de anima Christi. Sic Irenæus, Clemens, & Apollinarius Hieropolites, & Serapio Antiochenus animatum scripserunt: & synodus in Arabia ob Beryllum (2) Episcopum Philadelphiaz habita, & Origen. nono tomo in Genesim. Testes sunt Pamphilus, & Eusebius in vita Origenis: & cum de substantia, & hypostasi quæreat Alexandriæ invenerunt Hosium Cordubensem (3), præmissum ab Imperatore Constantino adversus Arium, Sabellii Libyæ dogma damnasse de substantia, & substantia.

Sozomenus. Plurimi Episcopi Alexandria congregati, cum Athanasio & Eusebio, Nicæni

concilii decreta confirmarunt, consubstantialem Patri filium professi, ipsamque Trinitatem. De substantia, & hypostasi adversus Sabellianos tantum utendum.

Socrates Cap. XXI. Veteres *ἁπλοῦς* dixerunt substantiam Irenæus in Lexico Attico Gr. ὑπόστασις barbarum esse dixit in hac significatione, nam apud Sophoclem in Phœnice *locum infidiarum* significat, apud Menandrum *faces vini*. Juniores philosophi pro substantia usi sunt. Evagrius in monachico Deum non posse defini, ait.

Cap. XXII. Athanasius in synodo librum de satisfactione fugæ legit.

Socrates lib. II. Cap. XXVI. Hist. Eccl. Quarto anno post Sardicensem synodum Sergio, & Nigriano Coss. Constantius solus imperat, tum Ariani in Athanasium feruntur calumniantes apud Imper. fecisse ordinationes in alienis parcellis. Athanasius interea veniens Alexandriam, synodum vocat Ægypti Episcoporum, qui cum Sardicæ, & Hierosol. actis a Maximo consentiunt.

Sozomen. lib. V. Cap. XI. Hist. Eccl. L. Post reditum Athanasii (sub Juliano) Lucifer Caralis Sardiniaz, Eusebius Vercellis Liguriæ ex Thebis superioribus, quo in exilium a Constantio acti fuerant, sunt reversi. Eusebius venit Alexandriam, ut concilium cum Athanasio pro Nicæni symboli confirmatione haberetur. Lucifer Diaconum pro se misit, ipse Antiochiæ profectus est. Multi Episcopi Alexandriam venerunt, decreta Nicææ confirmarunt. De Spiritu Sancto, & de hypostasi adversus Sabellium sanxerunt. Athanasius de fuga librum legit in concilio.

Ex Georg. mon. Syngell. histor. Occultabatur apud Virginem Athanasius, egressus synodum habuit Alexandria, confirmavitque Nicænam synodum.

Niceph. lib. IX. cap. XXVIII. in fine. Eo tempore Constantii Imp. Athanasius Episcoporum Ægyptiorum synodum Alexandria coegit, in qua, quæ de eo Sardicæ, & in Palestina decreta erant, comprobarentur.

Alexandrina Synodus.

Ex Niceph. Callist. lib. IX. Cap. XLIII. Liberio Papæ Athanasius, & universi Ægyptiorum Episcopi in unum synodice apud Alexandriam congregati: „ Vestra beatissima “ &c. Vide lib. 1. *Concil. pag. 438. edit. 3.* Rescriptum Liberii ad eosdem. Vide pag. 434. ubi sup. Dat. VIII. Kal. Jun. Asclepio, & Deodato Coss.

Alia Synodus, sive eadem Alexandrina. Felici Papæ Athanasius, & universi Ægyptiorum, Thebaidorum, & Libyorum Episcopi in sancta Alexandrina synodo gratia Dei congregati: „ Vestro sancto “ &c. ut pag. 440. ubi sup. Rescriptum Felicis II. ad eosdem. Vide pag. 444. *ibid.* Dat. Idib. Feb. Agario, & Juliano Coss.

Antiochena Synodus.

Ex Synodico. Eadem ratione Meletius recepit Eusebium, & Luciferum, qui Paulinum Eustathianum Antiochiæ ordinaverat, ac multa nova suo gregi tradiderat, sed recuperata Antiochiæ

(1) Eulalio. *Sozom.* (2) Cyrillum. *Gr.*

(3) Ex Hispania. *Gr.*

* Idem fortassis cum precedenti concil.

Idem lib. 4. c. 1. *Hist. Eccl.*

Idem lib. 3. c. 5. al. 5. L. *Hist. Eccl.*

Idem lib. 3. c. 7. *Hist. Eccl.* al. c. 5. L.

Ibid. c. 8. al. 6. L.

Adde *Soz. lib. 4. c. 1.*

fede, synodum convocat ex Syria, & Phœnice, atque Nicænam synodum confirmat.

Socr. lib. 3. c. 5. & 6. Hist. Eccl. De hac re Theod. lib. 3. c. 4. Hist. Eccl.

Socrates lib. VI. Cap. XIX. Hist. tripart. Lucifer Caralensis, (in Sardinia. Gr.) & Eusebius Vercellensis (in Liguria Italiae. Gr.) ab exilio ab Imp. Juliano revocantur, ultra Thebaidos terminos relegati. Placuit, ut Lucifer Antiochiam Syriæ, Eusebius cum Athanasio Alexandriam veniret. Alexandriæ synodus haberetur, in ea Luciferi Diaconus ejus personam teneret. Lucifer Antiochiæ Paulinum constituit.

Socr. lib. 3. c. 9. al. 7. L.

Cap. XXIII. Eusebius (Vercellensis. Gr.) reversus Alexandria venit Antiochiam, moleste tulit Paulinum a Lucifero constitutum. Meletium cum Meletianis post exilium convenire, Euzojum cum Arianis, sed nihil mutare est ausus. At Luciferiani hanc Eusebii voluntatem vindicare conati sunt.

Idem Soz. lib. 6. c. 12. Hist. Eccl.

Sozomen. lib. VII. Cap. XXVIII. Concilium Tyanis habebatur ab Eusebio Episcopo Cæsareæ Cappadociæ &c. Gregorio Nazianzeno, aliisque multis, qui verbum consubstantialitatis servandum esse apud Antiochiam Joviniano (1) imperante decreverant.

Idem lib. VI. cap. IV. Hist. Eccl. Lat. Eodem tempore (sub Joviniano) concilio Antiochiæ Syriæ convocato fides Nicæni concilii confirmata est: interfuere Meletius Antiochenus, Eusebius Samosatensis, Pelagius Laodiceæ Syriæ, Acacius Cæsareæ Palæstinæ, Irenion Gazæ, Athanasius Ancyre Episcopi, literas ad Imp. scripserunt his verbis, &c.

Alexandrina Synodus.

Ex Synodico. Athanasius convocatis Alexandriæ Antistitibus anathemati subiicit amentem Apollinarium, & Carnem Christi domini, Deique nostri animatam, & intelligentem, ac rationalem juxta veteres Patres declaravit. Hoc tempore Julianus Apostata apud Persas occubuit.

Alexandrina Synodus.

Ex Synodico. Joviano Imperatori Antiochiæ Acacius Cæsareæ Palæstinæ, atque alii plures Episcopi libellum pietatis plenum obtulerunt. Is misit Athanasio in Alexandriam, petens ab eo, ut orthodoxam fidem assereret. Is multis Episcopis accersitis ex Ægypto, Thebaide, & Libya definitionem misit Imperatori plenam gratia, & veritate, paulo post Imperator pie mortuus est.

Idem lib. 4. c. 2. Hist. Eccl.

Theodorit. lib. VII. Cap. III. Hist. tripart. Jovianus Imp. Episcopos de exilio revocavit, & Ecclesias eis restituit, qui Nicænam fidem tenebant. Ab Athanasio per literas petiit, ut doceret ei veram dogmatum disciplinam. Is eloquentiores (2) Episcopos congregans rescripsit: „Joviniano Aug. Athan., & reliqui Episcopi nomine omnium Episcoporum Ægypti, Thebaidos, & Libyæ“. Suadent fidem Nicænam observandam adversus Arium, & Arianam, eam tenuisse veteres Patres, & tenere omnes Ecclesias in Hispania, Britannia, Gallis, Italia (3), Dalmatia,

Cappadocia (4), Mysia, Macedonia, Græcia universa, & Africa, Sardinia, Cypro, Creta, Pamphylia, Lycia, Isauria, & omni Ægypto, ac Libya, & Ponto [5], & Orientales præter paucos Arianos. Inferitur symbolū CCCXVIII. Patrū, „Credimus“ &c. Additur postea de similitudine Patris, & Filii, & de consubstantiali utroque, & de Spiritu Sancto.

Tyanensis Synodus.

Ex Synodico. A Valentiniano a catholicis petitum est, ut Tyanis Synodus haberetur, ut Nicææ acta confirmarentur. Ad eam venit Gregorius Nazianzenus theologi Pater, & Cæsareæ Cappadociæ Episcopus Eusebius, item Melitene Trejus, atque alii permulti. Ad eos Liberius Papa urbis Romæ tomum misit, & tota synodus læta eo munere fuit. Sed Valens Imp. ab Eudoxio baptizatus, tunc Sacramentum pro Arianismo præstitit, ideoque hanc synodum dissolvi curavit.

Sozomen. lib. VII. Cap. XXVIII. Hist. tripart. Eo tempore celebrabatur concilium Tyanis ab Eusebio Episcopo Cæsareæ Cappadociæ, Athanasio Ancyre, Pelagio Laodiceæ, Zenone Tarfi [6], Paulo Emeseno, Ostresio [7] Meletinensi, & Gregorio Nazianzeno (8), aliisque multis, qui verbum consubstantialitatis servandum esse Antiochiæ sub Joviano Imp. decreverant. Releguntur Liberii, & Occidentalium literæ. Attulerant literas legati Lampfacenorum, item Episcoporum apud Asiam, Italorum, Atrorum, Gallorum, & Sicularum. Ita vincebant multitudinem Ariminense Concilium. Convocabant synodum Tarfi Ciliciæ, sed Valens, & Eudoxius synodum eam impediverunt.

Idem lib. 6. c. 12. Hist. Eccl.

Ex Theophanis histor. Hoc anno synodus Tyanis habetur, in qua fuerunt Eusebius Cæsareæ Cappadociæ, & Gregorius Nazianzi [Theologi (9) pater], & Trejus [10], sive Otrejus Melitene, & alii [a Liberio [11] convocati], qui omnibus Episcopis scripserunt, ut Tarsum venirent, quod Valens fieri prohibuit.

Ann. Christi CCCLXIII. Anast.

Romana Synodus.

Ex Damaso in Liberio. Fecit concilium Felix II. & invenit duos Episcopos, (al. Presbyteros) consentientes Constantio Aug. Ariano nomine Ursatium, & Valentem, & damnavit eos in concilio XLVIII. Episcoporum.

Romana Synodus.

Reverendissimis, atque dilectiss. fratribus Athanasio, & universis Ægyptiorum Thebaidorum, Libyorum Episcopis in sancta Alexandrina synodo congregatis Felix almæ Romanæ urbis, & universalis Ecclesiæ Episcopus, & sancta synodus, quæ in urbem Romam convenit, in Domino salutem. Sacram vestram &c. data Id. Feb. Agario, & Juliano VV. CC. Coss. vid. pag. 444. vol. I. concil. edit. 3.

Alia Synodus, sive eadem. Felix sanctæ, & universalis Ecclesiæ Papa, atque per gratiam Dei catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ urbis Ro-

(1) Joviano. Gr. (2) Doctiores. Gr.
(3) Tota, & Campania. Gr. (4) Deest, Gr.
(5) Et Cappadocia. Gr. (6) Tyrini. Gr.

(7) Otreo. Gr. (8) Deest, Gr.
(9) Omittit Anast. (10) Tejennus. Anast.
(11) Liberii literis exultantes. Anast.

Romæ Episcopus una cum sancto concilio nostro Reverendissimorum sacerdotum huc nobiscum convenientium &c., universis spiritualibus fratribus nostris, & reliquis &c. Data VIII. Kal. Nov. Philemone, & Attica VV. CC. Coss. *Vid. pag. 447. ut sup.*

Mediolanensis Synodus.

Ex Synodico. Valentinianus Imp. fratrem suum Valentem consortem Imperii fecit, & abiit Romam, ac synodum Mediolani iussit congregari adversus Eudoxium ejus urbis Episcopum Arianum, & hostem Spiritus sancti, quem post mortem anathemati subjecerunt. Seditione vero orta in electione inter catholicos, & Arianos, Ambrosius urbis Præfectus, dum curat eam sedare, ab omnibus Episcopis conclamatur, ac postea, a catholicis Episcopis baptizatus, ordinatus est, gratias agente Deo Imperatore, quod cui ipse corpora, ille animas commisisset. *Vidend. Rufinus lib. XI. Cap. XI. Hist. Eccl.*

Idem lib. 4. c. 5. 6. & 7. Hist. Eccl.

Theodorit. lib. VII. Cap. VIII. Hist. tripart. Auxentio defuncto, qui Mediolanen. Ecclesiam tenuerat, & multis conciliis fuerat abdicatus, vocat Episcopos Imp. Valentinianus, ut Episcopus eligeretur. Turba tumultum cœpit Arianorum, & Orthodoxorum. Tandem viso Ambrosio Præsede, omnes eum petierunt, qui nondum erat baptizatus. Imperator baptizari eum iussit, & consentire consecrationi, & verbis supra scriptis gratias egit Deo.

Socrates lib. IV. Cap. XXX. Hist. Eccl. Mortuo Auxentio Mediolani ab Arianis ordinato, ut tumultum sedaret, venit in Ecclesiam Ambrosius consularis Provinciæ Præses, is electus est ab omnibus, quod Episcopi præsentis confirmaverunt. Ita baptizatus est, & consentiente Valentiniano, Episcopus consecratur. Adde Theophan. anno Christi CCCLXVII. Valentiniani ann. x. 366. Anast. Mundi 5866.

Romana Synodus.

Damasus, sive alius in Pontificali. Cum Damaso ordinatur sub contentione Ursinus. Et facto concilio sacerdotum, constituerunt Damasum, quia fortior, & plurima multitudo erat cum eo. Ursinum ejecerunt ab urbe. Neapoli Episcopum constituerunt.

Romana Synodus.

Ex Damaso, sive alio in Pontificali. Hic constitutum fecit de Ecclesia. Hic invidiose accusatus de Adulterio, facta synodo purgatus est a XLIV. Episcopis, qui damnarunt accusatores Concordium, & Callixtum Diaconos, & projecterunt de Ecclesia.

Mauritania Synodus, & tres Africanæ.

Damaso Pape Stephano Archiepiscopo concilii Mauritanæ, & universi Episcopi de tribus conciliis Africanæ Provinciæ: „ Notum vestræ “ &c. ut *vol. 1. concil. pag. 462. edit. 3.* Damasus Stephano Archiepiscopo concilii Mauritanæ, & universis Episcopis Africanæ Provinciæ: „ Lectis „ fraternitatis “ &c. Dat. VIII. K. Nov. Flavio, & Stilicone VV. CC. Coss. vide pag. ead.

Tom. V.

(1) Forte, inferioris, & Phrygiæ, caro, Gr.

Romana Synodus.

Ex Synodico. Liberio Romano Papa mortuo, Damasus successit, qui fortis pro defensione orthodoxæ, & apostolicæ fidei fuit. Synodum congregavit XC. Episcoporum, & Auxentium anathemati subdidit, & de fide edidit catholicam doctrinam, quam ad Illyricos misit.

Iterum de eadem re adversus Maxentium synodum coegit pro *divinis* fide.

Theodorit. lib. V. Cap. XXVIII. Hist. tripart. Damasus, qui post Liberium Episcopus Ecclesiæ Rom. fuit, literas scripsit ad Illyricum, sive ad Episcopos in Illyrico cum XC. Episcopis ex Italia, & Galliis Romæ congregatis. Damasus, & Valerianus, & ceteri Episcopi dilectissimis fratribus in Illyrico constitutis Episcopis in Domino sal. Credimus &c. Confirmatur Nicæna fides, dampatur Auxentius Mediolanensis, narratur dolus quorundam in Ariminensi synodo.

Lib. VII. Cap. IX. Ex synodo Illyriciana relata ab Imperatoribus Valentiniano, Valente, & Gratiano. Nos itaque sapiamus, sicut etiam concilia nuper Romæ, & in Galliis celebrata, unam esse, eandemque substantiam Patris, & Filii, & Spiritus Sancti in tribus personis, quod est in tribus perfectis subsistentiis.

Ex Concil. pag. 470. vol. 1. Data XVII. Nov. Siricio, & Ardabure Coss.

Illyriciana Synodus.

Ex Synodico. Valentinianus Magnus orthodoxorum synodum in Illyrico haberi curavit, quæ fidem Nicænam confirmaret, in eadem damnati cum anathemate sunt Polychronius, Telemachus, Faustus, Asclepiades, Cleopater, & Amantius, ejusque rei tomum in Asiam, Cariam, Phrygiam ad Arianos Episcopos misit, atque edictum de eadem re Imperatoris.

Theodorit. lib. VII. Cap. VIII. Hist. tripart. Imp. Valentinianus cognoscens quosdam in Asia, & Phrygia de divinis dogmatibus dabitare, præcepit synodum in Illyrico haberi. Hi fidem Nicææ editam servandam esse decreverunt.

Cap. IX. Imperatores Valentinianus, Valens, & Gratianus, Episcopis Asiæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, Pacatianæ. Tanto concilio in Illyrico celebrato &c. ostenderunt Trinitatem esse consubstantialem Patris, & Filii, & Spiritus Sancti &c. Literis addidit confessionem synodi. Nos itaque sapiamus, sicut etiam concilia nuper Romæ, & in Galliis celebrata unam esse, eandemque substantiam Patris & Filii & Spiritus Sancti in tribus personis, quod est in tribus perfectis subsistentiis.

Cap. X. Episcopi Illyrici Episcopis dioeceseos Asiæ, Phrygiæ, Carophrygiæ [1], Pacatianæ. Convenientibus nobis &c. qui consubstantialem Trinitatem non prædicat, anathema sit, & si quis his communicans invenitur, anathema sit. Mittunt Elpidium confacerdotem, & faciunt mentionem Eustathii. Damnati Ariani sunt. Polychronius, Telemachus, Faustus, Asclepiades, Amantius, Cleopater.

f

Ex

Idem lib. 2. c. 22. Hist. Eccl. Socrates lib. 6. c. 23. L.

Vide ex N. p. 1. & vol. 1. concil. p. 470. edit. 3. Idem lib. 4. cap. 5.

Idem lib. 4. c. 7. Hist. Eccl.

Ibid. cap. 8.

Ibid. cap. 9.

Ex Theophanis historia, & Anastasi bibliorh. Occidentales a Valentiniano impetrarunt, ut synodus in Illyrico haberetur, in qua Nicænam synodum confirmarunt, edictumque Imperator scripsit Asiæ, & Phrygiæ, & Orientis Episcopis, ut ei synodo acquiescerent.

Cæsariensis Synodus.

Ex Synodico. Post mortem Eusebii Cæsariensis in Cappadocia Magnus Basilus ordinatus est Antistes, & vocatis aliis vicinis Episcopis, & Eusebio Samosatensi, & Lucifero Caralitano, atque aliis, anathemati subiecit Dianium prædecessorem Eusebii Cæsariensis, & Asterium, & Euanomium, & Theophronium Cappadoces.

Romana Synodus.

Ex Synodico. Athanasio in cælum migranti Petrus successit, qui ei adhererat, in persecutionibus, eoque ita statuente; sed hæretici vim per Paganos fecerunt, & Petro ejecto Lucium Lupum ordinarunt Alexandria. Petrus Romam profectus est, & Damasus Papa synodum Romæ coegit, in qua dementem Apollinarium, & Stephanum ejus discipulum, & homicidam Lucium anathemati subiecit.

Hieron. in Chronicis. Anno Christi CCCLXXIX. Valentiniani, & Valentis ann. XII. quo Valentinianus mortuus est, eique successit Gratianus, & alter Valentinianus fratres, Apollinarius Laodicensis jactatione ingenii quosdam errores pertinaciter asseverans hæresim suscitavit, quam Damasus habito Romæ concilio damnavit.

Rufin. lib. XI. Cap. XX. Hist. Eccl. Interea apud Laodiciam Syriæ ante idem tempus Apollinarius Episcopus, jactatione ingenii in contentione hæresim suscitavit, asserens solum corpus, non etiam animam Christum sumpsisse saltem rationabilem. Quæ assertio primo in urbe Roma a Damaso, & Petro Alexandrino Episcopo concilio congregato depulsa est.

Sozom. lib. VI. cap. XXV. L. Hist. Eccl. Apollinarius Damasus Romæ & Petrus Alexandrinus primo concilio Romæ habito alienum ab Ecclesia catholica judicarunt. De eo multa Sozom. Fuerunt autem duo Pater, & Filius.

Gangrensis Synodus.

Ex Synodico. Cum discipuli Eustathii Armeniæ in plures suam pestem diffunderent, nam Dadoe Massalianorum hæresim suscepit, & cum his commixtus est, qui matrimonium vituperabant, Deum accusantes, quod masculinum, & foeminam creasset, adversus eos Gangræ synodus habita est, hæc de omnibus definitionem ad fratres in Armeniam misit.

Ex Phozio, sive Incerto. Post Nicænam, & Antiochensem synodum Gangræ habita est, quæ est Metropolis Paphlagoniæ, quæ canones constituit de ecclesiasticis rebus rite instituendis.

Jo. Zonaras. Gangræ synodus habita est, quæ est Metropolis Paphlagonum post Nicænam synodum primam adversus Eustathium, & Socios, qui legitimas nuptias rejiciebant, nullam salutis spem habituras conjuges asserentes. Unde multa

matrimonia dissoluta sunt, & ex eo adulteria orta. Hi fructus Ecclesiæ assumebant, & mulieres virilibus vestibus utebantur, & comam tondebant, ut viri, dominicis diebus jejunabant, ecclesiastica jejunia contemnentes, a carnibus semper abstinebant, eaque detestabantur, in domibus conjugatorum non orabant, neque sacrificabant, sacerdotes conjunctos eiciebant, martyrum sepulchra violabant, & contemnebant pecunias habentes, & non abeuntes ad loca deserta pro desperatis habebant; adversus hos hi Patres canones scripserunt XIX. cum anathemate in singulis. *Theod. Balsamon* totidem verbis de anathemate tantum addit multa.

Alexius Aristenus. Hæc synodus tum ob alias ecclesiasticas causas convenit, tum adversus Eustathium, & alios socios, ne in hæresim Balsanorum, & Euchitorum deciderent, qui legitimas nuptias detestantur, & carnes, & servos a Dominis tollunt, contemnunt Ecclesias, & earum mysteria, atque sacrificia, sed separatim conveniunt in suis oratoriis, & illic alia ratione sacrificant sine Episcopis, & clericis omnia sacra tractant, omnem ecclesiasticam regulam contemnentes, nullis legibus subiiciuntur, sed suæ voluntati: ob eos igitur hæc synodus canones edidit, atque ab Ecclesia separavit. Si quis nuptias contemnit, aut carnem præter suffocatum, & idolothyta, aut servos a Dominis fugere, aut eos contemnere doceat quovis pietatis prætextu, aut nolunt sacra accipere a conjugatis presbyteris, aut fugiunt Ecclesias Dei, & privatim orant, & sine licentia Episcopi, & presbyteri clam conveniunt ad sacra domi celebranda, auferentes ab eis fructus ecclesiasticos in opera pia erogandos, & eorum alimenta, & non virginitatem præferentes nuptiis, sed omnino nuptias detestantes, nolentes cum eis in Ecclesia communicare corpore, & sanguine Domini Nostri Jesu Christi, necnon aspernantes divites pios beneficos, & justos, quod divites sint, & vestitos sericis, aut utentes vestibus, ex quibus solis credant justificari, aut foeminas doceant vestiri virilibus indumentis, quod ideo justiores sint, si ab aliarum ornatu separatae sint, aut divortium a viris facere in matrimonii contemptionem, & liberos negligant, neque educant, aut si comam abscindant, ut viri, aut filios doceant parentes contemnere, atque si qui jejunia instituta, & tradita spernant, quæ apud omnes observantur, nec non doceant dominico die, & sabbatis jejunare, & apud martyrum sepulchra convenientes, & illic mysteria celebrantes irrideat: hi, inquam, omnes & singuli ab hac synodo damnantur anathemate, non quod non laudet synodus virginitatem, humilitatem, afflictiones carnis, & alia exercitia spiritualia, &c.

Matt. Monachus. Synodus Gangrensis, quæ Metropolis est Paphlagonum post Nicænam prima [1] habita est adversus quemdam Eustathium, & Socios. De quo Hermias, Sozomenus [2] historicus ait, curam habuisse Sebastæ in Armenia Ecclesiæ, ab eoque Monachorum obser-

[1] Forte, primam.

[2] Lib. 3. cap. 13. Hist. Eccl. Lat.

De Synodis, & Pseudosynodis. XLIII

servantiam cœpisse abstinere a cibis, & pecuniis, & vilibus vestibus uti, maximamque curam habuisse totius modestiæ, & continentiæ, ejusque esse ferunt asceticum librum Magno Basilio inscriptum, sed falsum est, neque enim ei conveniunt in eo libro scripta, loqui enim, quam scribere facilius potuit, nec didicerat, tamen mirus artifex videbatur in sermonibus, & facile persuasit multis lapsis in carnis vitia, ut pœnitentiam agerent tam viris, quam mulieribus, sed postea decidit in superstitionem, & hipocrisim, dum se avertit ab ecclesiasticis legibus, & traditionibus. Sunt qui eum culpa vacasse dicant, sed discipulos aberrasse, qui legitimas nuptias detestarentur, quasi a salute alienas, quod multis divortii, & postea adulterii occasio fuit. Addit ea, quæ Zonaras, & Balsamon vestibus communibus abstinabant, & aliis separatim induebantur, servis prætextu pietatis discedere a Dominis suadebant. In canonibus non videtur ipse Eustathius anathemati nominatim subjectus, quasi visus fuerit hæc facere pietatis causa, quamvis postea in perniciem res pervenerit. De anathemate postea multa, ut Balsamon in fine refert verba synodi laudantis virginitatem cum humilitate, & abstinentiam cum pietate, separationem cum decore, &c.

Jo. Tili edivio. Canones SS. Patrum Gangræ collectorum post Nicænam synodum. Nomina Episcoporum ex epistula ad Armeniæ confacerdotes Eusebius, Ælianus, Eugenius, Olympius, Bithynicus, Gregorius, Philetus, Pappus, Eulalius, Hypatius, Proæresius, Basilius, Bassus XIII.

Socrates lib. II. Cap. XLIII. (al. 34. L.) Hist. Eccl. Eustathius Sebastiæ in Armenia Episcopus (1) ab Eulalio Episcopo Cæsariæ in Cappadocia, cui suberat, depositus est, quod vestes gereret indecentes sacerdotio. Huic Meletius suffraganeus est. Eustathius postea in synodo Gangris Paphlagoniæ habitus damnatus est, quod multa post Cæsariensem synodum fecisset adversus Ecclesiæ instituta, nuptias prohibens, & dogmata ecclesiastica docere, sic separabat conjuges, & domi sacrificia fiebant Ecclesiis neglectis, servos a Dominis fugere docebat religionis prætextu, ipse philosophi habitu utebatur, alios peregrinorum habitum vestiebat, foeminas tonderi jubebat, jejunia non statutis diebus, sed dominicis instituerat, in domibus conjugatorum non orandum esse, a presbytero olim laico conjugato non benedictionem, aut communionem accipiendam, & alia id genus, quæ synodus anathemate damnavit, & hominem deposuit. Sed hæc posteriora fuerunt pseudosynodo Constantinop. num. 17.

Sozom. lib. IV. Cap. XXIV. (al. 23. L.) Hist. Eccl. Acaciani in synodo CP. Eustathium damnarunt, quod cum presbyterum Eulalius pater orationibus prohibuit, cum Episcopus esset Cæsariæ Cappadociæ, postea Neocæsariæ in Ponto a synodo communione privatus est, & ab Eusebio CP. Episcopo depositus est, iterum Episcopatu privatus est, ut non recte docens ab his, qui

(1) Constantinopolit. damnatur, quod. L.

Gangris convenerant. Antiochiæ quoque perjurii convictus fuit, iterum reversus ad ea, quæ Melitinentes Patres damnaverant, multisque aliis criminibus reus ferebatur.

Ex Trident. pag. 20.

Pontifices Gangræ quinto coluere boatu.

Sozomen. lib. III. Cap. XIII. Lat. Hist. Eccl. Apud Armenios, Paphlagonas, & Ponti Incolas fertur Eustathius Sebastiæ in Armenia Episcopus, primus monasticam vitam instituisse, a cibis, & vestibus abstinendo, & nonnulli credunt Basilio Magni Cappadocii librum ἀσκητικόν ab hoc editum esse, sed a pia institutione lapsus est ad superstitionem, & malam institutionem, quod alii discipulis tribuunt, qui nuptias reprehenderent, & orare in domibus conjugatorum nefas ducerent, presbyteros uxores habentes contemnerent, diebus dominicis jejunarent, in ædibus agerent conventus, divites a Regno Dei excluderent, carnibus vesci nefas ducerent, tunicas, & stolas indui, sed peregrino habitu, & inusitato vestiendum suaderent. Inde mulieres a viris separatæ adulterabant, nonnullæ tonsæ virilibus vestibus induebantur. His de causis Episcopi Gangris finitimi in Paphlagonia, ea est primaria Urbs, conveniunt, ecclesia eos catholica interdicit, nisi singula suprascripta reiiciant. In eo concilio dicitur Eustathium docuisse se pietatis augendæ causa hæc fecisse, minime is disertus, tamen persuadebat vita, & moribus severis. *Concil. Gangrense extat vol. 1. Concil. pag. 369. edit. 3.*

Ex Niceph. lib. IX. Cap. XVI. & XLV. eadem, quæ Sozomen. Multa de eodem Eustathio Basil. in epist. ad occident. Episcopos relata vii. syn. act. 1. pag. 469. 2. ubi fit mentio aliorum Conciliorum, Item in Epist. ad Teren. Comitem pag. seq.

Valentina Gallie Synodus.

Concilium Valentium XLIV. Episcoporum æra 413. sub Gratiano, & Valentiniano Imp. Gratiano III. & Equitio Coss. IV. Idus Julii. Extat vol. 1. Concil. pag. 491. edit. 3.

Romana Synodus.

Ex Pontificali. Syricius constitutum fecit de omni Ecclesia, & contra omnes hæreses, & dispersit per universum mandum, ut in omni Archivo Ecclesiæ conservarentur.

Romana Synodus.

Ex Synodico. Valens in Thracia Gothis occurrit, obeos Chalcide igne temporali ex paleis combustus ad perpetuum ignem pervenit. Valentiniano quoque mortuo, Gratianus filius successit in utroque imperio, & Episcopos orthodoxos revocavit ab exilio. Hoc tempore B. Damasus Romæ synodum coegit adversus Arianos, & Spiritus Sanctus oppugnatores, atque alios hæreticos: definitionem sacrorum capitum Theilalonicam misit ad Paulinum, & de divina unitate, atque de adorando homousio præclare definivit. Vide *Theodorit. lib. V. Cap. X. & XI. & Niceph. Callist. lib. XII. Cap. XVIII.* Extat epist. *Damasi, & anathemata vol. 1. Conc. pag. 460. edit. 3.*

Antiochena Synodus.

Ex Synodico. Meletius quoque Antiochenus synodum in sua Ecclesia habuit, & symbolum sacrum confirmavit, & anathemati supposuit Marcellum, & Photium, & Apollinarium: eam definitionem ad Damasum misit, & Archiepiscopos Occidentis.

Idem lib. V. c. VIII. & IX. Histor. Eccl.

Theodorit. lib. IX. Cap. XIII. Hist. tripart. CP. Synodus post ann. a secunda universali in literis ad Damasum Papam: „ De quibus amplius instrui poteritis, si & totum in Antiochia factum a synodo ibi constituta dignemini legere “.

Ibidem. In seniore autem, & vera Apostolica Ecclesia Antiochiæ Syriæ, in qua primum Christianorum nomen appellatum est, Episcopum Flavianum de univ. Provincia, & Orientali diocesi concurrentes regulariter ordinarunt, quam ordinationem suscepit commune concilium.

Ex Incerto pag. 4. Expositio synodi Romanæ sub Damaso Papa transmissa ad Orientem, in qua omnis Orientalis Ecclesia in synodo apud Antiochiam sua subscriptione confirmavit. Melius (scribe Meletius) Episcopus Antiochenus, Eusebius Episcopus Samolatenus, Pelagius Episcopus Claudioenus*, Zenon Episcopus Tyri, Eulogius Episcopus de Mallii*, Diodorus Episcopus Tarsi, & alii CXLVI. Orientales Episcopi subscripserunt, quorum authentica subscriptio in Romano Archivio habetur.

Aquilejensis Synodus.

Ex Synodico. Gratianus adversus Gothos exercitum duxit, Casarem Theodosium generum fororis* declaravit, & mox Imperatorem, sed infectus Arianismo, ut Constantius, & Valens iussit, ut Damasus Papa Aquilejæ synodum convocaret. Ei synodo præfuit Ambrosius Mediolanensis, & Acholius Theffalonicensis: hæc synodus exhortata est Theodosium, ut œcumenicam convocaret, erant enim Romani quidam, & ex Hispania & Gallia multi hæretici, & alii ex Italia, Campania, Dalmatia, Calabria, Sarebonia*, Achaja, & qui ex Occidente sub Gratiano erant.

Idem lib. V. c. IX. Hist. Eccl.

Theodorit. lib. IX. Cap. XIII. Hist. tripart. Refert verba synodi CP. post secundam universalem anno proximo in literis ad Damasum Papam: „ quia concurremus in urbem CP. post Aquilejense concilium “.

Concilium Aquilejense tempore Damasi extat vol. 1. Conciliorum pag. 472. edit. 3. Valerianus Episcopus Aquilejensis, Ambrosius Episcopus Mediolanen. &c. Ibid. Imperatoribus Gratiano, & Valentiniano, & Theodosio &c. Syagrio, & Eucherio Coss. Nonis Sept. Aquilejæ, &c.

Romana Synodus.

Ex Synodico. Mortuo Gratiano post CP. synodum hæretica fax extincta est, baptizatique sunt in Græcia multi ex hæreticis. Damasus beatiss. Romæ synodum habuit, & definitionem

(1) Æstate proxima. G. (2) Reverendiss. & religiosiss. Th. G. (3) Brittoni. Th. G.

sacram CP. misit ad synodum, quæ eam libenter accepit.

Theodoritus lib. IX. Cap. XIII. Hist. tripart. Anno (1) proximo post concilium CP. plures Episcopi ibidem congregati Occidentalium Episcoporum literas synodales acceperunt, quibus vocabant eos, ut Romam ad maximum concilium venirent, quibus ita rescripserunt: „ Dominis (honorabilibus 2), atque venerandis) fratribus, & comministris Damaso, Ambrosio, Brittonio (3), Valeriano, Acholio (4), Basilio, & reliquis sanctis Episcopis in maxima Roma collectis sancta synodus CP. congregata in Domino salutem “: vid. pag. 484. vol. 1. conc. edit. 3. Ex Niceph. Callist. lib. 12. cap. 15. & 16.

Idem lib. V. c. VIII. & IX. Histor. Eccl.

Cap. XIV. Damasus non solum Apollinarem (5), sed & Timotheum ejus discipulum abdicavit. Idque literis Orientalibus Episcopis significavit his verbis: [Cap. XV.], „ Scitote igitur quod Timotheum pridem profanum, & in-eruditum Apollinaris (6) hæretici discipulum, cum impio ipsius dogmate condemnavimus, præfente Petro Alexandria civitatis Episcopo “: vid. pag. 486. ubi supra. Ex Niceph. cap. 17. ubi supra.

Ibid. cap. 9.

Ibid.

Cap. XVI. Romæ colligentes contra diversas hæreses anathemata conscripserunt adversus Arium, Eunomium, Macedonianos, Photinum, qui Hebionis hæresim renovat, & alios hæreticos, item adversus eos, qui ab Ecclesiis ad alias migrant, communionem privat, donec ad suas revertantur; si in viventis Episcopi irruant Ecclesiam, utraque priventur, quoad successor moriatur. Hæc vivo Gratiano facta sunt. Vide pag. 460. vol. 1. Concil. edit. 3.

Ibid. c. 10. Damasus misit Paulino Episcopo Thessalonius in Macedonia. Th. G.

Sidensis Synodus.

Photius in bibliotheca Cap. LI. Synodus in Side contra Messalianos. Præfuit synodo Amphilo-chius Iconii Episcopus cum XXV. Episcopis. In eadem synodo Epistula ad Flavianum Antiochenum scripta est.

Theodorit. lib. IV. Cap. XI. Hist. Eccl. Laudatissimus Amphilo-chius, cui Lycaonum metropolis commissa est in Messalianos invec-tus est, eosque a sua diocesi abegit, præcatores appellat eosdem, & numine correptos, vel potius somniis.

Anastafius bibl. ex Theophane. Mundi anno 5868. Christi 368. Messalianorum hæresis, idest Euchatarum, & Enthusiastarum exorta est, hi psallentes incedunt, & manibus plaudunt; quæ apud David sunt, insensate, ac velociter, suscipientes*: hujus hæresis Archedadoes, & Sabbas, & Adelphus extitere, & ut quidam ajunt Eustathius Sebastenus, quibus resistere fortiter Amphilo-chius Iconiensis, Letolus Melitanus, postmodum & Flavianus Antiochenus.

Antiochena Synodus.

Photius in bibliotheca Cap. LI. Flavianus Antiochenus synodum fecit acceptis literis Sidensis sy.

(4) Acholio, Anemio. G. (5) Apollinariu. G. (6) Apollinari. G.

synodi cum Episcopis tribus, & presbyteris, & diaconis L. sub Theodosio. Hi Adelphium, ut fide pœnitentem non receperunt.

Theodorit. lib. IV. Cap. XI. Hist. Eccl. Messalianorum Principes fuere Dadoes, Sabbas, Adelphius, Herimas, & Symeones*. Flavianus Antiochenus Episcopus cum cognovisset eos Edestæ congregari, missa monachorum (forte monachorum, hoc est gladiatorum, sive militum) cohorte eos Antiochiam duxit. Cum negarent Adelphium senem decepit, blandisque verbis omnia scelera detexit. Ita Syria exacti sunt, & in Pamphiliam venerunt.

Constantinopolitana Synodus.

Idem lib. V. c. VIII. Hist. Eccl.

Theodoritus lib. IX. Cap. XIII. Hist. Tripart. Æstate sequente (post secundam synodum) plures Episcopi CP. pro causis ecclesiasticis sunt reversi, ubi Occidentalium Episc. synodi eam epistulam acceperunt, invitantes eos Romam, ut maximum conciliū fieret, quibus his verbis rescripserunt. „Dominis honorabilibus (1), atque venerandis fratribus & comministris (2) Damaso, „Ambrosio, Brittonio (3), Valeriano, Acholio „(4), Basilio, & reliquis sanctis Episcopis in maxima Roma collectis sancta synodus orthodoxorum Episcoporum CP. congregatorum. S. „Narrant persecutiones Arianorum, excusant se non posse Ecclesias derelinquere, mittunt Episcopos Cyriacum, Eusebium, & Priscianum, faciunt mentionem Aquilejensis synodi, & tomi in Antiochia habitæ synodi quem mittunt, & anno superiori habitam esse universalem synodum, narrant electionem Nestarii CP. & Flaviani Antiocheni, & Cyrilli Hierosol. damnatas esse hæreses Arii, Arii, Eunomii, Sabellii, Photini, Marcelli, Pauli Samosatani, Macedonii, & Apollinaris.

Soz. lib. VII. c. XII. L.

Socrates lib. V. Cap. X. Hist. Eccl. L. Theodosius Constantinop. concilium omnium sectarum mens. Junio coegit, quo tempore filium Arcadium Cæsarem declaravit Merogande II. & Saturnino Coss. iv. K. Feb. Nestario CP. Catholicorum, Agelio Novatianorum Episcopo. De utraque synodo Niceph. Callist. lib. 12. cap. 15. c. 16. ut vol. 1. Concil. pag. 483. c. seq. edit. 3.

Burdegalensis Synodus.

Prosper in chronicis. Ann. Christi 388. Valentiniani, & Theodosii ann. 1. Arcadio, & Bautone Coss. Priscillianus in synodo Burdegalensi se damnandum intelligens ad Imperatorem Maximum provocavit, auditusque Treveris ab Evodio Præf. Præt. a Maximo gladio additus est, cum aliis confortibus. Burdegale* urbica Priscilliani discipula lapidibus a plebe extincta est: post quadriennium accusatores Priscilliani Ecclesiæ communione privantur.

Alexandrina Synodus.

Rufin. lib. XI. Cap. XX. Hist. Eccl. Assertio Apollinaris Episcopi Laodiceæ in Syria Christum caruisse anima rationali primo in urbe Ro-

ma a Damaso, & a Petro Alexandrino Episcopo, concilio congregato, damnata est. Quæ sententia & apud Alexandriam confirmata est, & apud CP. decreto concilii.

Constantinopolitana Synodus.

Rufin. lib. XI. Cap. XX. Hist. Eccl. Damasi sententia adversus Apollinarem, & apud Alexandriam confirmata est, & apud CP. decreto concilii. „Si quis filium Dei, qui sicut vere Deus, ita & vere homo fuit, vel humanitatis aliquid, vel deitatis minus diceret habuisse, „alienus ab Ecclesia judicetur“. Hæc Damasus in concilio.

Illyriciana Synodus.

Theodorit. lib. VII. Cap. IX. Hist. Tripart. Ex epist. Valentiniani, Valentis, & Gratiani, fides synodi Illyricianæ. „Nos itaque sapimus, „sicut etiam concilia nuper Romæ, & in Gallis celebrata, unam esse, eandemque substantiam Patris, & Filii, & Spiritus Sancti in tribus personis“.

Idem lib. IV. c. VIII. Hist. Eccl.

Romana Synodus.

Ex Epist. Syricii Mediolan. Ecclesiæ. Facto ergo presbyterio constitit &c. omnium nostrum tam presbyterorum, & Diaconorum, quam etiam totius cleri una suscitata fuit sententia, ut Jovinianus, Auxentius &c. vide pag. 496. vol. 1. concil. edit. 3.

Ex Epist. ejusdem Episcopis per Africam recitata in concilio Telenfi. Cum in unum plurimi fratres convenissemus ad S. Petri reliquias &c. Data Romæ in concil. Episcoporum 8o. VIII. Id. Jan. post Consul. Arcadii Aug. & Bautonis V. C. vide pag. 499. vol. 1. concil. edit. 3.

Synodus Capuensis (sive Capuensis, sive Carpenf.) Hujus fit mentio cap. 15. concilii Africani pag. 574. ead.

Mediolanensis Synodus.

Syricio Papæ Ambrosius, Sabinus, Bassianus, & ceteri. Recognovimus &c. vide pag. 497. vol. 1. Concil. edit. 3. Syricius Mediolanensi Ecclesiæ. Optarem semper &c. vide pag. 496. ead.

Carthagin. II. Synodus.

Concilium Carthaginense secundum habitum æra 428. circa tempora Syricii. Gloriosiss. Imp. Valentiniano Aug. IV. & Theodosio Coss. XIV. K. Junii &c. ut pag. 500. vol. 1. Concil. edit. 3.

Hipponensis Synodus. Extat conjuncta cum Carthag. III. vol. 1. Conc. pag. 509. edit. 3.

Carthagin. Synodus.

Gloriosiss. Imp. Archadio III. & Honorio II. Augg. Coss. VI. K. Jul. &c. (pag. ead.)

Alia Carthaginensis Synodus.

Ex Synodico. Theodosio, & Nestorio in cælum migrantibus, Arcadius Patri successit, & Arcadii frater Honorius successit Gratiano, sub quibus synodus habita est Charthagini CCXXVII. Patrum, adversus Idola, & Donatistas, & alios hæreticos, & seditiosos præfuit Aurelius Carthagin. Episcopus, canones edidit sub Theodosio minore.

Jo.

(1) Reverendiss. & religiosiss. Th. G.

(2) Collegis. Th.

(3) Brittoni. Th. G.

(4) Ascholio, Anemio. G.

Jo. Zonaras. Synodus Carthagini habita est in veteri Roma Imp. Honorio, & CP. Theodosio Juniore, convenerunt CCXVII. Patres ex Africa, cujus pars est Carchedon, ejus pars Carthago. Venerunt ad synodum Legati Apostolicæ sedis, & Papæ Romani. Sic enim Romana sedes Apostolica appellatur, quod Princeps Apostolorum Petrus eam obtinuerit, qui in ea Linum constituit. Synodo præfuit Aurelius Carthagin. Episcopus, quem etiam Papam vocabant, & Valentinus primæ sedis Numidiæ, & alii Episcopi utriusque Numidiæ, & Byzacenæ, & Mauritaniam, & Cæsariæ, & Tripolis, & Anthypatiana; hæ sunt Regiones Africae. Legati Ecclesiæ Romanæ fuerunt Faustinus Episcopus Picenti (1) Potentinae Ecclesiæ in Italia, Philippus, & Afellus presbyteri, fuerunt etiam aliorum Episcoporum Vicarii ex variis Provinciis Africae, quos cum servarent locum Episcoporum *τοποτηρηταις* appellarunt. *Theodor. Balsamon* totidem verbis.

Matt. Monachus. Eadem dicit, addit tamen VIII. esse Patres Africae. I. Alexandream, & Pentapolim Libyæ, & Eremum, & Tripolim. II. Byzacium. III. Carchedonem, quæ Proconularis. IV. V. Numidias duas, veterem, & novam. Item Mauritanias tres. Cæsariensem a Cæsarea Metropoli, Sitiphensem cujus metropolis Sitiphena. Tingitanam, a Tingi metropoli.

Photius in bibliotheca Cap. LII. Synodus Carthagin. contra Pelagium de gratia Dei. Leo Episcopus Romæ scripsit contra hanc hæresim, & Cælestinus de fide Augustini. Item Hieronymus presbyter ad Ctesiphontem.

Et Cap. LIII. Liber contra hæresim Cælestianam, & Pelagianam, quæ sunt eadem cum Nestoriana. Cælestinus Papa Augustini doctrinam defendit, & Prosper libellis editis.

Jo. Tili editio canonum. Canones sancto-rem Patrum CCXVII. Carthagine collectorum.

Prosper in Chronicis. Anno Christi 420. Honorii, & Theodosii ann. 10. ipsis Augustis Coss. XI. & II. Concilio apud Carthaginem habito CCXVII. Episcoporum ad Pontificem Zosimum synodalia decreta perlata, quibus probatis per totum mundum hæresis Pelagiana damnata est.

Ex Trident. libro pag. 21.

Extulit undecimus clara Carthagine scripta Ultimus Angelico te personat Africa Sistro.

Alia Carthagin. [III.] Synodus. Cæsario, & Attico Coss. Kal. Sept. [al. Idibus Aug.] Carthagine &c. Vide vol. 1. *Concil. pag. 503. edit. 3.*

Taurinatensis Synodus.

Concilium Taurinatense circa tempora Syri- cii Papæ, & sancti Ambrosii Episcopi Mediolanen. Extat vol. 1. *Concil. pag. 516. edit. 3.*

Carthagin. Synodus. Cæsario, & Attico VV. CC. Coss. V. K. Sept. &c. [pag. ead.]

Alia Carthagin. Synodus. Eisdem Coss. VI. K. Jul. Carthagine &c. [pag. 573. ead.]

Constantinop. Synodus.

Sozom. lib. VIII. Cap. II. Hist. Eccl. Lat. Sub

(1) Piceni. *Balsam.*

Archadio & Honorio Aug. defuncto Nestario congregatur concilium CP. ut sufficeretur Episcopus. Joannes presbyter Antiochenus electus est cognomento Chrysothomus. Imp. Archadius concilium coegit, ut ordinatio celebrior fieret. Contradicebat Theophilus Alexandrinus, sed metu acculationis contempsit.

Romana Synodus.

Ex Epist. II. Xysti Papæ. Cognoscat vestra sapientia, carissimi fratres, quia in hac sancta sede Apost. a nobis, & reliquis Episcopis, ceterisque dominis sacerdotibus, statutum est, ut sacra vasa non ab aliis, quam a sacratibus, dominoque dicatis contrectentur hominibus.

Ex Damasi Pontificali. Xystus constituit, ut ministeria [al. vasa] sacrata non tangerentur, nisi a ministris sacratibus.

Alia Romana Synodus.

Ex Epistula Telesphori Papæ. Qua propter cognoscite a nobis, & a cunctis Episcopis in hac sancta, & Apostolica sede congregatis statutum esse, ut septem hebdomadas plenas ante sanctum Pascha omnes clerici in fortem Domini vocati a carne jejurent.

Ex Damasi Pontificali. Hic constituit, ut septem hebdomadas ante Pascha jejunium celebraretur.

Alia Romana Synodus.

Ex Damaso in Pontificali. Pius constituit hæreticum venientem ex Judæorum hæresi suscipi, & baptizari. Et constitutum de Ecclesia fecit.

Alia Romana Synodus.

Ex Damasi Pontificali. Zephyrinus constituit, ut præsentibus clericis, & laicis fidelibus, siue clericis, siue levitis, siue sacerdotibus ordinetur, & fecit constitutum de Ecclesia, ut patenas vitreas ministri ante sacerdotes portarent, &c.

Alia Romana Synodus.

Ex Epistula Lucii Papæ. Unde nobis, & omnibus, qui nobiscum sunt in nostro solatio, sicut & olim factum invenimus, constitui placuit, ut criminationes majorum natu per alios non fiant, nisi per ipsos, qui crimina intendunt, &c.

Alia Romana Synodus.

Ex Epist. I. Xysti II. Qua propter in hac sancta sede dudum a multis Episcopis constitutum erat, & modo ad vestrum, & ceterorum fratrum auxilium est denuo roboratum, ut omnes Episcopi, qui in quibusdam gravioribus pulsantur, vel criminantur causis, quotiens necesse fuerit, libere Apostolicam appellent sedem, &c.

Carthaginensis (IV.) Synodus. Concilium quartum Carthaginense habitum ab Episcopis CCXIV. æra 436. Vide pag. 551. ubi sup. Augusto Honorio IV. & Eutychiano Coss. VI. Idus Nov. Cum Aurelius Episcopus, &c. Aurelius Episcopus Carthagin. Donatianus Tablicen. primæ sedis, Augustinus Hippone Regiensis, &c.

Alia Carthagin. Synodus. Post Consul. Honorii Aug. IV. & Eutychiani V. C. V. K. Majas, &c. pag. ead.

Ro-

De Synodis, & Pseudofynodis. XLVII

Romana Synodus.

Ex libro Pontificali. Anastasius fecit constitutum de Ecclesia.

Toletana Synodus.

Concilium Toletanum primum Episcoporum IX. tempore Honorii, & Archadii Stilicone Coss. Patrono Episcopo præfidente &c. Extat vol. 1. pag. 521. ead.

Cypria Synodus.

Idem lib. VI. c. X. al. IX. L. Hist. Eccl. Socrates lib. X. Cap. X. Hist. tripart. Theophilus Alexandrinus egit cum Epiphano Cypri, ut synodus Episcoporum Cypri celebraretur, ut libri Origenis damnarentur, quod Epiphanius fecit, idemque ut faceret ad Joannem Chryostomum CP. scripsit. De eadem re. Sozom. lib. 8. Cap. 14. Hist. Eccl. Lat.

Alexandrina Synodus.

Idem lib. VI. c. X. Hist. Eccl. Socrates lib. X. Cap. X. Hist. tripart. Theophilus Alexandria Episcopus post Epiphani synodum Cypri habitam collectis (1) Episcopis libros damnavit Origenis, qui pene ante CC. annos mortuus erat.

Carthagin. (V.) Synodus.

Concilium Carthaginense Quintum habitum ab Episcopis LXXIII. æra 438. circa tempora Anastasii Papæ. Extat vol. 1. Concil. pag. 519. edit. 3.

Alia Carthagin. Synodus. Vincentio, & Flavito Coss. Idib. Sept. Carthagine &c. ut pag. 524. vol. 1. Conc. edit. 3. epitome pag. 577. ead.

Romana Synodus.

Ex Pontificali. Innocentius constitutum fecit de omni Ecclesia, & de regulis Monasteriorum, & de Judæis, & de Paganis. Ex Epist. Innocentii XVII. ad Alexandrum Antiochenum Episcopum de pace. Apostolici favoris, &c. pag. 535. vol. 1. Concil. edit. 3. Subscripserunt Episcopi Italiae XXIV. (al. XX.)

Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Ejecto Jo. Chrylostomo synodus LX. Episcoporum CP. habita est, & Joannes est restitutus, sed mox iterum in exilium Comanicense [2] actus, ad cælos migravit: successit Arsacius, post quem Atticus, Attico Sifinnius.

Idem Secr. lib. VI. c. XVI. Hist. Eccl. Adde Anast. Socr. lib. III. c. XIV. Hist. trip. Orta CP. magna seditione propter exilium Joannis, Augusta rogavit Imperatorem, ut eum revocaret. Misso igitur Bresone eunucho, coactus redire est, & in sede sedere, licet is diceret oportere id fieri iudicio synodali, & damnantes revocare sententiam suam.

Cap. XVII. Episcopi nihil aliud requirebant, quam quod post depositionem non decreto concilii resedisset. Cumque ille responderet LXV. Episcopos communicantes ei decrevisse, Leontius, & alii dicebant, sed plures te Joannes deposuerunt.

Idem Anast. Sozom. lib. VIII. Cap. XVIII. Hist. Eccl. L. Ob seditionem populi revocatur Joannes, Augusta pro eo intercedente, & misso Briffone. fidei eu-

nucho ex Preneto Bithyniæ: Joannes reducitur, sed in suburbano Augustæ substitit in portu nolens sine majoris synodi decreto urbem ingredi, coactus tamen a populo ingressus est urbem, & in Ecclesia in sede sua restituitur, & benedixit populo, & orationem habuit.

Cap. XIX. L. Post reditum Joannis LX. Episcopi convenerunt, qui irrita esse dixerunt acta ad Quercum adversus Joannem.

Carthaginense Concilium. Glorioss. Imp. Theodosio Aug. & Rumorido V. C. Coss. VIII. K. Sept. Carthagine in basilica regionis secundæ cum Aurelius Episcopus in universali concilio consedisset &c. pag. 558. ead. & pag. 580. ead.

Alia Carthagin. Synodus. Glorioss. Imp. Honorio Aug. VI. Col. XVI. K. Jul. &c. pag. 558. ead. & pag. 581. ead.

Toletana Synodus.

Ex Epist. XXIV. ad Synodum Toletanam. Sæpe me, & nimium, &c. pag. 540. vol. 1. Concil. edit. 3.

Carthag. Synodus.

Stilicone iterum, & Artemio [Anthemio. al.] VV. CC. Coss. x. K. Sept. &c. pag. 558. & 582.

Alia Carthag. Synodus. Glorioss. Imp. Honorio VII. & Theodosio iter Coss. Idib. Junii pag. 559. ead. & 583.

Alia Carthag. Synodus. Basso & Philippo VV. CC. Coss. XVI. K. Jul. &c. pag. 559. ead. & 584. ead.

Alia Carthag. Synodus. Eisdem Coss. III. Idus Oct. &c. pag. 559. ead. & 584. ead.

Aliud Carthag. Concilium. Glorioss. Imp. Honorio VIII. & Theodosio III. Coss. 18. K. Jul. &c. pag. 559. ead. & pag. 584. ead.

Alia Carthag. Synodus. Post Consul. glorioss. Imp. Honorii VIII. & Theodosii III. 18. K. Jul. &c. pag. 559. & 584. ead.

Alia Carthaginens. Synodus. Post Epistolam XXIV. Innocentii Papæ extat Epistola Concilii Carthaginens. pag. 541. ubi sup. Innocentio Papæ Aurelius Numidius &c. qui in concilio Ecclesiæ Carthag. adfuimus. Cum ex more &c. (contra Pelagium, & Cælestium). Rescriptum Innocent. epist. 25. pag. 543. ead. Innocentius Aurelio, & omnibus sanctis Episcopis, vel ceteris, qui in Concil. Carthag. Ecclesiæ adfuerunt &c. Inquirendo de his rebus &c. Adde epist. Concil. Milevitani positam post d. epist. 25. & epist. Augustini, & aliorum positam post epist. 26. eod. Innoc. & rescriptum ad eisdem epist. 27. & præf. Concilii Milevitani pag. 554. ead.

Hipponense Concilium.

Refertur in præfatione concilii Milevitani pag. 554. ead. & pag. 580. Item in Concil. Carthagin. pag. 559. ead. Glorioss. Imperatore Theodosio Aug. III. & Habundantio V. C. Coss. VIII. Idus Oct. Hippone Regio in secretario basilicæ pacis pag. 572. ead. cap. 1. Concilii Africani, sive Carthag. pag. 573. ead. Epigonius

Epigonius Comanis mortuus est in itinere. Theodor. 10. 13. tripart.

(1) Multis. G.

(2) Comanorum, sed his in Pontum missus:

Episcopus dixit: „ In hoc breviario, quod decernitur est ex concilio Hipponensi “ &c. & Cap. 40. „ Dies concilii idem servetur, qui in Hipponensi concilio constitutus est “, &c. pag. 573. ead.

Milevitanum Concilium prov. Numidiæ.

Post epist. XXV. Innocentii epist. Concilii Milevitani pag. 554. vol. 1. Concil. edit. 3. Innocentio Silvanus senex, Valentinus, Aurelius, & Augustinus, &c. Ex concilio Milevitano in Domino salutem. Quia te Dominus &c. Rescriptum Innocentii epist. 26. pag. 545. ead. Inter ceteras Ecclesiæ Romanæ curas, &c. Dat. vi. Kal. Feb. Honorio, & Constantio VV. CC. Coss.

Hujus concilii mentionem faciunt Augustinus, & alii Episcopi in ep. ad eum d. Innocent. posita post supra scr. 25. pag. 547. ead. Item Innoc. Epist. 27. ad eosdem pag. 551. ead. Concilium Milevitanum extat pag. 554. ead. „ Gloriosiss. Imperatoribus Archadio, & Honorio „ Augustis v. Coss. vi. K. Sept. in civitate Milevitana in secretario Basilicæ, cum Aurelius „ Episcopus Carthagin. &c. “ Adde eadem verba pag. 579. ead. Epist. (25.) Augustini ad Milevit. concil. mentio fit in epist. 1. cap. 7. Celestini Papæ pag. 549. ead.

Telensis Synodus.

Post consulatum Honorii XI. & Constantii II. Sexto Kal. Mart. Donatianus primæ sedis Episcopus Telensis &c. recitatur epistula Syricii Papæ Episcopis per Africam. Vide pag. 499. vol. 1. Concil. edit. 3. Epist. data Romæ in Concil. Episcoporum LXXX. VIII. Idus Jan. post Consul. Archadii Aug. & Bautonis V. C.

Carthag. Synodus.

Gloriosiss. Imp. Honorio XII. & Theodosio VIII. Aug. Coss. K. Maii pag. 584.

Romana Synodus.

Ex Pontificali de Bonifacio Papa. Et facta synodo deponitur Eulalius a CCLII. Episcopis, quia iuste non fuerat ordinatus, & ex consensu omnium, & sedit Bonif. &c.

Gallicana Synodus.

Ex epist. II. Bonifacii Papæ. Bonifacius Episcopus Patroclo &c. & ceteris Episcopis &c. per Gallias, & septem Provincias constitutis. Valentina nos clerici &c. de synodo habita, & habenda contra maximum Episcopum pag. 562. vol. 1. Concil. edit. 3. Dat. Id. Jun. Monaxio V. C. Coss.

Carthagin. (VI.) Synodus.

Post consulatum Gloriosiss. Imp. Honorii XII. & Theodosii VIII. VIII. (1) K. Junii Carthaginæ &c. pag. 565. ead. (de Nicæni concilii canonibus) & pag. 587. ead. Epist. ejusd. Concil. CCXVII. Episcoporum Bonifacio Papæ pag. 588. ead.

Alia Carthagin. (VII.) Synodus XXXVIII. Episcoporum. Post Consul. gloriosiss. Imp. Honorii XII. & Theodosii VIII. III. Kal. Julii Carthaginæ &c. pag. 569. ead. & pag. 587. ead.

(1) Al. III.

Africanum Concilium.

Recitata sunt etiam in ista synodo diversa concilia universæ Provinciæ Africae pag. 572. ead. Concilii Africani epist. ad Cælestinum Papam pag. 590. ead.

Constantinopolitana Synodus.

Definitio Ephesinæ synodi contra impios Messalianistas, hoc est Euchetas, sive Enthusiastas pag. 620. vol. 1. Concil. edit. 3. Vide Niceph. lib. 11. cap. 14. Attulit Episcopus Valerianus schedulam synodicam de illis compositam CP. sub bon. mem. Sisinnio, &c.

Alexandrina Synodus.

Ex Synodico. Sisinnio successit CP. Nestorius ex Antiochiæ presbyter, is impie negabat Mariam dici posse Matrem Dei, & unionem unius Personæ Christi Salvatoris, adversus hunc Cyrillus Alexandriae concilium habuit, & duodecim capita edidit, quæ ad Nestorium misit. Is majorem seditionem excitavit.

Niceph. Callist. Hist. Eccl. lib. XIV. Cap. XXXIII. Et vol. 1. Concil. pag. 599. edit. 3. Cyrillus Nestorii literis acceptis cum quatuor quibusdam aliis Provinciale Alexandriæ synodum congregavit, &c. Epist. Concilii Alexandrini extat pag. 605. ead.

Romana Synodus.

Ex Pontificali in Cælestino. Hic multa constituta fecit, & constituit, ut psalmi David 150. ante sacrificium psallerentur antiphonatum &c. Hic fecit constitutum de omni Ecclesia, maxime, & de Religionibus, quod hodie Archiviis Ecclesiæ tenetur reconditum.

Alia Romana Synodus.

Ex Epist. Cyrilli in concilio Alexandrino pag. 605. vol. 1. Concil. edit. 3. Ecce itaque te simul cum sancta synodo, quæ apud amplam urbem Romam congregata est, præsidente, &c. Cælestino &c.

Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Deposito Nestorio Maximus Constantinopol. successit, cui Proclus. Hic Synodum coegit CP. adversus eos, qui adversarentur Ecclesiæ, quos anathemati subiecit. De ordinatione Maximiani Episcopi CP. Liberatus de Nestoriana causa cap. 7. vol. 2. Concil. pag. 102. edit. 2. De Armeniæ Episcopis, & como Procli contra Theodorum Moplustiæ, idem Liberatus c. 10. pag. 105. ubi supra.

Romana Synodus.

Ex Pontificali de Xysto Papa [III.] Hic incriminatur a quodam Basso, audiens hoc Valentinianus Aug. iussit Concilium, & Sanctam Synodum congregari &c. purgatur a LVI. Episcopis, & condemnatur Bassus &c.

Ex Epist. ejusdem Xysti 698. ead.) Scitote me criminari a quodam Basso, & injuste perlequi, quod audiens Valentinianus August. nostra auctoritate Synodum congregari iussit &c. Dat. Kal. Apr. Valentiniano, & Laurentio VV. CC. Coss. De expurgatione Xysti III. Valentiniano, & Anatolio VV. CC. Coss. &c. pag. 701. ead.

Alia

* Hæc for-
tassis apocry-
pha.

* *Alia Romana Synodus.*

De Polychronii Episcopi Hierosolym. accusa-
tione, & expurgatione tempore Xysti III. pag.
705. ead. sedentibus LXXXI. Episcopis.

Antiochena Synodus.

Ex Synodico. Cum ex Armenia pii Monachi
CP. venissent, qui dicerent libros Theodori Mo-
psuestensis esse plenos blasphemis, quibus in
Oriente Nestoriani juventur, Proclus, & Imp.
Theodosius * ad Joannem Antiochenum scripse-
runt, ut de eo libro interdicens synodice statue-
ret, & rescriberet. Is synodo coacta divinatio-
nem libri ad Proclum, & Imperatorem misit. *Li-
beratus in breviario de causa Nestoriana cap.
10. pag. 105. & 106. vol. 2. Concil. in edit. 2.*
Tunc Joannes Antiochenus synodo congregata
tres pro Theodoro Mopsuesteno dictavit epi-
stulas, &c.

Regiensis Synodus.

Habita tempore Xysti Papæ III. ab Episcopis
XIII. æra 472. pag. 701. ead. Sub Imp. Theo-
dosio Juniore, & Valentiniano. Theodosio XVII.
& Felto Coss. &c. In fine: „ Ego Hilarius Epi-
scopus &c. XVI. Dec.“ (al. XIV. Kal. Dec.
in vet.)

Arausicum Concilium.

Sexdecim Episcoporum æra 379. vi. Idus
Nov. Cyro Col. tempore Theodosii minoris in
territorio Arausico in Ecclesia Justinianensi ex-
tat pag. 717. ead. & in veteri libro dicitur xviii.
In fine: „ Ego Hilarius Episcopus subscripsi. Ego
„ Claudius“ &c.

Vasensis, vel Vasionen. Synodus.

Constitutiones sanctæ synodi habitæ in civita-
te Vasen. apud Urbicum Ecclesiæ Catholicæ,
temporibus Theodosii Jun. & Dioscori Consulii,
sub die Iduum Nov. pag. 720. ead.

Toletana Synodus.

Regulæ fidei contra omnes hæreses, maxime
contra Priscillianistas, quas Episcopi Tarraco-
nenses, Carthaginenses, Lusitani, & Boetici fe-
cerunt, ex præcepto Papæ Leonis, & ad Baleo-
nium Episcopum Galliciæ transmiserunt, &c.
vide pag. 523. ubi sup.

*Ex Epist. 91. Leonis Papæ ad Turibium
Astoricen. Episcopum.* In fine: Dedimus itaque
litteras ad fratres, & Coepiscopos nostros Tarraco-
nenses, Carthaginenses, Lusitanos, atque Gal-
licos (Gallicianos al.) eisque concilium synodi ge-
neralis indiximus, &c. Galliciæ saltem convenient
sacerdotes, quibus Hydatius, & Ceponius immi-
nebunt, &c. Dat. xii. K. Aug. Callepio, & Ar-
dabure Coss.

Carthaginen. Synodus.

Post Consul. Flavii Stiliconis V. C. xiv. Kal.
Jul. &c. *Est ejus epitome pag. 524. ubi sup. &
pag. 573. ead.*

Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Cyrillo, & Proclo Dioscorus, &
Flavianus successerunt Alexandria, & CP. Fla-
vianus ab Eusebio Dorylæi Episcopo vexa-
tus (1) synodum coegit adversus Eutycheten By-
Tom. V.

(1) Admonitus forte.

zantium Archimandritam, eumque ex Ecclesia
eicit.

Photius, sive Incertus. Post Eph. Secam syno-
dus habita est CP. adversus Eutycheten. *Anast. idem.*

Niceph. Monachus in Hist. Eccl. post Tripart.
Eusebius Scholasticus, qui primus Nestorium
reprehendit, jam Episcopus Dorylæi de fide cum
Eutychete Archimandrita disputans, invenit eum
non recte sapere, admonito eo, nec pœnitente,
Flaviano Episcopo CP. suggerit. Is XL. Episco-
porum concilio congregato adducit Eutychen, &
eo discussio juxta canonicas sanctiones, hæreticum
inveniens deposuit. Hæc prima indictione gesta
sunt.

Evaagrius scholast. lib. 1. Cap. VIII. & IX.
Hist. Eccl. Post Nestorium CP. Maximianus
Episcopus fuit, sub quo pax in Ecclesia fuit, huic
Proclus successit, qui Cyzici Episcopus fuerat,
post hunc Flavianus successit, sub quo adver-
sus Eutychen synodus provincialis habetur, cum
libellos dedisset Eusebius Dorylæi Episcopus, qui
cum adhuc rhetor esset, primus Nestorii im-
punitatem coarguit. Eutyches vocatus non negavit se
dicere ante unionem Christum duas habuisse na-
turas, postea unam, & eum non nostræ naturæ
corpus habuisse, ob hæc depositus est. De hac re
vide epist. Leonis Papæ relatas in Chalced. Sy-
nodo. *Liberatus latius in breviario de causa Ne-
storiana, & Eutychiana cap. XI. pag. 107. vol.
2. Concil. edit. 2.*

Romana Synodus.

Ex Synodico. Igitur Leo Magnus Papa Ro-
manæ Ecclesiæ a Dioscoro patrata cognoscens,
contra eum synodum coegit, eumque & Euty-
chen anathemati subjecit, eaque ad clerum, &
senatum CP. misit. Confirmantur hæc ipsis epi-
stulis Leonis, & synodi Epist. 21. 22. 23. & 24.

Alia Romana Synodus.

Ex Synodico. Præterea idem Leo Apostolico-
rum dogmatum propugnator, synodum sacram
Romæ habuit, admonitionem scripsit ad Imp.
Marcianum, qui Theodosio successit, ut gesta
contra Flavianum in synodo revocarentur.

Mediolanensis Synodus.

*Ex Epist. Eusebii Mediolan. Episcopi posita
post Epist. 50. Leonis Papæ pag. 762. ead.* Nam
recensens epistolam ben. vestræ in Sacerdotum
Domini concilio &c. In fine: „ Ego Eusebius“
&c. *Sic alii multi Episcopi subscribunt.*

Pontiana Synodus.

*Ex Epist. 1. Silverii Papæ ex 2. vol. Concil. 23. 9. 4. Be-
pag. 2. edit. 2.* Miserunt in exilium, in quo mo-
do sustentor pane tribulationis, & aqua angu-
stia. Ego tamen propterea non dimisi, nec di-
mitto officium meum. Sed cum Episcopis, quos
congregare potui, eos, qui talia erga me egerunt,
anathematizavi, & una cum illis &c. Dat. ix.
K. Dec. Justiniano, & Belisario Coss.

Ex Epist. 2. Eiusdem ad Vigilium Papam.
(Ibid. pag. 3.) Damnatur Vigilus cum conlea-
tentibus Dat. viii. K. Jul. Principe [post Conf.]
Basilio. Calius Silverius Papa urbis Rom. &c. pa-
rius,

riter, & quatuor Episcopi subscripserunt.

Ex Pontificali in Silverio. Quem suscepit Vigilus Archidiaconus in sua quasi fide, & misit eum in exilium ad Pontianas, & sustentavit eum pane tribulationis, & aqua angustiae.

Constantinopolitana Synodus.

Vigilii Papae in concilio damnatio in Theodorum Episcopum Caesareae Cappadociae (*Ibid. pag. 7.*) Cum Africanarum, Illyricanarum, seu Vualliarum (aliarum forte) partium, congregata synodo tractaremus &c. cum Clementissimo Principe, praesentibus etiam Menna CP. & Dacio Mediol. & alijs tam graecis, quam latinis Episcopis &c. Est etiam in Memnam excommunicatio Dat. xix. Kal. Sept. ann. xxv. Justiniani post Conf. Basilii ann. x.

Romana Synodus.

Ex Epist. Vigilii Papae ad Justinianum Imp. posita pag. 77. in libro Epist. diverf.

Alia Romana Synodus.

Ex Epist. Felicis Papae 4. contra Petrum Antiochenum posita in concilio v. generali *vol. 2. Concil. pag. 13. edit. 2.* & in graeco libro pag. 10. & alibi. Altera epist. ejusdem Felicis cum synodo ad eundem Petrum pag. 16. Later. 15. Graec.

Arelatens. III. Synodus

XIV. Episcoporum aera 461. Marciano Aug. Opilione, & Vincomalo Coll. viii. Idus Julii (*pag. 726. e.*) In fine: „Caesarius Episcopus &c. „Contumeliosus“, &c.

Romana Synodus.

Ex epist. 86. Leonis Papae (*de Chorepiscopis.*) Cum in Dei nomine in Romana Ecclesia synodum Episcoporum, sive ceterorum sacerdotum, Christi que fidelium coadunatam habuissimus, & de ordinationibus illicitis &c. vide *Damas. in epist. ad Numidia Episcopos.*

Ex epist. 94. ad Episcopos Thraciae. Leo, Victorius, Eustathius Episcopi. Tanta saeculi potestas, &c. Censemus itaque, ut quicumque praetermissio sacerdote Ecclesiae suae ad disceptationem venerit saecularium, &c. *In fine subscriptiones sunt trium Episcoporum.*

Thessalonicensis Synodus.

Ex Synodico. Leo Imp. Marciano successit, Thessalonicae synodum convenire curavit sub Eudoxio ejus urbis Episcopo, in qua Eutyches, & Dioscorus, & Timotheus Aelurus damnati sunt, & acta Chalced. confirmata sunt.

Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Simili ratione Anatolius CP. in synodo Eutychen, & Dioscorum, & Timotheum Aelurum (damnavit) & synodum Chalcedon. confirmavit.

Nicephorus Monachus in Hist. Eccl. post tripart. Zeno Petrum Gnaphea avertit, quod Basilio concurrerit. Is decreto Orientalis synodi depositus est, & cum eo Joannes, qui post tertium mensem ejectus est.

Romana Synodus.

Ex Synodico. Leo quoque Papa Romanus Apostolicus vir Eutychen, & Dioscorum, &

Timotheum in synodo anathemati subjecit, & Chalced. Synodum confirmavit.

Constantinop. Synodus.

Habita est a Gennadio cum LXVIII. Episcopis synodus adversus Simoniacos. Vide *Cap. 22. de Epistulis Canonicis.*

Romana Synodus.

Ex Synodico. Item Simplicius Leonis successor synodum coegit, in qua eisdem damnavit, & eandem Chalced. Synodum confirmavit.

Cyrensis Synodus.

Ex Synodico. Joannes Cyri Episcopus videns Petrum Fullonem in Antiochia impie se gerentem propter Basilici potentiam, synodum coegit, & Petrum anathemate damnavit.

Antiocheana Synodus.

Ex Synodico. Zenon Basilicum tyrannum cepit, & convocata synodo Antiochiae, Chalcedonensis confirmata est. Fullo in exilium missus est, anathemate damnatus; pro eo beatus Stephanus ordinatur, cui alter Stephanus brevi successit.

De his Nicephorus Monachus in Hist. Eccl. Idem Anast. post tripart. Decreto Orientalis synodi Petrus Gnaphea depositus est, & cum eo Joannes, qui post tertium mensem ejectus est, & post eum Stephanus Antiochiae sufficitur Episcopus.

Evagrius Scholast. lib. III. Cap. X. Hist. Eccl. Post Petrum Stephanus Antiochenam sedem accepit, quem pueri calamis sunt persecuti, ut Joannes rhetor in historia scribit. Huic Calandion suffectus est, qui suos coegit Timotheum anathemate damnare, & encyclica Basilici.

Romana Synodus.

Ex Synodico. Non Bizantii solum, sed totius Orientis orthodoxi ad Felicem Papam Romanum referunt a Mongo gesta, qui coacta Synodo Petrum Mongum anathemate damnavit, atque Acacium, & sanctam Chalced. synodum confirmavit.

Nicephorus Monachus in Hist. Eccl. post tripart. Orientales Episcopi Acacio scripserunt non debere eum Mongo communicare, quod Acacius contemnens, Felici delatus est Rom. Pontifici, & Joannes Alexandrinus Romam venit ob eandem causam; Felix synodo coacta in templo Petri Apostoli, duos Episcopos, & Ecclesiae defensorem CP. mittit ad Zenonem, & Acacium, ut Petrum Mongum tanquam haeticum eiiceret Alexandria. Sed legatis corruptis communicare eos Acacio, & Petro coegerunt, legatos Felix deposuit. Acacius nomen Felicis ex diptychis abtulit.

Ex Theodoro lib. II. Hist. Eccl. Niceph. Callistus. Omnibus alijs Patriarchis contententibus henotico Zenonis, Felix Romanus noluit subscribere.

Evagrius Scholast. lib. III. Cap. XVIII. Hist. Eccl. Joannes (Alexandr.) qui Romam fugerat Felicem Simplicii successorem de sceleribus Petri docet, eique suadet, ut Acacium haeticum declaret, ut Zacharias refert, quod Petro communicet. Evagrius purat Zachariam rem minus certam dicere, sed verum esse, libellis a Joanne ad-

ver-

versus Acacium Felici datis, misisse eum ad Zenonem Vitalium, & Misinum Episcopos, ut Chalced. Synodum reciperet, & Acacius non communicaret Petro, sed Romam veniret responsurus Joannis libellis.

Cap. XX. Multi Monachi scribunt ad Felicem de Petro, & Acacio, & communicasse Legatos Rom. cum eisdem.

Romana Synodus, & alia.

Ex Synodico. Cum beatus Felix veteris urbis Episcopus, quæ fierent a Fullone in Oriente sci- visset, per Quintianum Episcopum Herculaneorum sacram synodum habuit, & in ea Petrum Fullonem deposuit, sed & Romæ aliam synodum de eadem re habuit, & Petro depositionem misit.

Evagr. lib. III. Cap. XXI. Simeon a Cyrillo Monacho missus ad Felicem convicit legatos Vitalem, & Misinum in concilio corruptos fuisse, & communicasse cum Petro, & Acacio, ideo depositi, & excommunicati sunt, Petrum hæreticum, & ab hæreticis ordinatum declarant.

Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Mortuo Acacio, & Phrarity Euphemius pius vir susceptus est CP. qui habita synodo Chalcedonensem confirmavit, & hæc acta in urbem Romam ad Papam misit. Hunc Felix & Occidentales Episcopi, ut catholicum susceperunt, sed non ut Episcopum CP. quod nomen Acacii a Felice damnati non esset delatum.

Idem Anast.

Niceph. Monachus in Eccl. Hist. post Tripart. Anno xvii. Zenonis Imp. Felix synodicis Euphemii receptis, ei tamquam orthodoxo communicavit, sed non ut Episcopo, quod nomen Acacii, & successoris Phrarity de dyptichis non erant. Mortuus est Zeno anno mundi secundum Romanos v. dcccxcix. secundum Alexandrinos v. dcccxxxiii.

Euphemius CP. congregatis peregrinis Episcopis confirmat Chalced. Synodum.

Evagrius Scholast. lib. III. Cap. XXXIII. Hist. Eccl. Acacio mortuo Phrarity successit. Synodicis usus est ad Petrum Alexandr. Petrus respondet damnata synodo Chalced. Post Menses iv. Phrarity Euphemius CP. succedit, cum recepisset illas Petri literas, in Petrum invehus est. Vidit Evagrius utriusque contrarias epistulas, qui etiam synodos habuerunt, mortuusque est Petrus, eique Athanasius sufficitur.

Alia Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Macedonius CP. in synodo Chalcedonensem synodum confirmavit scriptura de unione Zenonis ob metum Anastasii tacuit.

Anast. biblioth. ex Theophane. Præterea Macedonius consilio Imperatoris unire monasteria Regiæ urbis satagit, quæ scissa fuerant propter Henoticon Zenonis, sed non valens consilium, dedit Imperatori, quo peregrinos Episcopos conveniret, & quæ Chalcedone bene dogmatizata fuerant, in scriptis confirmare faceret, quod & factum est per descriptam actionem, & hortabatur monasteria ad unitatem.

Romana Synodus.

Ex Theodoro lib. II. Hist. Eccl. Niceph. Cal-

ist. Cum Festus Senator Romanus CP. venisset, Euphemius Episcopus misit ad Anastasium Papam literas, sed veritus est ab Imp. Anastasio, immo clam Festo persuadet, ut Zenonis hænoticon curet a Romano Episcopo confirmari. Cum in urbem venit mortuo Anastasio de electione agebatur, multos Festus corrupt, ut Laurentius Rom. sufficeretur, alii Symmachum Diaconum elegerunt, triennium inter eos schisma duravit; quoad Theodoricus Apher urbem occupans licet Arianus synodum convenire iussit, quæ Symmacho sedem Rom. confirmat, Laurentio Nucerriam, sed cum adhuc turbaret, depositus est a Symmacho, & deportatus.

Constantinop. Synodus.

Evagrius Scholast. lib. VI. Cap. VII. Hist. Eccl. Hoc tempore contentio orta est inter Gregorium Theopolitanum Episcopum, & Asterium Orientis Præfectum. Asterio ejecto Joannes sufficitur ab Imp. qui edicto proposito accusatores Gregorio submittebat, sed synodum CP. provocans, absolutus est ab Episcopis, & damnatus accusator, atque deportatus. Patriarchæ omnes partim per se, partim per Vicarios interfuerunt: causa coram Senatu, & multis Archiepiscopis cognita est Mauricio Imp.

Idem Cap. VIII. Post iv. Menses a reditu Gregorii ann. 637. post nomen Antiochiæ, & 61. post alium terræmotum, iterum terræmotus fit.

Agathensis Synodus.

Tertio Idus Septemb. Messala Cof. Episcopi XXXVII. interfuerunt ex permissu Regis, &c. pag. 711. e. In fine: „ Ego Cæsarius Episcopus „ &c. die v. Kal. Sept. (al. iv. Idus Sept.) ann. „ 22. Regis Alarici. Cyprianus Episcopus „ &c.

Constantinopolitana sive Heracleen Synodus.

Ex Synodico. Mortuo Felice Papa Romano Ormilda successit, qui Vitalianum, & Evodium cum CC. Episcopis Byzantium misit adhuc vivo Timotheo, ut Synodus haberetur, sed is & Imp. Anastasius ita rem pertubarunt procrastinando, ut non perageretur.

Niceph. Monachus in Hist. Eccl. post tripart. Idem Anast.

Hormilda Rom. Episcopus vexatus a Theodorico, Vitaliano favente, Evodium Episcopum, & Vitalianum Archidiaconum misit ad synodum apud Heracleam celebrandam: venerunt Episcopi fere CC. Sed illusi sunt ab Imp. & a Timotheo CP. Episcopo.

Thessalonicensis Synodus.

Ex Synodico. Anastasius Imp. ira Dei commota fulmine occisus est, cui successit Justinus. Tunc Papa Ormilda Romanus Thessalonicam plures Episcopos misit, ut Chalced. Synodum confirmarent. Sed viri scelerati hæretici noctu ignem loco, in quo synodus habebatur, miserunt, & multi illic Episcopi interempti sunt.

Anast. ex Theophane. XL. Episcopi Illyrici, & Graciæ convenientes in unum per professionem in scriptis factam, cum proprio Metropolitano, discesserunt a Timotheo CP. & Romam mittentes Romano communicare in scriptis professi sunt.

Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Ormisidas iterum CP. haberi synodum curavit, in qua Chalced. confirmata est, & quæ Cyrillus de duabus naturis recte dixerat, uno veluti in nummo duo signantur Imperatores, Ormisida mortuo Agapetus successit. Anastasius ex Theophane mutationis sub Justino Imp. facit mentionem.

Carpenforatensis Synodus.

Licet omnia &c. pag. 725. e. In fine; Cæsar. Episcopus &c. Alerius, &c.

Valensis, vel Vasionens. Synodus.

Canones Secundi Valensis Concilii, &c. pag. 721. e. In fine est: „ Cæsar. Episcopus &c. „ Non. Nov. Decio Juniore V. C. Cos. Contumeliosus „ &c.

Arausicana II. Synodus.

„ Cum ad dedicationem „ &c. pag. 722. e. contra Pelegianos. In fine: „ Cæsar. Episcopus „ &c. v. Non. Julii. Decio Juniore V. C. Cos. „ Julianus „ &c.

Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Justino successit Justinianus Imp. ejus consobrinus, Menæ CP. Anthimus Trapezuntis Episcopus. Cumque Romam, & proxima oppida Gothi invaderent, Agapitus Papa CP. venit, in qua synodum habuit adversus Anthimum, qui Manichæus esse videbatur, & furtim se subduxit. Anathemati subiectus est, & pro eo Euthychius Monachus consecratur.

Photius, sive Incertus. Alia synodus habita est CP. adversus Severum, namque Anastasius in Eutythianorum hæresim corruptus bellum adversus Ecclesias perpetuum indixit, multos magnos Antisites a suis Ecclesiis deturbans, in quibus Flavianum Antiochiæ in Syria pro quo Severum statuit catholicæ fidei hostem. Sed maxima inde seditio orta est, totumque orbem permansit: multarum cædium occasio fuit, quam obrem indignatus Anastasius iussit, ut Severus quietceret. Mortuo Anastasio Justinus catholicus misit, qui Severum continerent, & jus dicerent de criminibus adversus Deum, & homines patris. Severus id veritus Alexandriam profugit, ubi erant Eutythetis, & Dioscori Sæctatores, sed illic quoque seditionem concitavit. Mortuo Justino Justinianus successit, ad quem libelli de his rebus dati sunt a Palæstinæ, & Syriæ Episcopis, & Monachis adversus Severum: Is rem totam commisit præsentibus CP. Episcopis, & Archiepiscopis una cum clericis Romanis, & Episcopis ex Italia, qui cum Agapeto sanctissimo Episcopo Romano CP. venerant, & illic mortuus est. Severus criminibus probatis non solum hæreticus sed aliorum patrator damnatus est, anathemate. Item Anthimus Trapezuntiorum Episcopus, qui tum CP. sedem occupaverat, ut particeps Severi criminum.

Nicephorus CP. Episcopus in Chronicis. Constantinop. Episcopus L. Anthimus Trapezunti Episcopus Mens. x. Hoc remoto congregata synodo adversus Severum, L. Menas presbyter.

Anast. biblioth. ex Theophane. Agapetus autem Rom. Episcopus hoc anno (Christi 529.)

ascendens CP. Synodum celebravit contra impium Severum, & Julianum Halicarnassensem, & ceteros Theopolchitas, inter quos & Anthimus depositus est post mens. 6. pro quo suffectus est Menas presbyter ab Agapeto Romano Papa.

Antiochena Synodus.

Ex Synodico. Hoc tempore Origenis dogmata a quibusdam Palæstinis Monachis renovata sunt, contra quos magnus Ephraemius Antiochiæ in Syria Archiepiscopus synodum coegit, & in ea eos anathemati subdidit. *De hac re Evagrius lib. 4. cap. 38. Hist. Ecclesiast.*

Hierosolymitana Synodus

Gesta Hierolol. contra Anthimum a Petro Archiepiscopo XIII. K. Oct. Ind. xv. post Conf. Fl. Belisarii ex actis v. synodi vol. 2. Concil. pag. 20. edit. 2. Græce pag. 22. Ipsa synodus est pag. 63. ubi sup. lat. pag. 109. Gr.

Aurelian. II. Synodus. Circa tempora Vigiliæ Papæ ann. xxii. Childeberti Regis 1x. Kal. Jul. ex 2. vol. Concil. pag. 92. edit. 2.

Aureliana III. Synodus. Sub Vigilio Papa ann. xxvi. Childeberti Regis 1v. Non. Mart. Paulino Juniore Conf. ex Conc. ubi sup. pag. 93.

Aurelianensis IV. Synodus. Tempore Childeberti Regis, & Pelagii Papæ primi pag. 132. vol. 2. Concil. edit. 2.

Arvernensis Synodus. Circa tempora Vigiliæ Papæ vi. Idus Nov. post Conf. Paulini Junioris Rege Theodeberto vol. 2. Conc. pag. 128. edit. 2.

Aurelianensis V. Synodus. Circa tempora Pelagii Papæ Primi, præsentate Rege Childeberto ubi sup. pag. 145. Finis: „ v. K. Nov. ann. xxxviii. „ ejusdem Regis regni “.

Mopsuestiensis Synodus.

Ex Synodico. Cum Nestorius, & scripta Theodori viderentur consentire, magno zelo commoti multi Episcopi Mopsuestiam convenerunt, & clero, ac populo convocato imprecati sunt eis, cum sacris Evangeliiis obtestantes, ne nomen Theodori Episcopi in diptychis haberent, quod cum facere promisissent, hæc ad Vigilium miserunt Papam Rom. qui Agapeto successerat.

Alexandrina Synodus.

Ex Synodico. Domno Antiochiæ mortuo Anastasius magnus successit, Apollinario Alexandria Dexius, qui prævaricaverat *. Hic synodum sacram peregit, in qua damnavit anathemate eos, qui advertebantur synodo Chalcedonensi.

Parisiensis Synodus. Circa tempora Pelagii Papæ Primi ubi sup. pag. 143. fit mentio „ bon. „ mem. Cludovæi Regis “.

Parisiensis II. Synodus. Jussu Regis Childeberti ubi sup. pag. 148.

Romana Synodus. Sub Pelagio II. ex epist. ult. ejusdem ad Episcopos Germaniæ, & Galliæ pag. 161. ubi sup.

Bracharensis Synodus. Circa tempora Honorii Papæ, ann. III. Ariamiri Regis Kal. Maii pag. 215. ubi sup.

Turonica II. Synodus. Circa tempora Pelagii Papæ primi, & Chariberti, vel Arithberti Regis ubi sup. pag. 136. die xv. Decemb. ann. vi. Chariberti Regis, alias Arithberti.

Bracharenf. II. & Lucensis Synodus. æra 610. ann. II. Regis Ariamiri XVIII. Kal. Jan. tam ex Bracharen. quam ex Lucensi synodo &c. pag. 218. ubi sup. Nigefio Episcopo, vel universo concilio Lucensis Ecclesiæ Martinus Episcopus Brachar. pag. 221. *ibid.*

Bracharenf. III. Synodus ann. IV. ejusdem Regis pag. 271. ubi sup.

Matisconenf. Synodus. Circa tempora Pelagii II. vol. 2. *Concil. pag. 173. edit. 2.*

Matisconenf. II. Synodus. Ann. XXIV. Regis Francor. Cuntranni. pag. 175. ubi sup.

Romana Synodus. A beato Gregorio Papa habita &c. temporibus Imper. Tiberii, Mauricii, Theodosii pag. 181. ubi sup. *lib. 4. c. 88. Reg.*

Alia Romana Synodus. Eiusdem pag. ead. & in fine Registri. B. Gr. Sed est Greg. Jun.

Toletana III. Synodus. Sub Pelagio II. anno IV. ejusdem Regis VIII. Idus Maii æra 627. pag. 163 ubi supra.

Hispalensis I. Synodus. Circa tempora Pelagii Papæ II. „ Dat. II. Non. Nov. ann. V. Recaredi Regis æra 628. Leander Episcopus &c. „ pag. 162. “

Concilium Lateranense. B. Gregorii de Monachis nigris. pag. 123. ubi sup.

30. 9. 1.
Pervenit.

Romana Synodus. Ex epist. I. Deusdedit Papæ. pag. 184. *ibid.* „ Julius Innocens & Cælestinus Cum Episcoporum plurimorum, & sacerdotum conventu in Ecclesia B. Apostolorum Principis prohibentes talia, &c. „

Antisiodorensis Synodus. Circa tempora Deusdedit Papæ. pag. 184. ubi sup. Unus tantum Episcopus, plures Abbates, & presbyteri subscribunt. Est igitur synodus Episcopalis non Provincialis.

Romana Synodus. Tempore Honorii Papæ ex Pontificali pag. 186. ubi sup. „ Hic fecit constitutum in Ecclesia, & decrevit, ut omni hebdomada sabbati die exeat litania, &c. “

Hispalens. II. Synodus. Idib. Nov. tempore Sisebuti Regis al. Sisenandi: „ Isidorus Episcopus, &c. pag. 187. ubi sup.

Toletana IV. Synodus. Circa tempora Honorii Papæ primi ann. III. Regis Sisenandi al. Sisebuti. Non. Dec. pag. 194. ubi sup.

Hierosolymitana Synodus.

Ex Synodico. Sophronius dulcis eloquio, ac veritatis propugnator Archiepiscopus Hierosolymorum sacram synodum cogens duas voluntates Christi confessus est, & acta synodi ad Honorium Papam Rom. & Sergium CP. misit. Eadem ait Anastasius *biobth. ex Theophane.*

Toletana V. Synodus. Circa tempora Honorii Papæ Primi, & Chintillani Regis al. Svintillani ann. I. pag. 208. vol. 2. *Concil. edit. 2.*

Toletana VI. Synodus. Tempore Honorii, & Chintillani Regis al. Svintillæ ann. II. pag. 210. ubi sup.

Romana Synodus.

Ex Synodico. Joannes beatiss. Papa Romanus successor Honorii monothelitæ synodum sacram habuit, in qua Sergium, Cyrum, & Pyrrhum anathemate damnavit, & duas voluntates, ac

potestatem Domini nostri Jesu Christi professus est, & ad David, & Heraclium Heraclii filios formam fidei misit.

Anast. biobth. ex Theophane. Joannes autem Rom. Præsul collecto Episcoporum concilio Monothelitarum hæresim anathematizavit.

Byzacena Synodus.

Ex Synodico. Colybus Byzacenus Episcopus collecta piorum synodo, decreta Sergii, & Pyrrhi, ac Cyri anathemate damnavit, & duas voluntates, ac potestates animi Christi confirmavit.

Anast. biobth. ex Theophane. Similiter & in Africa penes Byzantium videlicet Numidiam, & Mauritaniam diversi Episcopi convenientes Monothelitas anathemate perculere.

Numidica Synodus.

Ex Synodico. Sic etiam Numidiæ in Africa sanctiss. Episcopus Stephanus synodum habuit, & Sergium, Cyrum, & Pyrrhum anathemate damnavit, ac duas voluntates decrevit. *Anast. ut sup.*

Mauritanica Synodus.

Ex Synodico. Reparatus quoque Mauritaniæ Episcopus synodum habuit, & eadem statuit, quæ superiores. *Anast. ut sup.*

Chartaginensis Synodus.

Ex Synodico. Victor etiam Chartaginensis Episcopus similiter synodum habuit, & idem statuit.

Toletana VII. Synodus. Circa tempora Theodori Papæ, vel Martini Primi ann. VI. Chindasvindi Regis (vel quinto Sisenandi Regis.) V. Kal. Nov. pag. 228. ubi sup.

Romana Synodus.

Ex Synodico. Heraclius morti proximus adversus Pyrrhum irascitur, quod Martinam uxorem, & filios a Constantio majore natu filio male tractari curaret, cui dederat eorum curam, & facultates non paucas. Itaque cives CP. tumultu concitato eum ex urbe expulerunt, qui coactus est in Africam fugere. Petrus item Monothelites susceptus in sede est, & post eum Paulus ejusdem impietatis. In Africa Maximus clarus Monachus, & plures Antislites adversus Pyrrhum contenderunt. Inde Romam discessit, illic libellum catholicum, ut presbyter obtulit. Sed Ravenarum iterum ad vomitum, ut canis, reversus est. Quo cognito beatus Theodorus Joannis successor Papa Rom. vocato totius Ecclesiæ conventu apud sepulchrum Principis Apostolorum Petri, sumpto sanguine Christi, in eum, & socios anathema dixit, sed CP. reversus mortuo Paulo successit factione hæreticorum.

Eadem fere Anast. biobth. ex Theophane.

Quo Papa Theodorus comperto plenitudine convocata Ecclesiæ ad sepulchrum verticis Apostolorum accessit, & divino sanguine postulato, & vivifico sanguine atramenti stillavit, & ita propria manu depositionem Pyrrhi, & communicantium facit. *Adde Pontificalem in Theodoro pag. 228. vol. 2. Concil. edit. 2.*

Romana Synodus. Sub Theodoro Papa contra Pyrrhum olim CP. Patriarcham ex Pontificali pag. 228. ubi sup.

Romana Synodus.

Ex Synodico. Sed & Martinus sanctiss. Papa Rom. Theodori successor cum Didymo Thelesphoro, & Maximo sacra synodo habita, Sergium, Cyrum, Petrum, Paulum, & Pyrrhum anathemati subjecit, & definitionem edidit, in qua duas voluntates, atque operationes Christi confirmavit. Quamobrem Constantinus Imp. Heraclii filius Barbatu cognomento Martinum arripuit, & male multatum in Chersonesum relegavit, & non multo post Maximum abscissa lingua in Caucasios montes relegavit.

Anast. biblioth. ex Theophane. Theodoro Papa defuncto Martinus sanctiss. Romæ consecratur Anistes. Cum autem Maximus ab Africa Romam pervenisset, Papamque Martinum ad æmulationem accendisset Synodo CX. Episcoporum collecta, Sergium, & Pyrrhum, & Cyrum, & Paulum anathematizat, duasque voluntates, & operationes Christi Dei nostri expressius predicarunt, atque firmarunt. Ceterum nono anno Imperii sui Constans nepos Heraclii Indiæ, VIII. his agatis furore repletus S. Martinum, ac Maximum CP. ductos cruciatos apud Chersonam, & alia climata exilio relegavit.

Idem. Anno Imperii Constantis VIII. facta est Romæ synodus a Martino Papa contra Monothelitas. Anno XVI. exilio ductus est Martinus sanctiss. Papa Rom. pro veritate fortiter agonizans, & confessor factus in climatibus Orientis defunctus est. Ann. XVIII. Christi 651. occidit Constans fratrem suum Theodosium, &c. *Adde Pontific. in Martin. & decreta synodi pag. 232. vol. 2. Concil. edit. 2. & ex epistul. Martini I. pag. 233. & decreta pag. 234. & ex Concil. Anglic. 2. pag. 276. ind. 8. Imp. Constant. ann. 9.*

Babilonensis Synodus. Sub Clodoveo Rege VIII. K. Nov. pag. 259. ubi sup.

Toletana VIII. Synodus. VI. Kal. Jan. ann. v. Fl. Reccevinthi Regis pag. 236. ubi sup.

Toletana IX. Synodus. VIII. Kal. Nov. ann. VII. Reccevinthi Regis. pag. 249. vol. 2. Concil. edit. 2.

Toletana X. Synodus. ann. VIII. ejusdem Regis K. Dec. pag. 253. ubi sup.

Romana Synodus. Vitaliani Papæ *ex ep. I. & 2. & 4. ejusd. pag. 260. ubi sup. XIX. Dec. Ind. II.*

Anglicana Synodus. Ex Historia Bedæ lib. 4. cap. 5. pag. 274. ubi sup. Ann. 670. ann. III. Regis Egredi Theodorus Episcopus, &c. Postea: ann. 633. quo anno Rex Cantuariorum Echbrecht. Mens. Julio obiit, succedente fratre Lothere, &c.

Toletana XI. Synodus. Ann. IV. Vuambani Regis VII. Id. Nov. pag. 262. ubi sup.

Anglicana II. Synodus. Ex eod. Bedæ lib. 4. cap. 17. pag. 275. ubi sup. Egfrido Rege Embrenensium ann. x. xv. K. Oct. Ind. VIII. Egilredo Mercinensium ann. VI. Aliduulfo Rege Estanglorum ann. XVII. Lothario Rege Cantuariorum ann. IV. prædente Theodoro Archiepiscopo Britannia &c. in loco qui Saxonico vocabulo Hertfold nominatur.

Romana Synodus.

Ex Synodico. Sed Agatho beatus Papa Rom. Martini successor sacram synodum habuit, in qua Sergium, Cyrum, Petrum, Paulum, & Pyrrhum anathemati subjecit, duasque voluntates Christi asseruit, definitionem misit ad Leontem Imperatorem Constantini Pogonati filium, qui pater fuit Justiniani, cui nares abscissæ sunt. *Agathonis in synodo epist. cum subscriptionibus posita est 2. vol. Concil. pag. 306. edit. 2. Græce pag. 44.*

Toletana XII. Synodus. Circa tempora Agathonis, vel Leonis Papæ II. Ervigii Regis ann. I. v. Idus Jan. pag. 416. ubi sup.

Romana Synodus. Leonis II. Ex Pontificali pag. 279. vol. 2. edit. 2. Hic constitutum fecit, quod Archivo Ecclesiæ continetur, ut qui ordinatus fuerit, &c.

Toletana XIII. Synodus. an IV. ejusdem Regis. v. Non. Nov. pag. 425. ubi sup.

Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Philippico ab Aptimaro occiso, Joanne nero mortuo Germanus pius vir, CP. consecratus est, ex Episcopo Cyzici mox cum Theodosius ex Occidente adversus Aptimarum imperium sibi vindicasset, Germanus synodum centum Archiepiscoporum coegit, & Sergium, Cyrum, Pyrrhum, Petrum, Paulum, & Joannem anathemati subdidit, & Christi Dei, ac Domini duas naturas, duasque voluntates asseruit.

Romana Synodus. Sub Gregorio II. vel III. Imp. Leonis ann. VI. post Conf. ejus ann. XVI. & Constantini ejus filii ann. II. Mens. Apr. Ind. IV. pag. 437. ead.

Francica Synodus. Sub Zacharia Papa a sancto Bonifacio Legato, & Carlomanno Duce, & Principe Francorum ann. 742. ab Incarn. XI. K. Mart. pag. 456. ubi sup.

Francfordiensis Synodus. Sub Carolo a Legatis Hadriani Papæ adversus septimam synodum Græcor. & Felicianam hæresim ex Platina. pag. 457. ubi sup.

Romana Synodus.

Ex Synodico. Cum divinus vir Gregorius Papa Rom. icivisset CP. adversus sacras Imagines acta, sacram synodum coegit, & in ea fractores Imaginum anathemate damnavit, Leonem ea de re acerbe accusans.

Anastafius biblioth. ex Theophane. Gregorius autem per Epistulas eum, quæ multis sunt notæ, manifeste redarguit. Sed & Joannes Damascenus, hunc cum Orientis Episcopis anathematibus subdidit.

Hierosolymitana Synodus.

Ex Synodico. Sic etiam Theodorus Hierosol. Episcopus sacram synodum habuit, in qua sex synodos in diptychis posuit, & confirmavit, eamque hæresim, imaginum combustorum anathemate damnavit.

Anastafius ex Theophane. Cosmus quidam erat Episcopus Epiphaniæ, quæ est Apamia Syriæ. Porro quibusdam civibus ad Theodorum Patriarch. Antiochenum accusationem super deminatione vasorum sacrorum facientibus cum inops

inops esset, ab orthodoxa fide discessit, & cum Constantino Imp. adversus Imagines sensit, quem communi sententia Theodorus Antiochen. & Theodorus Hieros. atque Cosmas Alex. cum Episcopis sibi subjectis die 1. Pentec. post lectionem S. Evangelii anathematizaverunt singuli in suis Ecclesiis.

Romana Synodus. Gregorii III. ex Pontif. pag. 434. ubi sup.

Item Romana Synodus. Pro imaginibus. Ex Pontif. pag. 435. ubi sup. Episcopi XCIII.

Constantinop. Synodus.

Ex Synodico. Constantino Leo filius successit, Leoni Constantinus filius, & Irene mater, qui synodum sacram haberi curarunt in templo Apostolorum usque ad quartam horam, confedentes anathemate Imaginum fractores damnari curarunt, sed scholarii soli repugnarunt, quos ex urbe eiecerunt.

Anast. biblioth. ex Theophane. VIII. Kal. Jan. VIII. Indi. consecratus est Tharastus Patriarcha CP. qui missis Romam Synodicis suis, & libello fidei suae receptus est ab Hadriano Papa. Mittens autem Imperatrix perijt, ut mitteret literas suas, & homines, qui invenirentur in synodo. Is direxit Petrum Vicedominum Ecclesiae suae, & Petrum hegumenum Sancti Sabae, misit etiam Antiochiam, & Alexandriam tam Imperatrix, quam Patriarcha durante pace cum Arabibus. Venit ex Antiochia Joannes magnus verbo, & opere, Syngellus Antiocheni Patriarchae, & Thomas Alexandrinus postea Thessalonicen. Archiepiscopus.

Anno Imperii Constantini, & Irenes VI. convocatis omnibus Episcopis subjectis VII. Idus Aug. IX. Indi. in templo sanctorum Apostolorum apud Regiam urbem capere. Ast populus scholarius, & excubitorium, atque ordinum ceterorum accusati a principibus suis, nudatis gladiis minati sunt omnes occidere, & dissoluta est synodus. Anno VII. emissi sunt illi milites, & synodus convocata est Nicæam.

Constantinop. Synodus.

Ex Synodico. Nicephorus Irene * successit, quod Antharas Turca Praetor, & Patricius Irenem ejecerunt calumniando apud Imperat. cujus calumnia Joseph presbyter oeconomus magna Ecclesiae CP. adjutor fuit. Quamobrem Nicephorus Patriarcha, qui Tharastus successit sacram synodum coegit, & Josephum recepit in presbyterum a Tharastio dejectum ob adulterium sub Constantino Irenes filio.

Anastasius bibliothec. ex Theophane. Anno Imperii Nicephori VII. Theodorus Eugumenus Studii, & Joseph frater ejus Archiepiscopus Thessalonicenus, una cum Platone incluso, & ceteris Monachis suis a comunione recesserunt Nicephori Patriarchae propter Joseph Vicedominum, qui praevicatorie coronaverat Constantinum, & Theodotem. Tunc Nicephorus hac occasione Episcopos multos, & Eugumenos congregans synodum adversus illos celebrari praecepit, per quam a Monast. & urbe eiectioni sunt Mense Januario, Indi. II.

Apud Theodonis Villam Synodus. Tempore

Caroli Magni: XXXII. Episcopi. pag. 704. ubi sup.

Arelatensis Synodus ann. XLVI. Caroli Magni Imp. VI. Idus Majas æra 851. pag. 616. ubi sup.

Turonensis Synodus. Tempore Caroli Magni pag. 619. ubi sup.

Cabilonensis Synodus. Sub Carolo Magno. pag. 623. vol. 2. Concil. edit. 2.

Maguntina Synodus. Caroli Magni ann. XIII. Ind. V. ann. 813. V. Idus Jun. in Monasterio S. Albani pag. 630. ubi sup. Episcopi XXX.

Rhemensis Synodus. Circa tempora Leon. III. & Caroli Magni. ann. 813. Mens. Majo. pag. 636. ubi sup.

Aquisgranensis Synodus. Sub Ludovico Imp. ann. III. ann. 816. at. 830. sub Greg. IV. Ind. X. pag. 638. ubi sup.

Triburiensis Synodus. Sub Carolo Magno ex synodo apud Theodonis Villam a XXII. Episcopis, cap. ult. pag. 704. ubi sup.

Constantinop. Synodus.

Ex Synodico. Theophilo Imp. impio mortuo, Michael filius cum matre Theodora successit; qui zelo Dei correpti exilia Patrum revocarunt, & sacram synodum in Canidiis habuerunt, ac Joanne dejecto Methodium consecrarunt Patriarcham CP. ac septem oecumenicas synodos confirmarunt, sacras imagines in antiquum cultum restituentes.

Ticinensis Synodus. Sub Ludovico Imp. pag. 765. ubi sup.

Aquensis, sive Aquisgranen. Synodus. Sub Rege Pipino Ludovici filio. pag. 708. ubi sup.

Vormaciensis Synodus. XVII. K. Junii. pag. 732. ubi sup.

Romana Synodus.

Ex Synodico. Sanctus Papa Nicolaus cum gesta CP. scisset, quorum infamia universum orbem terrarum erat peragrata, adversus suos legatos acriter judicium exercuit, & quasi pecunia corruptos damnavit, atque deposuit, quod ipsi confessi fuerant. Erant hi Rodvaldus, & Zacharias: & synodo habita Photium ut Moechum anathemate damnavit, & ab eo gesta revocavit, & in ejus communicatores sententiam tulit, eaque omnia ad Michaelem Imp. & Photium misit, & ad Magistratus, atque Patriarchas. Adde ep. Nicol. I. pag. 745. vol. 2. Concil. edit. 2.

Coloniensis Synodus. Sub Carolo III. Imp. ann. 887. Ind. 3. Kal. April. pag. 776. ubi sup.

Moguntiacensis, sive Moguntina Synodus. Sub Arnulfo Imperatore. pag. 777. ead. ann. 888. ann. 1. Arnulfi Regis.

Triburiensis Synodus. Sub Arnulfo Imp. ann. 8. a XXII. Episcopis. pag. 783. ubi sup. ann. 895. Ind. 13. Mens. Majo.

Salgunstadiensis Synodus. Sub Benedicto VIII. & Henrico II. ann. 1023. Ind. V. II. Id. Aug. Regni ann. XXI. Imperii VI. pag. 799. ubi sup.

Romana Synodus. Nicolai I. (vel potius II.) Episcoporum CXIII. pag. 765. ubi sup.

Rhemensis Synodus. Eugenii II. (scribe III.) pag. 741. vol. 2. Concil. edit. 2.

De Pseudofynodis.

EPHESINA SYNODUS.

EX *Synodico*. Synodus Provincialis habita est Ephesi Metropoli Asia a Polycrate sanctissimo Episcopo, qua jubebatur sacram Pascha quartadecima luna celebrari Judæorum more, ut acceperant a Timotheo, & Philippo Apostolis. Sed a Victore Papa Polycrates communionem privatus est, & a Romana, & aliis synodis contra statutum est.

Euseb. lib. V. Cap. XXIV. Hist. Eccl. Episcopi Regionis Asiæ servandam statuerunt a majoribus sibi traditam consuetudinem, quorum Primus (1) erat Polycrates, qui de ea re ad Victorem scripsit multis confirmans traditionem Paschatis accepisse a Joanne Apostolo, & Philippo, & aliis. Sed a Victore communionem privatus est, contradicente Irenæo, & aliis.

Carthaginensis Synodus.

Theod. Balsamon. Hæc synodus ceteris antiquior est, habita sub Decio Imp. posterior est ea Antiochena Syriæ adversus Paulum Samosatensem sub Aureliano Imp. Carthagine conveniunt LXXXIV. ad consultationem Joviani Episcopi: responderunt baptizandos idolothytas Christianos. Sed in Canone II. Synodi in Trullo dicitur hoc non esse generale; sed illius temporis, & loci, & vide canonem VII. Synodi secundæ.

Matthæus Monachus. Verustissima omnium synodorum fuit Carthaginensis sub Cypriano Magno cum LXXXV. Episcopis: statuit baptizatos ab hæretici, & schismaticis, ut Novatus esse rebaptizandos. Hujus decreti mentionem facit Basiliius in primo canone, sed laudato auctore non placet ea constitutio. Et contra statutum est canone VII. Synodi secundæ, nec non in VI. Synodo illis locis tantum, ac temporibus servatum id esse refertur. Passus est Cyprianus sub Decio Imperat. qui fuit post Trajanum XVI. Anni interfuerunt CLXX.

Hæc Gr. non habent.

Euseb. lib. VI. Cap. II. Hist. Eccl. Rufino interprete. In urbe Roma Cornelio Episcopatum regente, & apud Carthaginem Cypriano, ambob. fide, virtute, pietate, præstantibus, quæstio exorta est in Africa magis partibus, si oporteret hæreticos rebaptizari. Cumque id a Cypriano, & cæteris pene omnibus per Africam sacerdotibus oportere fieri decerneretur. Cornelius & ceteri omnes per Italiam id decretum sacerdotali manente concordia refutarunt: sola eos manus impositione purgantibus. *De eadem synodo Georg. Syngell. Extræ Concilium Carthag. vol. I. Concil. pag. 242. edit. 3.* Cum in unum Carthagini convenissent Kalend. Sept. &c. *Epistola II. Cypriani ad Stephanum Papam de baptizandis, qui ab hæreticis sunt baptizati.*

Bithyniensis Synodus.

Sozomenus lib. I. Cap. XIX. Hist. tripart. Qui

- (1) Princeps. G.
(2) Ut Presbyter. G.

circa Eusebium erant, quum Alexandro supplicantes de Ario nihil proficerent, acriores facti sunt, conciliumque in Bithynia colligentes scripserunt Episcopis universis ut communicarent Arianis.

Palæstina Synodus.

Sozomenus lib. I. Cap. XIX. Hist. tripart. Arius apud Paulinum Tyri Episcopum, & Eusebium Pamphili, Pontificem Cæsareæ Palæstinæ, & Patrophilum Scytopoleos petiit, ut in aliqua ecclesia cum suis (2) communicaret. Tunc illi una cum aliis Episcopis in Palæstina congregati decreverunt collectas (3) eos exercere, esseque subditos Alexandro Pontifici.

Ægyptiæ Synodi.

Sozomen. lib. I. Cap. XIX. Hist. tripart. Cumque etiam in Ægypto multis conciliis celebratis [Ariana] hæresis (4) pullularet, ita ut ad Regalia usque perveniret, &c.

Antiochena Synodus.

Ex Synodico. Eusebius Nicomediæ post spectacula, & encænia Hierosol. Antiochiæ synodum coegit adversus sacrum symbolum, & Eustathium, quod diceret Sabellianum esse, & adulterum, quamobrem depositus est a synodo, & missus ab Imp. suadente Eusebio in Illyricum exulatum, introducta meretrice cum puero, quæ ex Eustathio juraret habuisse. Erat autem alter Eustathius faber, cujus erat ei filius, & cum de perjurio a clero, & populo accusaretur, quod in Episcopum pecunia corrupta illa dixisset, se non pejerasse affirmabat, cum tantum jurasset illum esse Eustathii filium.

Theodorit. lib. II. Cap. XXII. Hist. tripart. Mortuo Alexandro Bizantii Episcopo; sic enim CP. dicebatur; Eusebius Nicomediam deserens CP. sedem arripuit adversus canones prohibentes Episcopos, & presbyteros ex alia in aliam transire civitatem. Ita cum Beryti esset Episcopus Nicomediam arripuit, inde a concilio ejectus est, [Nicæno] cum Theogonio Nicæno. Constat id literis Imp. ad Nicomedienses, quæ verba referuntur.

Cap. XXII. Nicomediæ Appion (5) Episcopus ordinatus est, Nicææ Chrestus. Postea restituti CP. venerunt, finxitque Eusebius se cupere Hierosol. adire, ut ædificia Imperatoris videret, dimissus cum honore, & vehiculis, & viatico, socio Theogonio Nicæno.

Cap. XXIV. Veniunt Antiochiam, benigne ab Eustathio Episcopo accepti sunt, postea ad sacra loca accedunt, illic vident Eusebium Cæsariensem, Patrophylum Scythopolitam, Ætium, Lyddæ, & Theodotum Laodiceæ, & alios Arianos, cum his rediit Antiochiam, & subornata meretrice ad concilium veniunt, illuc introducitur puerum tenens mulier ab Eustathio se infantem

- (3) Colligi eos. G. (4) Contentio. G.
(5) Ampion. G.

Idem lib. I. c. 15. al. 14. Hist. Eccl.

Idem lib. I. c. 14. al. 15. Hist. Eccl.

Idem lib. I. c. 16. al. 15. Hist. Eccl.

Lib. I. c. 19. Hist. Eccl.

Theod. c. 20. sive 25. Gr. Idem c. 21. 22. Gr.

tem sustulisse dicens, cum alii testes deessent, jurandum defertur meretrici contra Apostoli præceptum. Sic damnatur Eustathius multis reclamantibus: renuntiatur hoc Imperatori, & [1] per Thracias in Illyricum deducitur: ei successit Eutalios, qui brevi mortuus est, & electo Eusebio Palæstino, recusavit mutationem, & successit Euphronius, cui post annum [2] successit Placitus [3] Meretrix vexata morbis insidias detexit, seque pecunia corruptam, non tamen omnino falsum jurasse, quod puerum ex Eustathio fabro ferrario suscepisset.

Ibid. c. 22.
23. Gr.

Socr. in lib. 1.
c. 24. Hist.
Eccl.

Cap. XXV. al. XVIII. L. Ex Eustathii depositione, & electione seditio magna orta est. Laudatur ab Imperat. Eusebius, quod recusaverit mutationem Episcopatus. Annos octo vacat Antiochena ecclesia, tandem Euphronius suffectus est ab Arianis.

Euseb. lib. III. de vita Constantini. Refert verba duarum epistolarum Constantini ad Antiochenos, & ad Eusebium Cæsariensem de electione, & reculatione.

Socrates lib. I. Cap. XXIV. al. XVIII. Hist. Eccl. Synodum Antiochiæ habuerunt, & Eustathium Episcopum deposuerunt, ut Sabellianum. Accusavit Cyrus Berroæ Episcopus, Georgium Laodiceæ in Syria, qui homouision oderat, & laudavit Eusebium Emisenum: tamen hic non minus Cyrum Sabellianum esse dicebat; ideoque Cyrum quoque esse depositum, & Eustathium ob alia crimina.

Sozom. lib. II. Cap. XVII. al. XIX. Hist. Eccl. lib. 1. c. 24. al. 18.

Eustathius [4] Eusebium arguebat, quod Nicænâ fidem non reciperet. Eusebius recipere fatebatur, sed non Sabellianos. Itaque Antiochiæ synodus habetur, & Eustathius deponitur variis ex causis, sed vera causa erat, quod averteret se ab Arianis; erant autem hi Eusebius, Paulinus Tyri Episcopus, & Patrophilus Scythiopoleos infimulabatur, quod magnæ seditionis populi causam præbuit: pro eo Eusebium Pamphili suffici curant; eo recusante Euphronius suffectus est Cappadox.

Idem lib. IV. Cap. XXIV. Eustathius, damnatur ab Acaciano CP. tum quod prebyter ab Eulalio Cæsariensi Episcopo Cappadociæ fuerit facris interdictus, & Neocæsareæ Ponti a synodo communionem privatus, tum ab Eusebio CP. depositus, & a synodo Gangrensi, necnon Antiochiæ in synodo perjurii convictus, reversus ad ea, quæ fuerant Melitenæ in synodo damnata, aliisque criminibus reus alios secum perdidit.

Vid. n. 3.

Ex Georg. Mon. Syngelli historia. Eo anno synodus fit Antiochiæ Episcoporum CXC. quibus præfuit Eusebius Nicomediæ; in ea Alexandria Episcopum crearunt Eusebium Emisenum, qui recusavit, erat autem Sabellianus: post eum Gregorium adversus Athanasium cum militibus miserunt.

Sozom. lib. II. Cap. XXVIII. al. Cap. XXVII. Hist. Eccl. Veniunt CP. Eusebius Nicomediæ Tom. V.

(1) Indicto exilio. Th. G. (2) Et aliquot menses. G.

Episcopus, & Socii, ut comprobarent vera esse Tyri gesta, & testes adferunt Theognium, Marin, Theodorum, Valentem, & Arfacium, & aliis calumniis onerant. Imperator sive persuasus, sive cogitans concordiam inuitos eo ejecto, jussit eum Trevirim in Galliam abire.

Eadem Georg. Syng. hist. Eusebius Nicomed. Theognis, Urfacius, & Patrophilus. Idem: de morte Arian ann. xxxi. Constantini.

Cæsariensis Synodus.

Theodorit. lib. 1. Cap. XXVIII. Hist. Eccl. Eusebius, & Theogonius, & Theodorus Perinthius, (Perinthus nunc Heraclea est) adversus Athanasium synodum petunt a Constantino Imp. Cæsareæ Palæstinæ habita est, sed Athanasius noluit eo venire, iudicii iniquitate ductus: hi renuntiaverunt Imperatori; is credens Cæsariam suspectam propter ejus Antistitem, jubet, ut conveniant Tyri.

Tyria Synodus.

Ex Synodico. Alexander Papa Alexandrius post Menses quinque Nicæa reversus Alexandriam, migravit ad Dominum: ei suffectus est Athanasius, adversus quem, ut homicidam, hæretici calumniam finxerunt auribus Constantini Imp. deferentes, sed facile ab ea liberatus est: iterum obtinuerunt, ut Tyri synodus haberetur, illic Eusebius Nicomediæ Episcopus profectus est, fingens honorem deferre beatæ Helenæ Matri, quæ Hierosolymis Ecclesias ædificaret, & ingentia spectacula ederet. Cum multis itaque Episcopis, & aliis laicis senatoribus Tyrum pervenit, ut Athanasium deponeret, & anathemati subiiceret. Synodus igitur adversus symbolum, & Athanasium habetur, meretrix introducit, quasi ejus contubernalis, sed a Timotheo presbytero convicta est, tum manus cujusdam Arsenii Diaconi (5) Meletianorum Ecclesiæ dicebatur ab eodem abscissa, quoad utramque Arsenius synodo ostendit. Nihilominus damnatus est anathemate, ut maleficus, & Arius atque Eazorius restituti ad communionem.

Socr. lib. 1.
cap. 2. L.

Fugit Athanasius CP. ad Imp. & calumnias probavit, sed Eusebius cum ceteris Hierosolymas ad encaniorum spectacula veniat, atque Theognium Nicææ, & Theodorum Perinthi, & Narcissum, & Marin Chalcedonis adversus Athanasium Mareotim mittunt.

Rufin. lib. X. Cap. XI. Hist. Eccl. Constantinus accepto libello fidei ab Ario misit ad Concilii examen, quod ad dedicationem Templi Hierosol. convenerat ex omni orbe terrarum. Itaque facile a faventibus receptus est, sed non Alexandria.

Cap. XVI. & XVII. Constantinus jubet Tyri convocato concilio Athanasium condemnari, mittit comitem Orientis, & Phœnicis Præsidem. Narratur acta pro Athanasio tum a Paphnutio, tum ab aliis, qui detexerunt calumnias meretricis, & Arsenii brachii, nihilominus fugere coactus est, & damnatus abiens.

h

So-

(3) Placentius, additque omnes Ariani. G.
(4) Pamphili. (5) Episcopi.

De his ali-
quid Sozom.
lib. 2. c. 17.
Hist. Eccl.
c. 25.
Theod. lib. 1.
cap. 27.
Gr. Desunt.

Sozom. lib. III. Cap. IV. Hist. Tripart. Alexander Episcopus, qui Arium profligavit, post concilium Nicænum Menses v. vixit, Athanasius ei suffectus est, cujus persecutiones Rufinus scripsit.

Cap. V. Desunt fortasse multa. Post turbas & seditiones concilii, & clamores accusatorum potentium, ut Athanasius tamquam magus damnaretur missi ab Imp. eum a concilio subtraxerunt. Ita ad Imperatorem venit.

Idem lib. 1.
c. 21. Hist.
Eccl.

Theodoritus. Quo facto venerunt ad Æliam civitatem. Præceperat enim Imperator, ut omne concilium a Tyro veniret ad Æliam.

Extat lib. 4.
Eusebii de
vita Const.

Sozomenus Cap. VI. Athanasius autem fugiens de Tyro CP. venit, petitque ab Imp. ut in Tyro gesta examinarentur, quod rescriptum est. Socrates Epistolam Constantini de ea re inserit ad Episcopos Tyri collectos.

Idem lib. 2.
c. 16. Hist.
Eccl.

Theodorit. lib. V. Cap. XVII. hist. Tripart. Ex dialogo Constantii Imperatoris, & Liberii Papæ. Imperator dixit: „ In facie utique condemnatus est (Athanasius) in concilio Tyri, „ & in Concilio contra eum pariter decreverunt omnes totius orbis Episcopi “. Liberius dixit: „ Numquam in præsentia tua homo ille adjudicatus est. Quicumque enim tunc convenientes „ condemnaverunt eum, discedente Athanasio „ a iudicio, sententiam protulerunt “. „

Idem lib. I. Cap. XXVI. Hist. Eccl. Alexandro admirabili fene (1), qui Arium devicerat, post Menses v. a Nicæna synodo mortuo, Athanasius suffectus est, qui in eadem synodo Diaconus Alexandri, & magnus Arii oppugnator fuit. Cumque Meletius, quem eadem synodus abdicaverat, non desineret turbare in Thebaide, & Ægypto, ex Meletianis subornarunt calumniatores adversus Athanasium, quasi impediret exactiones in Ægypto. Sed vocatus CP. facile satisfecit Imperatori, qui literas dedit ad Alexandrinos, in quibus laudatur Athanasius.

Sec. lib. 1.
c. 27. Hist.
Eccl.
Soz. lib. 2. c.
22. 23.

Soz. lib. 2. c.
25. Hist.
Eccl. al. 24.

Cap. XXVIII. Eusebius, & Theogonius, & Theodorus Perinthius, (Perinthus nunc Heraclea dicitur) curarunt, ut synodus Cæsareæ Palesstinæ haberetur adversus Athanasium, qui venire noluit, mox Tyrum Constantinus Episcopus vocavit.

Cap. XXIX. Literas Constantini sanctæ synodo Tyri misisse, ait, Dionysium virum consularum, ut juvaret Episcopos, ut omnes dicto audientes essent. Venit etiam infimulatus ob nova dogmata Asclepas Gazensis, item accusatus Athanasius.

Cap. XXX. Arsenius erat Episc. societatis (2) Meletianæ, hic prius occultatus est, & ejus manus ostendebatur, quasi ab Athanasio abscissa; tandem venit Tyrum, & a familiaribus Athanasii abscondus, ut in iudicio ostenderetur vivus, & utramque manum habere. Narratur etiam meretricis testimonium, & Timothei defensio, qui finxit se esse Athanasium, calumniis detectis nihilominus Adversarii ita petulantes fuerunt, ut cogereetur Athanasius fugere ad Imp. emissus ab

his, quos Imperator illuc miserat pro quiete concilii. Adversarii Mareotem quosdam miserunt, ut inde probationes elicerent.

Cap. XXXI. Imperator synodum e Tyro Æliam transferri iussit.

Eusebius lib. IV. de Vita Constantini. Ob Ægyptiorum tumultus synodum convenire jubet Tyri Phœnicie Metropoli ex Episcopis totius Ægypti, Lybiæ, Asiæ, & Europæ, ut post seditionem compositam venirent Hierosol. ad consecrationem Ecclesiæ, cum dicat scriptura: „ jam offers munus tuum “ &c. „ Victor Constantinus Max. Aug. Sanctæ synodo Tyrionum “ &c. Sed mox aliis literis Hierosol. migrare jubentur vehiculis publicis.

Socrates Lib. I. Cap. XXVII. al. XX. L. Hist. Eccl. Narrantur plene calumniæ Arianorum, & Meletianorum in Athanasium.

Cap. XXVIII. al. XX. L. In consecratione Hierosol. Ecclesiæ iusserat Constantinus synodum multorum Episcoporum haberi Tyri, prius agi de Athanasio iussum est. Erat tum annus trigessimus Constantini Imperii. Tyri Episcopi fuerant LX. coegerat eos Dionysius consularis (five ex consule). Ductus est Macarius presbyter Alexand. vincus eum militibus. Adfuit Athanasius.

Cap. XXIX. al. XXI. L. Divina providentia censente venit Tyrum Arsenius; servi Archelaj consularis in caupona audierunt adesse eum, qui mortuus esse dicebatur. Rem domino deferunt, is Arsenio invento refert Athanasio, Arsenius occultatur, negabat primo se Arsenium esse, at a Paulo Tyri Episcopo cognitus est. Sic postea introductus est synodum datis cognitoribus multis ab accusatoribus, prius manibus tectis, ut cogitare possent mancum adesse.

Cap. XXX. al. Cap. XXI. Accusator fugit Achaab, qui & Joannes.

Cap. XXXI. al. Cap. XXI. Narrantur exceptiones Athanasii adversus Eusebianos, quod inimici essent, adversus Ischyrum non esse presbyterum. Tum adversus Macarium accusatio introducta est, atque dilata, quo ad Mareotim aliqui mitterentur. Missi autem sunt, quos ut inimicos recusabat, Theognis, Maris, Theodorus, Macedonius, Valeas, Ursacius: dolum confarcinari Athan. clamavit, neque æquum esse Macarium in vinculis esse, accusatores εις μονομερὲς ἀετὰ conficere. Tum a concilio recessit. Illi apud Mareotim soli ætæ conficiunt.

Cap. XXXII. al. Cap. XXI. Athanasius CP. fugit. Synodus deseruisse iudicium decernit, ex actis apud Mareotim deponitur, de cæde nihil adversus accusatores decernunt, quin potius Arsenium ut Episcopum Hypsipoleos factionis Meletianorum recipiunt, isque unus fuit ex damnatoribus Athanasii, ita mortuus damnavit vivum.

Cap. XXXIII. al. Cap. XXII. L. Aliis literis Imp. abire Tyro synodum Hierosol. jubet.

Sozom. Lib. II. Cap. XXV. al. XXIX. L. Hist. Eccl. Imperator de Athanasii accusationibus synodum haberi iussit Cæsareæ Palæstinæ, ad quam

[1] Episcopo. Gr.

[2] Communione. G.

vocatus non venit veritus Episcopum ejusdem Eusebium, & alterum Eusebium Nicomediæ, & eorum socios. Post Menses xxx. Tyrum majore vi coactus venit. Ibi orientis Episcopi convenientes accusationes inquirebant. Tum ex Joannis factione Callinicus Episcopus, & Ischyrius, quod mysticum calicem confregisset, & sedem evertisset, & Ischyrius presbyterum vinxisset, accusabant, & quod apud Hyginum Ægypti præfectum derulisset, quod Cæsaris imagines lapidibus impetiisset, & carcerem eidem parasset, quod etiam Callinicum ut Episcopum in Pelusio damnasset, quodque Marco deposito presbytero commisisset Pelusium. Ipsum Callinicum in custodia tenuisse. Testes afferebantur Euphus, & Pacomius, & Isaac, & Achilles, & Hermæus Episcopi ex Joannis factione. Hi de vi, & plagis, suis, & multorum conquerebantur, & de Arsenio occiso: tum etiam lectæ sunt conscriptæ acclamationes populi Alexandrini, qui negarent eum Episcopum Alexandriæ recepturos. Athanasius diluit multa ex his, & de aliis dilationem petiit, & conquerebatur eisdem esse Judices, & accusatores, & testes, & ex Arii, & Meletii factionibus. Cum urgerent de Arsenii manu abscissa, & de scorto, meretrix & Arsenius productus: accusatores offensi detecta calumnia acrius vexarunt, & manus in eum inferre cogitabant, quod veriti Cæsaris ministri, ut abiret suaserunt. Profectus est CP. At synodus absentem damnavit, & deposuit, nec Alexandriæ habitare permisit, ne seditio major fieret. Joannem, & ceteros restituerunt, & literas ad Imper. scripserunt, in quibus agebant eum noluisse in Palæstinam venire, neque Tyri sine tumultu, & seditione fuisse versatum, convictumque de calice fracto, ut testes erant Episcopi missi in Ægyptum. Cum hæc, & alia fierent, Paphnutius confusior fertur Maximum Hierosol. manu prehensa surgere jussisse, & abire, ne confessores in conventu malignantium interessent.

Idem lib. III. Cap. XXII. Episcopos Tyri congregatos injuste Athanasium damnasse, apparet ex libello Valentis, & Ursacii, qui cum Theognide Mareotum profecti sunt, ut de calice fracto, quæ Ischyrius dicebat, vera essent, cognoscerent: „ DN. Beatiss. Papæ Julio Ursacius, & „ Valens &c.“

Theophanes in historia. Constantinus misit Eusebium Nicomediæ, ut cum aliis Tyri cognosceret de accusatione Athanasii, & mox Hierosol. veniret ad dedicationem templi. Conveniunt igitur Tyri, & cum his Maximus Hierosol. ignarus, quæ adversus Athan. pararentur. Sed Athanasius omnia, quasi araneor. opera dissipavit, sed adhuc magum, & impostorem appellabant, sed a Dalmatio Cæs. servatur. Tum Arsenius subito comparuit, & calumniæ apertæ sunt. Sed Athanasio discedente *μονομερῶς* damnatur, & Arius, & Euzojus restituantur, & Alexandriam mittuntur: sic proficiscuntur ad dedicationem Templi (Hierosol.) Horum omnium Architectus Eusebius Nicomed. fuit.

Anast. Biblior. ex Theophane. Anno xxix.

Imperii Constantini Arius ab exilio per fictam pœnitent. revocatus, & Alexandriam missus, non est receptus ab Athanasio. Anno xxx. Tricennalia celebrata sunt. Arius cum Nicomediensi, & sectatoribus libellos porrexere, ut concordem cum fratribus Nicæni concilii. His credulus Imp. Athanasio indignatus est, quod Arius, & Euzojum non suscepisset depositos ab Alexandro. Enumerantur multa crimina, sed falsa reperta sunt, quamobrem cum honore remissus est. Mox aliis criminibus irritatus, missus est in Trevirim Galliarum civitatem.

Socrates lib. I. Cap. XXVII. al. Cap. XX. Hist. Eccl. Mareotes regio est Alexandriæ, in qua multi vici sunt, & valde frequentes, & in his Ecclesiæ multæ, & splendidæ, quæ ab Episcopo Alexand. reguntur tamquam Parochiæ. In hac Mareote erat Ischyrius, qui se presbyter dicebat cum multorum capitalium scelerum patratore esset, neque umquam Sacerdotium obtinisset, sacra tamen faciebat. His ejectus, inde venit Nicomediæ ad Eusebium, & alios Arianos, qui ei Ecclesiam Alex. promiserunt, si inde eiceret Athanasium. Dicebatur autem Macarium (missum ab Athanasio) altare conculcasse, mensam evertisse, calicem consecratum projecisse, ac fregisse, sacros libros combussisse, quæ si probarentur, in caput Episcopi redundarent.

Cap. XXIX. al. Cap. XX. In synodo Tyriensi Macarius in vinculis erat cum militibus.

Cap. XXXI. al. Cap. XXI. In Macarii causa Athanasius exceptiones allegabat, reculabat Eusebium, & Socios, ut inimicos. Ischyriam presbyterum non fuisse, cumque probationes fieri apud Mareotem jussum esset, missi sunt Theognis, Maris, Theodorus, Macedonius, Valens, & Ursacius. Clamabat Athanasius eisdem esse suspectos, & cognoscentes Macarium vincitum esse, illos acta sine reo acturos, & simul discessit.

Cap. XXXII. al. Cap. XXI. Post reditum eorum, qui ad Mareotem acta confecerunt, Athanasius absens damnatus est.

Idem Lib. II. Cap. XVII. Julius Papa Rom. Antiochenæ synodo scribit, eisdem Tyri adversus Athanasium per surreptionem judicasse ex actis gestis apud Mareotem *ἐκ μονομερῶς*.

Sozom. ibid. lib. II. Cap. XXV. Hist. Eccl. In synodo Tyrensi, damnato Athanasio, literæ ad Imper. scriptæ sunt, in quibus dicebatur convictum fuisse de calice sacro fracto testes edentes Theognium Nicænum Episcopum, Marin Chalcedonem, Theodorum Heracleæ, Valentem, Ursacium, & Macedonium, quos in Ægyptum miserunt ad eum pagum, in quo calix sacer fuerat eversus.

Mareotica Synodus.

Ex Synodico. Mareotis est prope lacum Marian, a quo nomen accepit. Sunt enim hæc inter se proxima Ægyptus, Thebais superior, & inferior, Mareotis, Augasis, Marmarice, Lybia, Pentapolis, Africa, Barbaria, Boetica, Gades, Oceanus. Theogonius, Nicææ igitur ad Mareotim cum fodalibus Theodoro Perinthi, & Narcisso, & Mari Chalcedonis, & Ischyrione, qui se Episcopum fecit Mareotes, adversus Athan. ferebantur.

Idem lib. 1.
c. 30. Hist.
Eccl.

Theodorit. lib. III. Cap. V. Histor. tripart.
Athanalius ad Principem veniens omnem tragediam Episcoporum contra se factam edocuit. At illi ad Mareoten [convenientes] quosdam ex eis miserunt [ad Principem] Theogonium Nicænum, Theodorum Perinthium, Marin Chalcedonensem, & Narcissum Cilicem. [Acta confecerunt, & ea miserunt ad Imp.] G.

Idem lib. 11.
c. 16. Hist.
Eccl.

Idem lib. V. Cap. XVII. Ex Dialogo Constantii Imp. & Liberii Papæ. Eusebius eunuchus dixit; „ In Nicæno concilio alienus a catholica fide probatus est “. Liberius dixit; „ Quinque soli indicaverunt ex his, qui cum eo navigio venerunt in Mareoten, quos miserunt ad accusationem ejus, ut contra eum acta conficerent. Horum duo mortui sunt, Theogonius [1], & Theodorus, reliqui tres vivunt, Mares, Valens, & Ursacius. Ab his, qui missi sunt Sardicæ propter hanc causam Synodus celebrata est, qui in Synodo libellos obtulerunt, veniam postulantes, quoniam in Mareote per calumniã ex una (2) parte contra Athanasium acta confecerint, libellos eorum nunc præ manibus habuerunt “.

Theodorit. lib. I. Cap. XXX. Hist. Ecclesiast.
Ariani quosdam suorum ad Mareoten mittunt, Theogonium Nicææ Episcopum, Theodorum Perinthium, Marin Chalcedonium, Narcissum Cilicem, atque alios socios. Est Mareotes Alexandria regio (3), ita appellata a lacu Maria. Ibi illi mendacia texere, literas [4] confingere, detectas calumnias iterum ad Imperatorem referri curarunt.

Idem lib. 1.
c. 31. Hist.
Eccl.

Aeliensis, sive Hierosol. Synodus.
Theodoritus lib. III. Cap. V. Histor. Tripart.
Post Tyri Synodum venerunt Aeliam Civitatem. Præceperat enim Imperator Constantinus, ut omne Concilium a Tyro veniret Aeliam, atque alios congregari præceperat, ut templa dedicarentur, sumptuosaque vasa, atque sacras vestes misit.

Sozom. lib. 2.
c. 27. al. 26.
Hist. Eccl.

Sozom. Cap. VI. Imperator interea Arium de exilio revocavit, qui fidem brevem detulit, eam ad Episcopos Hierosol. congregatos detulit, illi Arium, & Euzojum in communionem receperunt, idque scripserunt Imperatori, & Ecclesiæ Alexandrinæ, & in Ægyptum, & Thebaida, & Lybiam Episcopis, & Clericis eum recipi jubendo, cum catholicam fidem tenerent, quam subscripserunt literis.

Soz. lib. 1.
c. 36. al. 24.
Hist. Eccl.

Cap. IX. Asterius, in Cappadocia Sophista, christianus fieri voluit, & libros scripsit Ariani favens. Dicebat Christum esse virtutem Dei, ut Apud Moysen locustam. Ad concilia Ariatorum conveniebat Episcopatum ambiens, sed quod in persecutione sacrificasset, rejectus est. In hunc Marcellus Ancyræ Galatiæ (5) scripsit, sed in Pauli Samos. hæresim lapsus est. Hoc agnoscens, qui Hierosol. convenerant de Asterio, qui Sacerdos non erat, nihil dixerunt. Marcellum excutientes de Samosatani dogmate reprehendunt, is promittit librum combusturum, sed eum abiissent CP. illic Marcellus depositus est, nolens librum comburere, &c. Basilus ei sufficitur.

dunt, is promittit librum combusturum, sed eum abiissent CP. illic Marcellus depositus est, nolens librum comburere, &c. Basilus ei sufficitur.

Euseb. lib. IV. de vita Constantini. Ex Tyro transfertur synodus Hierosol. ubi multitudo maxima Episcoporum fuit ex omnibus provinciis, aderat Macedonum Metropolitanus, Pannonii, Mysii, Persarum Episcopus, Bithynii, Thraces, Cilices, Cappadoces, Syria omnis, & Mesopotamia, Phœnice, Arabia, Palæstina, Ægyptus, Lybia, Thebani * (sive ex Thebaide). Omnes bene accepti sunt, item pauperes, & mulieres magna liberalitate Imp. Qua de re Eusebius ad Imp. scripsit. Acta sunt hæc tricennialib. Constantini. Hæc fuit secunda magna synodus post priorem Nicææ in Bithynia habitam vicennialib. ejusdem.

Socrat. Lib. I. Cap. XXXIII. al. XXII. Hist. Eccl. Aliis literis Tyrensem synodum Imp. in novam Hierusalem vocavit. Hierosolymis Arium, & Euzojum in communionem receperunt, fuerat enim id eis commissum ab Imp. & ad Alexandrinos scripserunt Athanasium in synodo esse depositum, Arium poenitentem susceptum esse, sic omnia esse pacata. Post hæc aliis literis CP. ubi Athan. erat, vocantur.

Sozom. lib. II. Cap. XXV. al. XXIV. Prope tertia decennalia Constantini perfecto Hierosol. ad Calvaria locum templo, quod Magnum Martyrium vocatur, Marianus Notarius Tyrum venit cum literis Imp. quibus venire jubentur Episcopi Hierosol. ad templi consecrationem. Ea solemniter octo diebus peracta est, quod deinceps quotannis celebratur.

Cap. XXVII. al. XXVI. Tum synodum haberi curarunt, & in ea Arium, & Euzojum restitui. Redierant autem ab exilio precibus Constantiæ morientis sororis Imperatoris, interpellante presbytero Ariano ejusdem Constantiæ.

Nicomediensis, sive Nicæna Synodus.

Socrates Lib. IV. Cap. VI. & VII. Hist. Eccl.
Valens iratus adversus Lampacenam synodum, quod Arianos Episcopos, & Ariminensem damnaverant synodum, Nicomediam Bithyniæ venit, vocatque Eleusium Cyzici Episcopum, qui Macedonii sectator fuerat, coactaque synodo Ariatorum, subscribere eorum fidei jubet, cum recusaret, deportatio, & publicatio indictæ, ob quas consensit, mox poenitens Cyzicenos alium Episcopum ut eligerent, suadebat. Eunomius missus est ab Eudoxio CP.

Sozom. Lib. VI. Cap. VIII. Lat. Eadem excepte verbo Nicomediam, pro quo est Nicæam ut sup.

Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Eusebius cum suis, item alii ex Mareote Byzantium venerunt, ubi erat Athanasius, qui a Constantino Imp. de gestis Tyri fieri exposulabat cognitionem. At Eusebius indigne ferens, quod Episcopus diceretur, quatuor in eum crimina finxit, ac præsertim quod frumentum exportandum fraudasset, id alii sacramentis con-

(1) Theognius. G. (2) ἐκ μονομερῶς. *Socrat. lib. 1. c. 31. Histor. Eccl. & Theodor. G.*

(3) Vicus. forte. (4) Acta. G.
(5) Minoris. G.

confirmarunt, suaserunt ut CP. Synodus haberetur; habita est ab hæreticis, omnem lapidem adversus symbolum moventibus. Athanasius innocens Tyberiadem (1) Galilææ relegari iustus, & Pium Cimatum, & Euphratam, & Antaratum, & Euprepium Hadrianopolis, & Lucitum confessorum, qui in navigatione mortuus est, & Marcellum Ancyra quasi hominem adorantes deposuerunt. Sed Constantinus ægre ferens exilium Athanasii, cum Nicomediæ agrotaret baptizatus est, ac testamento iussit Athanasium ab exilio revocari Constantino, & Constanti filiis, quos ex urbe Roma in Orientem vocabat successores, & Constantio, cui ex Antiochia Romam venire iubebat. Sed testamentum falsum subiectum est ab Eustathio presbytero, & Arianis pecuniis eum corruptentibus. At Constantius, qui solus Arianus erat, Imperium Orientis tenuit, fratres orthodoxos decipere temptavit.

Rufinus Lib. X. Cap. XII. *Histor. Eccl.* Eusebius Nicomediensis, familiaris Constantio factus, vocat Arium ex Alexandria, & Concilium edictis Imperat. convocat CP. conveniunt Arii benevoli, eum impetrare non possent, ut Alexander Ario communicaret, tandem veniens ad Ecclesiam mortuus est, fæda morte, ut erat meritus.

Ideus lib. 2. c. 28. al. 27. Hist. Eccl. Athanasius fugiens e Tyro CP. venit, narratque Imperatori Constantino illic adversus eum gesta, petens ut ea illic recognoscerentur, ea de re Imp. rescripsit. Imperator Concilium convocat CP. literæ inferuntur ad Episcopos in Tyriorum Urbe collectos, in his evocat eos ob causam Athanasii, quem ait se non agnovisse, cum subito equitanti de occurrisset.

Socr. lib. 1. c. 35. al. 23. Cap. VIII. Litteræ redduntur post finem Concilii; sed Eusebius, Theognis [2], & Maris, & Patrophilus, & Ursacius, & Valens CP. veniunt; illic nihil de calice fracto, aut altari subverso, aut de Arsenio perempto, quæ Tyri egerant, sed novam calumniam fingunt, Athanasium minari non se missurum frumentum (3) ex Alexandria CP. id Athanasium dixisse Amantio (4), Annulyoni, Arbathioni, & Petro Episcopis: hac de causa iratus Imp. Athanasium in exilium mittit in Gallias, Treviris habitavit.

Ibid. c. 36. Sozom. lib. 1. cap. 31. L. Cap. IX. Episcopi CP. congregati Marcellum Ancyra Galatiæ (5) Episcopum deposuerunt. Hic dum impugnat Asterium, in Pauli Samosatensis hæresim incidit, qui purum hominem Christum dixerat. Is Hierosolymis admonitus ab Episcopis, comburere librum suum promisit, quod non fecit, in ejus locum Basilus suffectus est. Adversus hunc Eusebius tres libros scripsit, sed Marcellus in Sardicensi Concilio restitutus est, affirmans suum librum non fuisse intellectum.

Sozom. lib. 2. cap. 30. Ibid. c. 37. 38. Cap. X. Agitur de adventu Arii CP. & de Alexandro (6) recusante ejus communionem.

Socrates. De morte Arii, qui decepit Constan-

tinum jurans se convenire in fidem Nicænam ceteris.

Theodorit. Lib. I. Cap. XIV. Hist. Ecclesiast. De morte Arii ex Athanasio ad Appionem (7), is ex relatione Macarii presbyteri.

Cap. XXXI. Cum Athanasius de iniquo iudicio quereretur, iussit Constantinus venire Episcopos CP. Hi a prioribus calumniis recedunt, & novam fingunt, minatum esse illum frumentum impediturum. Quod credens Imp. iussit Treverim in Gallias relegari. Erat tum annus Imperii trigessimus.

Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Alia Synodus CP. ab hæreticis habita est sub Constantio Imp. cui suggestum est ab Eusebio Nicomediæ, Paulum, mortuo Alexandro, Episcopum CP. sedisse propria auctoritate. Sic Paulus confessor de synodo dejectus est, & pro eo Tyri olim Episcopus, postea Nicomediæ Eusebius suffectus.

Socrat. lib. IV. Cap. VIII. Hist. Tripart. Alexander CP. mortuo Ario (8), migravit in Cæsum, sedit ann. XXXIII. (9) vixit ann. XCVIII. laudavit Paulum presbyt. ut sufficeretur, & Macedonium Diaconum; hunc Ariani, illum Homousiani, hoc est, catholici crearunt Episcopum.

Cap. IX. Imperator Constantius indignatus CP. venit Episcoporum (Arianorum Gr.) convocat synodum, Paulum removet, & Eusebium ex Nicomedia transfert CP.

Socrates lib. V. Cap. XXXIV. Hist. Tripart. In Seleuciæ synodo Silvanus Episcopus Tarsi voce magna clamavit non oportere novam distare fidem, sed Antiochiæ expositam tempore dedicationis debere servari. Cui postero die subscriperunt.

Cap. XXXVIII. Post Nicænum Concilium in dedicatione Antiochena expositionem geminam distaverunt. Tertia est, quæ a Narcisso, & aliis apud Gallias Constantino Imp. oblata dignoscitur. Quarta Eudoxii, quæ in Italiam destinata est, &c.

Ibid. lib. I. Cap. IX. Hist. Eccl. Hæc Synodus præter fidei editionem alia quædam constituit.

Sozom. lib. IV. Cap. XXI. Hist. Eccl. Ex verbis Eleusii Cyziani in Synodo Seleuciana colligitur XCVII. Episcopos interfuisse Antiochiæ in dedicatione Templi. CXC. Episcopos ex Georg. Syng.

Antiochenæ Synodi Epist. ad Julium Papam extat *vol. 1. Concil. pag. 388. edit. 3.* Rescriptum Julii ad eosdem. *pag. 390.*

Antiochena Synodus.

Ex Synodico. Synodus Antiochiæ in Syria habita est XCVII. Episcoporum convenit prætextu enceniorum Ecclesiæ, ut spectaculis interesset. Sed contra symbolum re vera, & contra Athanasium. Cui præfuerunt Eusebius Nicomediæ, & Acacius Palæstinæ, Dianius Cæsareæ Cappadociæ, cum quo erat Asterius Cappadox philo-

(1) Treviros Gallia, forte.

(2) Theognis. G. (3) Consuetum. G.

(4) Adamantio. G. (5) Minoris. G.

(6) Metrophanis successore. Gr.

(7) Apionem. G. (8) Consulatu Acindini, & Proculi. Gr. (9) XXIII. Gr.

sophus. Hi aliud symbolum componentes, ad Gregorium Alexandriam miserunt, qui cum quatuor armatorum millibus Athanasium est persecutus. Synodus canones Nicænos, & de paschate formam non mutavit, quamvis multi Ariani, pauci catholici essent. At cum Paulus, & Athanasius Romam venissent ad beatum Papam Julium, & Constantem Imp. in suas sedes restituti sunt, quæ ægreferens Antiochena Synodus, eisdem damnarunt, multa falsa Julio suggerendo, quod non recte essent restituti. Sed Constans, & Julius perseverarunt in eorum, & sacri symboli defensione, & augeri cœpit vera fides. Quamobrem iterum Antiocheni hæretici Photinum, & Sabellium, & Marcellum Ancyranum anathemate damnarunt, & Romam fidei testimonium miserunt, quod Hesperii, & Julius non receperunt.

Idem lib. 2.
cap. 2. al. 5.
Hist. Eccl.

Socrates lib. IV. Cap. IX. Hist. Eccl. Tripart. Eusebius ex Nicomedia translatus CP. egit cum Imp. Constantio, ut Antiochiæ Syriæ synodus fieret prætextu dedicationis ecclesiæ, quam pater faciendam curaverat, & Constantius post annos x. perfecerat a fundamentis, sed magis adversus symbolum Nicænum hæc parabantur. Venerunt frequentes Episcopi ad XC. Absuit Macarius (1) Hierosol. ne in Athanasium quid inivitus decerneret. Nec Julius, quo absente non poterat (2) Concilium celebrari, nisi consensum præberet missis legatis. Fit igitur concilium præsentente Constantio, Marcello, & Probino Coss. anno quinto post Constantini mortem. Præerat Antiochenæ Ecclesiæ Flacillus (3) Eupronii successor; adversus Athanasium inveci sunt, quod surripuerat Ecclesiam, quod seditiones movisset, in quibus cædes patrata. Sic Eusebium Emislenū sufficiunt, sed eo metuente iræ Alexandriam, Gregorius consecratur. De fide pauca mutarunt non detrahentes Nicæno concilio. Sed paulatim crevit audacia, ut aliis conciliis in Arianam veniretur blasphemiam.

Ibid. c. 9. al.
cap. 6. &
Soz. lib. 3.
cap. 5.

Cap. X. Verba symboli missi in Epistola Concilii Antiocheni ad varias civitates omisso verbo consubstantialis, & Anathematismo Ariarum verborum.

Sozom. lib. 3.
cap. 7. L.

Sozomen. Cap. XV. Athanasius Romam profectus Alexandria est, & Paulus CP. & Marcellus Ancyra (4), & Asclepas Gaza, qui ab Arianis quasi Altaris subversor eiecius est, pro quo Quintianus. Lucianus (5) quoque Hadrianopolites Episcopus venerat Romam spoliatus Ecclesia sua. Horum crimina pro sua suprema potestate cognoscens Julius, & videns eos Nicænum Concilium recipere, restituit, Episcopis Orientis scribens, male eos tractasse, & non servasse concilium Nicænum: vocans aliquot ex eis, ut rationem redderent gestorum. Athanasius, & Paulus cum his literis Ecclesias receperunt.

Sozom. ubi
supra.
Soz. 8. c. 15.
al. 11.

Cap. XVI. At Orientis Episcopi hæc graviter ferentes Antiochiæ congregati Julio rescripserunt contumeliose, non denegantes supremam

(1) Maximus, qui Macario successit. G.
(2) Ex canone ecclesiastico. G. (3) Plucio-
tus. G. [4] Galatiæ minoris. *Socrat. G.*

ejus potestatem, eamque Ecclesiam matrem religionis appellantes, licet ex Oriente acceperit doctores, indignabantur ab eis depositos eum suscepisse, minabantur, nisi eorum damnationem confirmaret, pacem non habituros, nam & Novatum ipsi non receperunt, &c. De Nicæno Concilio nihil dixerunt.

Socrates Cap. XIX. His litteris rescripsit Julius Antiochiæ congregatis de injuriis literarum conquerens, neque illos posse sine eo congregare synodum, & Tyri gesta referens (6) *μοναμερῶς* in Athanasium.

Soz. c. 9. L.
ibid. c. 17. al.
13.

Philippopolitana Synodus.

Ex Synodico. Ariani propter Paulum, & Athanasium restitutos schisma facientes Philippopoli synodum habuerunt LX. Episcoporum, & infame symbolum conscripserunt, Paulum, & Athanasium damnantes.

Socrates Lib. IV. Cap. XXIII. Hist. Eccl. Tripart. Dum Sardicensis Synodus habetur, Ariani Philippopolim (7) venientes Thraciæ aperte consubstantialitatem damnarunt, inæquali (8) substantiæ subscribentes, & id miserunt in multa loca, quorum vesaniam Sardicenses damnarunt.

Idem lib. 2.
c. 20. al. 16.
Hist. Eccl.

Sozomen. Lib. III. Cap. X. Hist. Eccl. Episcopi Orientis Philippopoli, quæ est Urbs Thraciæ, coacti, scribunt Episcopis Occidentis, Sardicæ congregatis, ut pellant e concilio Athanasium, & Paulum abdicatos.

Theophanes. Sardicam conveniunt 300. ex Occidente, 36. ex Oriente, contrarii hi petebant, ut eicerentur Athanasius, & Paulus, id non passi sunt Osius Corduben. & Protogenes Sardicen. Orientales discedunt Philippopolim, ubi impudenter damnant consubstantiæ nomen.

Idem Annal.

Ex Niceph. Callist. Lib. IX. Cap. XII. Orientales, qui Philippopolim in Thracia venerant, occidentalibus, qui Sardicæ erant, scribunt, ut Athanasium, ejusque studiosos, ut quibus sacris ministeriis interdictum esset, a concilio removerent, neque enim aliter convenirent: idem venientes Sardicam perunt, negantibus occidentalibus discedunt. *Mox.* Orientales Philippopoli conveniunt in Athanasium, Paulum, Asclepam, & Marcellum, Julium etiam Rom. depoluerunt, quod cum illis communicasset; item confessorum Osium, & quod amicus Eustathii, & Paulini Antiochenorum Episcoporum, & Maximinum Treveror. qui primus Paulum admiserat, & reditum CP. curarat, item Protogenem Sardicen. quod Marcellum Ancyranum damnatum ope sua adjuvasset, & Gaudentium, qui damnatos honore affecerit, & quod aliter, quam Cyriacus, cui successerat, sentiret. De fide *δουόσιον* damnarunt *δουόσιον* vocem receperunt, alii eos formulam longam scripserunt.

Antiochena Synodus.

Ex Synodico. Constans Imperator religiosus ex Urbe Roma in Antiochiam ad Constantium fra-

[5] Lucius. *Socrat. G.* [6] Et acta ad Marcotem. *Gr.* (7) Philippos, *leg.*
[8] Dissimili, *leg.*

fratrem misit vindicans Paulum, & Athanasium, cum legatis suis Euphrata, & Vicentio Episcopis, & Salino Præfesto. Sed Stephanus impius Antiochiæ Episcopus Synodum hæreticorum coegit, & in catholicos Episcopos Romanos puerilem calumniam instruxit, quod Salinus detexit, quamobrem Arianus Stephanus depositus est a Synodo, & Leontius suffectus, cui manus abscissa fuerat ob confessionem Filii Dei.

Idem lib. 2. c. 8. & 9. Hist. Eccl.

Theodoritus Lib. IV. Cap. XXV. Histor. Tripart. Constantius Imperator duos Episcopos ex Sardicensi Concilio misit ad fratrem, & (Magistrum (1) Militum) Salianum, eos Constantius Antiochiæ suscepit. Stephanus Antiochenus Episcopus subornat Onagram adolescentem, ut meretricem adducat in domum Legatorum, & testes, qui deprehendant nomina Legatorum Euphratas, & Vincentius. Detecta omnia sunt, & Stephanus depositus (2), cui Leontius suffectus est genere Phryx voluntate nequissimus.

Ibid. c. 10.

Idem lib. 4. c. 8. Hist. Eccl.

Sozomen. Lib. V. Cap. XIV. Histor. Tripart. Antiochiæ congregati Narcissus Cylis, Theodorus Thraæ, Theogonius (3) Nicænus, Patrophilus Scythopoleos, Menophantus Ephesus, & alii ferme xxx., universis Episcopis scripserunt, Athanasium contra sanctiones ecclesiasticas reddisse Alexandriam, nec in Concilio repertum sine culpa, ideo ei non communicarent, sed Georgio ab eis ordinato: id Athanasio non nocuit.

Niceph. Lib. IX. Cap. XXXIII. Vivo Constante a XXX. Episc. Antiochiæ congregatis Narcisso Cilyce, Theodoro Thraæ, Eugenio Nicæno, Patrophilo Scythopolitano, Menophante Epheso, atque aliis, reditus Athanasii damnabatur, scribentibus omnibus Episcopis, ne cum illo communicarent, sed cum Georgio vero Antistite.

Romana Synodus.

Ex Damaso in Liberio. Eodem tempore Constantius Imperator cum Ursacio, & Valente convocaverunt aliquos, qui ex sæcæ Ariana erant, & quasi factis Concilio misit, & revocavit Liberium de cœmeterio B. Agnetis, & ingresso eo Romam, Constantius Aug. fecit Concilium cum hæreticis, & cum Ursacio, & Valente, & ejecit Felicem de Episcopatu, qui erat catholicus, & revocavit Liberium. *Vid. Nicephorum lib. 9. cap. 37.*

Hierosolymitana Synodus.

Ex Synodico. Cum Athanasius, & Paulus restituti ad oves proprias irent, hæretici Hierosol. Synodum coegerunt, & per vim, Maximo confessore ejecto, Cyrillum Arianum, qui postea catecheses scripsit, ordinarunt, quem synodus Romana sub Damaso, & CP. sub Nestario summis laudibus efferunt, & Acacius Cæsareæ Philippi successor, & discipulus Eusebii Pamphili ei gratulatus est eam dignitatem.

Anastasius biblioth. ex Theophane. Anno Mundi 5847. Christi 347. Maximum Hierosol. deposuere Acacius Cæsariensis, & Patrophilus Scythopolitanus cum essent Ariani, & surroga-

[1] Tribunum. *Th. Σπαρτινόν. G. Prætorem.*
[2] Ab Episcopis, qui aderant.

vere pro eo Cyrillum, putantes eum habere concordem.

Niceph. Callist. Lib. IX. Cap. XXXI. Constantius ex Oriente in Illyricum exercitum ducens adversus tyrannos Sirmii Photini hæresim intellexit contrariam etiam Arianorum sententiæ. Erat is Sirmien. Episcopus vir eloquens, negabat verbi ante sæcula generationem, ex Maria autem ortum esse tantum fatebatur: ideo Imper. Concilium ibi coegit, convenere ex Oriente Marcus Arethusius, Georgius Alexand. Basilius Ancyranus, Pancratius Pelusius, Hipatianus Heracleotes; ex occidente Valens Murforum, Hosius Corduben. perinvitus ab exilio reductus, & quia non consentiebat, graviter cruciatus. Synodus Photinum, ut Sabellii Lybici, & Pauli Samosatani sententiam renovantem, deposuit. Tres postea formulas fidei ediderunt, quarum unam græca lingua Marcus Arethusius conscripsit, aliæ latinæ discrepabant a græca.

Et C. XXXVI. Verba formulæ Sirmii conscriptæ Arimini lectæ: „composita est fides catholica in præsentia D. N. Constantii perpetui Aug. „consulatu clariss. virorū Fl. Eusebii, & Hypatii „Sirmii ante xi. K. Junii, ac deinde credimus“ &c.

Sirmiensis Synodus.

Ex Synodico. Magnentio adversus Constantem rebellante, Constantius Gallum Juliani Apostatæ fratrem Cæsarem appellavit, eique Orientem commisit, ipse cum magno exercitu in Europam venit, non minus in Ecclesias, quam in hostes terribilis. Nam synodum haberi voluit Sirmii, hæreticorum Photini ejus urbis Episcopi prætextu, quem hominis adoratorem, & infanum appellabant, sed revera adversus symbolum sacrum, & Athanasium. Hæc synodus fidei definitionem fecit impiam, quæ vetat naturam, aut substantiam Dei posse dici: hoc ferunt sub Juliano Apostata Marcum Arethesium conscripsisse, qui ob Christum passus est multa sub eodem Juliano, cujus carnem beatam fatetur, & victricem Gregorius theologus.

Socrates Lib. V. Cap. V. Hist. Tripart. Tunc Imp. Constantius Gallum consobrinum suum Cæsarem fecit, & in Syria Antiochiam misit, ut partes Orientis tueretur. Signum tunc Dei in columna in cælo visum. Alios duces (in occid.) contra Magnentium misit, ipse Sirmii moratur. Photinus Episcopus ejus urbis novum dogma docet.

Idem lib. 2. c. 28. Hist. Eccl. c. 24. L.

Sozomenus. Deus quidem omnipotens, unus, qui proprio verbo condidit universa. Ante sæcula nativitatem, & existentiam Filii dicere recusabat, ex Maria natum docebat Christum.

Ibid. c. 29. al. 24.

Sozom. lib. 4. c. 6. Hist. Eccl. c. 5. L.

Socrates Cap. VI. Tumultu concitato Sirmii synodus ab Imper. coacta est; ex Orientalibus, Marcus Arethusæ, & Georgius Alexandrinus, Gregorii remoti ab Ariani successor, Basilius expulso Marcello Ancyra Præsul, Pancratius Pelusii, Hypatianus Heracleæ. Occidentalium Valens Myſſenus (4), & Celeberrimus Hosius

Soc. d. c. 29. Soz. ubi sup.

Cor-

(3) Eugenius. *Gr.* [4] Murforum. *Gr. & Murſen. Sozom. G.*

Cordubæ invitus, anno post Consul. Sergii, & Nigriniani, quo anno nulli Coss. propter bella fuerunt. Photinum damnarunt, quod Sabellii Libyenensis, & Pauli Samosatani hæresim teneret.

Soz. d. c. 6.

Sozomen. Cap. VII. Postea de fide duo (1) Symbola græce, & latine ediderunt.

Soc. lib. 2. c. 30. al. 25.

Socrates. Attica (2) lingua Marcus Arethusa edidit fidei formam, a latina discrepantem. Latinam (3) refert: „Credimus“ &c. & XXV. anathemata.

Ibid.

Cap. VIII. Alia fides exposita Sirmii latine sub præsentia Valentis, & Ursacii, atque Germani (4), & ceterorum: „Constat unum Deum“ &c. quia multos monet dictio latina *substantia*, græca *οὐσία*, ut scrupulosissime cognoscatur *ὁμοούσιον*, aut *ὁμοιούσιον*, non oportet horum facere mentionem. Majorem esse patrem honore, & dignitate, atque divinitate &c. His Photinus (5) noluit subscribere, & provocavit ad disputationem. Inita est inter Photinum, & Sabinum (6) Ancyra Præsolæ, victus Photinus damnatus est. Scripsit utraque lingua contra omnes hæreses. Multi eorum, qui subscripserant latinæ fidei pœnitentes quærebant ab ea discedere, nec tamen habere potuerunt, etiam si Imperator terrorem edicto incusserit contra celantes.

Ibid. al. 26.

cap. 31.

Soz. lib. 4. c.

6. Hist. Eccl.

cap. 5.

Soc. ibid. c.

37. al. 29.

Cap. IX. Osius Hispanus ab exilio redierat, missus ab Arianis, & vi adhibita, multisque plagis subscribere utrique editioni coactus est.

Cap. XIX. Exposita fides apud Sirmium præsentente D. N. Constantio Aug. Eusebio, & Hypatio Coss. XI. Kal. Junias: „Credimus in unum“ &c. lecta Arimini. Similem generanti Patri, secundum scripturas &c. ad inferos descendisse, & quæ ibi erant dispensasse: quem janitores infimi videntes, expaverunt &c. Nomen vero substantiæ placuit abrogari &c. Similem vero dicimus Filium Patri per omnia &c.

Soc. al. 33.

Ibid. c. 41.

Cap. XXXVIII. In Sirmio tres dictatæ sunt, quarum una Arimini cum consulatu relecta est.

Mediolanensis Synodus.

Ex Synodico. Post Sirmiensem Synodum iussit Constantius Synodum haberi Mediolani in Italia, ut occidentales convenirent, sed non passus est catholicos adesse, sed hæreticos Arianos, qui adversus sacrum symbolum decreverunt, & confirmarunt Tyrensem damnationem Athanasii; quamobrem relegavit in exilio duos Antistites Liberium Papam præconem apostolicæ doctrinæ, qui adversus Imperatorem investus est, & Galliarum Metropolitanum Paulum, & Dionysium Metropolitanum in Italia, Eusebium, ac Luciferum Sardinia Archiepiscopum.

Rufin. Lib. X. Cap. XX. Hist. Eccl. Ob hæc apud Mediolanum Episcoporum Concilium convocatur, plures illic sunt decepti. Dionysius vero, Eusebius, Paulinus, Rhodanus, & Lucifer dolum proclamantes, non in Athanasium, sed in fidem moliri, in exilium missi sunt, item Hilarius.

Idem lib. 4.

c. 8. & 9.

Hist. Eccl.

Sozom. lib. V. Cap. XV. Hist. Tripart. Devicto

(1) Tria. G. (2) Græca. G. [3] Marci. G. Duas latinas interesse, & cum græca discrepantes. *Socr.*

Magentio Constantius Synodum haberi jubet, conveniunt ex Oriente pauci, ex Occidente ultra CCC. Mediolani. Petunt Orientales averlus Athanasium decerni. Paulinus Treviris Gallia, Dionysius Albæ metropolis Italia, & Eusebius Vercellensis (7) Episcopi clamant fidem impugnari Athanasio expugnato, ob eos Concilium solvitur.

Theodorit. Cap. XVI. Deposito Athanasio quærun hæretici aliam fidei exponere formam, quod non obtinuerunt, sed depositi sunt, & in exilium missi, qui impedimento fuerunt. Liberius Romanus, Paulinus Galliarum Metropolitanus, Dionysius Italus, Lucifer Metrop. Sardinia, & Eusebius ex Italia. Osius quoque in exilium missus est, quem valde laudat in Apologia Athanasius.

Idem lib. 2. c. 15. Hist. Eccl.

Cap. XXII. In literis Ariminensis Synodi fit mentio Mediolanensis Synodi, in qua Ursacius, & Valens pœnitentes recepti sunt præsentibus Ecclesiæ Romanæ presbyteris. *Eadem scribit Niceph. Callist. lib. 9. cap. 40. Hist. Eccl.*

Idem lib. 2. c. 19. Hist. Eccl.

Theodorit. Lib. II. Cap. XV. Hist. Eccl. Constantius adversus Magentium, qui occiso Constante occidentem tenebat, venit in Europam. Synodum Mediolani cogit in Italia, cogitque Episcopos subscribere damnationi Tyriæ Athanasii, & mox aliam fidei formulam fieri, quod negantes, ac recusantes in exilium missi sunt, ut Athanasius in Apologia diserte narrat. Liberius Romanus, Paulinus Metrop. Galliarum, Dionysius Italia, Lucifer Sardinia, Eusebius Italus, & Hosius clarissimus. Hic erat Cordubæ Episcopus celebris in magna Nicæna Synodo, & princeps Sardicensis. Liberius successerat Julio, qui Silvestro Romano Episcopo.

Cap. XVI. Dialogus Constantii Imperatoris, & Liberii Papæ.

Socrat. Lib. II. Cap. XXXVI. al. XXIX. Histor. Eccl. In Italia convenerunt Episcopi Orientis, non multi; plures enim ob senectutem, & viæ longitudinem se excusarunt. Occidentis supra CCC. adfuerunt Mediolani ex Constantii iussione. Petunt Orientales confirmari depositionem Athanasii, adversus quos Paulinus Episcopus Trevirensis in Gallia, Dionysius Albæ in Italia Metropolitanus, Eusebius Vercellensis Liguria in Italia Episcopus, dolum ad fidei subversionem moliri exclamaverunt ex confirmatione Athanasii damnationis. Tunc igitur sic dissoluta est Synodus.

Cap. XXXVII. al. XXIX. Imperator eos Episcopos in exilium mittit.

Sozomen. Lib. IV. Cap. IX. al. VIII. Histor. Eccl. Episcopi mittuntur in exilium, & cum his Hilarius.

Niceph. Callist. Lib. IX. Cap. XXXIII. Mediolani conventus habetur, ex Oriente pauci convenerunt. Ex Occidente ultra CCC. Orientales damnari Athanasium, eique Alexandria interdicti

(4) Germani. G. [5] Depositi. L. [6] Basilium. Gr. (7) Liguria, & Rhodanus, & Lucifer. G.

fatagerunt. Ceteris conniventibus. Dionysius Alba, quæ est Metropolis in Italia, & Eusebius Vercellarum Liguriæ, & Paulinus Trevirorum in Gallia Episcopi, & Rodonus, & Lucifer fraudem detexerunt. His dictis re infecta conventus est dissolutus. Hi in exilium mittuntur, atque Hilarius Pictaviens. Sed verum dixisse Episcopos, detectum est mox ex Arimini in Italia, & Seleuciæ in Isauria actis.

Anastafius bibliothecarius ex Theophane. Ceterum Constantius Liberio scribenti sibi pro ὁμοῖο de sacratiff. Athanasio, iratus mittit & hunc in exilium apud Britanniam * Thraces, & pro illo Felicem consecrari iussit diaconum, qui Nicænum amplectebatur Concilium. Porro licet suasionem Imp. Synodus congregata est apud Mediolanum, occidentalium quidem CCC. Episcoporum, Orientalium valde paucorum: Porro soluta est Synodus inefficax, occidentalibus non recipientibus, quæ adversus Athanasium denuo parabantur.

Melitenfis Synodus.

*Idem lib. 4.
c. 25. al. 24.
Hist. Eccl.*

Sozomen. Lib. V. Cap. XXXVII. Hist. Tripart. Cyrillum quoque Hierosolym. deposuerunt CP. Ariani tamquam Eustathio, Elpidioque communicantem. Hi enim contraria sapuerant (1) eis, qui in Melitene fuerant congregati: inter quos etiam ipse convenerat, & tamquam post depositionem in Palæstina factam communionem participatus * fuerat cum Basilio, & Georgio Laodiceæ Episcopis (2).

Theodorit. Lib. IV. Cap. XI. Hist. Eccl. Letorius Episcopus Ecclesiæ Melitinæ adversus Mefalianos sive precatores, sive numine correptos, egit, qui somno indulgent, & visa somniorum prophetias appellant. Principes fuerunt Dadoes, Sabbas, Adelphius, Hermas, & Symeontes. Ex multis Monasteriis eos eiecit.

Sozomen. Lib. IV. Cap. XXIV. al. XXIII. Hist. Eccl. Eustathius depositus est ab Acacianis CP. quod tum Gangris depositus fuerit, tum in Synodo Antiochena deprehensus fuerit perjurus, quod reversus fuerat ad ea, quæ hi, qui Melitene convenerant, damnaverant, & ut aliis criminibus reus. Postea. Elpidium damnarunt Satalorum Episcopum, quod cum Basilio mixtus seditiosus fuisset, & adversus Melitensem Synodum, cum Eusebio presbytero deposito, & Nectario ob perjurium excommunicato communicasset.

Ariminensis Synodus.

Theodoritus Lib. II. Cap. XVIII. Hist. Eccl. Ariani persuadent Constantio, ut Arimini indicat Concilium tam Orientalium, quam Occidentalium, & eo jubeat eximi voces *essentiam*, & *coessentialiam* de formula fidei, quæ seditionem moverent. Id cum temptassent in Synodo negantes eas voces, verba esse scripturæ; sed profitendum filium patri esse per omnia similem. Sed a Synodo hi damnantur, ajebant enim se filios, & hæredes esse Nicænorum Patrum, nihil addere, vel demere ex eorum fide posse, nisi spurii esse faterentur. Literæ extant Synodi ad Imperatorem.

Tom. V.

[1] Egerant. G.

Socrates Lib. II. Cap. XLI. Hist. Eccl. CP. refertur Ariminensis fides, „ Credimus in unum „ Deum “ &c. ut CP. *pseudofynodus.*

Sozom. Lib. III. Cap. XIX. al. XVIII. Hist. Eccl. Convenit Arimini Synodus Hypotio, & Eusebio Coss. ann. XXII. Imperii Constantii, post mortem Constantini Patris.

Idem Lib. IV. Cap. XVII. al. XVI. Convenerunt Arimini ultra CCCC. de Athanasio nihil statuunt, sed de fide quærent. Tum Valens, & Ursacius, cum quibus consentiebant Germinus, & Auxentius, & Cajus, & Demophilus ceteras fidei formulas omittendas, præferendam Sirmienfem latinam, quæ *similem per omnia* secundum scripturas dicebatur, & *substantiæ* verbum abiiciebatur, quam dicebant Imperatori placuisse. Lecta formula, plures eam rejecerunt, & Arii dogma detestabant, & Nicænam confirmabant, Valentem, & Ursacium deposuerunt. Refertur initium ejus formulæ, & Athanasii de ea sententia.

Cap. XVIII. Synodus XX. Episcopus mittit ad Imp. cum literis latinis, quarum sententiæ referuntur.

Niceph. Callist. Lib. IX. Cap. XXXVI. Arimini Occidentales amplius CCCC. convenerunt. Nihil de Athanasio quæsitum est, sed ab Valente, & Ursacio, qui olim Ariani, mox pœnitentes, a Julio fuerunt reconciliati, sed semper variabant, & fluctuabant, potiorum partes secuti, proposita est formula Sirmiensis latine scripta. Eam probabant Germanius, & Auxentius, & Cajus, & Demophilus. At Patres nihil novandum statuerunt. Sed Nicænam esse solam tenendam, ceteris pertinacibus exauctoratis. Formulæ initium fuit &c.

Et Cap. XXXIX. & XL. Decem Legati literas Concilii ad Imp. attulerunt his verbis: „ Et Dei „ jussu “ &c.

Ex Synodico. Constantius Arimini Synodum convenire curavit CC. Episcoporum, & Eudoxii Germanicensis, & aliorum Arianorum. Synodus sacrum Symbolum confirmat, Arium Anathemati subdit, & socios, quod passi non sunt Ariani Eusebius, & Ursacius, & Demophilus, & Gregorius, quamobrem a Synodo damnati sunt; postea quasi resipiscentes recipiunt ut Episcopos Valentem, & Ursacium Athanasii calumniatores. Sunt qui de hac Synodo male sentiant, propter hæreticorum consortium.

Hieronymus in Chronicis. Ann. CCCLXIII. Christi, Constantii XXIII. Synodus apud Ariminum, & Seleuciam Isauriæ facta, in qua antiqua Patrum fides, decem primo Legatorum, de hinc omnium prodicione damnata est.

Rufin. Lib. X. Cap. XXI. Hist. Eccl. Post Mediolanensem, Synodus apud Ariminum congregatur, ibi, secundum ea, quæ Orientales apud Seleuciam composuerant, simplices Occidentalium Sacerdotes facile circumveniunt, interrogantes, quem magis adorare vellent ὁμοῖον, an Christum? sic ὁμοῖον damnatum est.

Socr. Lib. V. Cap. XVI. Hist. Tripart. Constantius cogitavit duas eodẽ tempore Synodos haberi, Occi-

*Idem lib. 2.
c. 37. al. 29.
Hist. Eccl.*

den-

(2) Et Laodiceæ Episcopo. G.

dentalium Arimini, Orientalium Nicomediae Bithyniae, sed neutrum successit, nam neque Ariminenes concordēs fuerunt: neque Orientales Seleucia Isauriae congregati.

Cap. XX. Orientales Ariminum venientes nihil de Athanasio quaesiti sunt. His coherebant Ursacius, & Valens in initio Ariani, mox libello dato Rom. Pont. Homousiani, & Germinius (1), Auxentius, Demophilus, & Cajus. Hic lecta est formula Sirmiensis.

Legitur fides apud Firmium, scripta, sed Patres divisi sunt, aliis Nicenam tenentibus, aliis hanc Sirmianam.

Socrates. Arminensis Synodus Ursacium, & Valentem, Auxentium, & Germanium, Cajum, & Demophilum, eorumque Socios damnat, Arianum dogma non anathemate ferire ausa est.

Theod. lib. 2. c. 19. Hist. Eccl. Soc. lib. 2. c. 37. Soz. lib. 4. c. 18. al. 17.

Cap. XXI. Refert verba Epistolae Concilii Ariminensis: In Ariminum namque ex universis Occidentalibus civitatibus omnes convenimus simul Episcopi, &c. nolimus aliquid immutare ex his, quae Nicenae tempore Constantini adversus Arianam haeresim statuta sunt. Ursacius, & Valens participes Ariani dogmatis a nostra communione segregati sunt, sed hi poenitentes recepti sunt, cum Mediolani Synodus celebrata est praesentibus Ecclesiae Rom. Presbyteris, nunc vero temptarunt novas res, cum Germano (2) quodam, & Auxentio, atque Cajo, quamobrem eosdem etiam damnavimus, & legatos mittimus ad Imp. &c. (missi sunt (3) XX. Episcopi.)

Ibid. Soc. & Sozom. posteriores refert Theod. lib. 2. c. 20. Hist. Eccl. Soc. ibid. Sozom. ibid. Idem c. 22. Hist. Eccl. Sozom. lib. 6. cap. 23.

Cap. XXII. & XXIII. Referuntur literae Constantii ad Ariminensem Synodum, excusantis se propter bellum, non potuisse audire legatos, & synodi iterum petentis audiri legatos.

Cap. XXIV. Dissolvitur synodus non rescribente Imperatore.

Theodorit. Cap. XXVIII. & XXIX. Refert Damasi epist. in Synodo Rom. ad Illyricianos, in qua refertur Arimini dolose quoddam egisse: illic Romani Pont. non intervenisse decretum, neque Vincentii Episcopi antiquioris.

Idem lib. 6. c. 23.

Sozomen. Cap. XXX. Refert epist. Athanasii ad Afros, in qua conqueritur de Ariminensi Concilio, & ait decem, & amplius conciliis variasse Arianos. Arimini Ursacius, Valens, Eudoxius, Auxentius & Demophilus damnantur, novam fidei formulam scribentes, nolentes Arianam haereliam damnare, cum Nicena fide fere ducentos tenuisse.

Nicæna Synodus duplex.

Ex Synodico. Eudoxius impius persuasit Constantio Imp. ut Nicenae Thraciae Synodus conveniant adversus symbolum, ut tollatur *ὁμοούσιον*: convenerunt, & statuerunt; quod subscribere recusantes in exilium missi sunt in ultimas orbis terras. Sic etiam Nicenae Bithyniae habita est synodus, sed antequam perficeretur Deus, defensor

(1) Germanius. G. (2) Germanio. Socr. & Th. G. Germanio. Sozom. (3) His caret Th. habet Socr. Sozom. lib. 4. cap. 18.

CCCXVIII. Patrum, urbem terramotu destruxit.

Theodoritus Lib. V. Cap. XVII. Hist. Tripart. Idem lib. 2. c. 16. Hist. Eccl.

In dialogo Constantii Imperatoris, & Liberii Papae. Eulebius Eunuchus dixit: In Nicæno Concilio alienus a catholica fide probatus est. Liberius dixit: Quinque soli judicaverunt ex his, qui cum eo navigio venerunt in Mareoten, quos miserunt ad accusationem ejus, ut contra eum gesta (4) conficerent.

Socrates Cap. XXV. Ursacius, & Socii venerunt Nicenam Thraciae, & Concilium habuerunt, confirmantes lectam Arimini fidei formam, ut possent dicere eam esse in Nicæno concilio editam. Soc. lib. 2. c. 37. al. 25. Hist. Eccl. Soz. lib. 4. cap. 18.

Theodorit. Cap. XXVIII. Quod autem expositam fidem Nicenae Thraciae omnes accusent milites veritatis, praecipue Hesperiam inhabitantes, testantur literae Damasi Papae Liberii successoris cum XC. Episcopis ad Illyricianos. Idem lib. 2. c. 42. Hist. Eccl.

Cap. XXXIII. Germaniciae, quae in finibus Ciliciae, Syriae, & Cappadociae est (5) Episcopus Eudoxius moriente Leontio arripuit Antiochiae sedem, & non ut Leontius celabat, sed aperte vesaniam ostentabat suam: egit hic apud potentes palatii, ut Nicenae Bithyniae Synodus haberetur. Cumque de Eudoxio apud Constantium quaereretur per literas Basilii post Marcellum Ancyranus, & Eustathius Sebastiae Armeniae Episcopus, rescripsit Imp. ut Synodus Nicæna de ea re cognosceret. Sed terramotu magna pars ejus urbis corruit, sic concilium dissolutum est. Ibid. c. 25. & 26.

Sozomenus. In ipso terramotu multi sunt percepti.

Socrates Cap. XXXIV. Tatiano, & Cenale Coss. VIII. Augusti terramotus accidit; translatum est concilium Seleuciam, quamvis prius cogitasset in vicinam Nicenae urbem, & mox Tarsum Ciliciae. Sozom. lib. 4. c. 16. al. 15. Hist. Eccl. de terramotu Nicomediae, & Nicenae. Socrat. lib. 2. c. 34. Hist. Eccl. al. c. 31. Nicomedia Socr. Ibid. c. 29.

Theodorit. Cap. XLIII. Eudoxius, & Acacius cum suis praebentes consensum his quae Nicenae Thraciae gesta sunt, pro Basilio, & Eusebio alios constituerunt Episcopos.

Idem Lib. II. Cap. XXI. Hist. Eccl. Imperator Constantius literis Synodi Ariminensis acceptis plerisque Episcopos Nicenam Thraciae venire iussit: illic partim fraude, partim minis persuadet, ut formula fidei scriberetur, in qua *similitudo* pro *substantia* scripta est: „Credimus in unum &c. similem genitori suo &c. descendisse ad inferos cum ipsius inferni terrore: essentiae nomen placuit eximi, &c. contrariae sectae anathema sunt“. Huic scripturae non subscribentes in ultimas terras deportati sunt.

Cap. XXIII. Refert Athanasii ad Afros literas, in quibus est: Sed haec isti celant ostentantes acta per vim in Thracia. Nicæna Synodus non fuit ex depositis coacta, & asseruit ejusdem esse filium, & patrem substantiae: hi tertio Arimini exautorati ausi sunt perscribere *essentiam*, aut *substantiam*.

(4) Acta. G.

(5) Et censetur cum Euphratensi provincia. Theodor.

De Synodis, & Pseudosynodis. LXVII

stantiam Deum habere non esse dicendum.

Socrates Lib. IV. Cap. XI. Hist. Eccl. In libello Eustathii, Theophili, & Silvani Liberio dato, fidei formulæ in concilio Ariminenfi recitata, cui quidam dolo propter nomen urbis Nicææ in Thracia Constantinopoli subscripserunt, &c.

Niceph. Callist. Lib. IX. Cap. XLI. Valens, & Ursicius per Thraciam euntes, Nicææ conventum egisse dicuntur, fidemque Arimini a se lectam ex latina in græcam linguam conversam stabilire conatos esse, ut quasi ex Nicæa Bithyniæ esse diceretur.

Seleuciana Synodus.

Ex Synodico. Mox Seleuciæ in Isauria Synodus habita est adversus Occidentales cum anathemate: interfuit Cyrillus Archiepiscopus Hierosol. Catechista, Silvanus Seleuciæ, Acacius Cæsareæ Philippi, Eudoxius muratus in Antiochiam Syriæ, & mox CP. ad Constantium venit.

Hieronym. in Chronicis. Anno Christi CCCLXIII. Constantii XXIII. Synodus apud Ariminum, & Seleuciam Isauriæ facta &c.

Rufin. Lib. X. Cap. XXI. Hist. Eccl. Synodus apud Ariminum congregatur, ibi secundum ea, quæ Orientales apud Seleuciam composuerant &c.

Idem lib. 2. c. 39. al. 31. Hist. Eccl.

Socrates Lib. V. Cap. XXXIV. Hist. Tripart. Post Nicææ (1) terremotum placuit apud Seleuciam Isauriæ, quæ vocatur Aspera Concilium celebrare, quod actum est consulatu Eusebii, & Hypatii, fuerunt CLX. cum quibus Leonas in Palatio clarus ex Imperatoris voluntate, & Lauritius (2) miles Isauriæ dux. Conveniunt xxvii. Sept: exceptores verba utriusque partis excipiunt, quæ Salinus refert. Primo die Leonas iussit, ut quæ viderentur, proponerent. Episcopi dixerunt expectandos absentes. Aberant Macedonius CP. qui morbum finxit, & Basilius Ancyrae, & alii accusati timentes. Patrophilus excusavit se ab dolo oculorum (3). Accusati fuerant Cyrillus Hierosol. Eustathius Sebastia Armeniæ, & quidam alii. Clamabant quidam vitam accusatorum inquirendam, alii quæstionem de fide esse potior, utriusque literas Imperatoris allegabant. Unius partis Dux erat Acacius Cæsareæ Palestinæ, Georgius Alexandriae, Ursicius Tyri, Eudoxius Antiochiæ, atque alii xxxii. (4) Alterius Georgius Laodiceæ Syriæ, Sophronius Pompejopolis Paphlagoniæ, Eleusius Cyzici cum plurimis. Placuit ut de fide prius ageretur. Acacii pars Nicænam negabat fidem, alii recipiebant, excepto verbo consubstantiæ. Tandem Silvanus Tarfi Episcopus clamavit nihil opus esse nova fidei forma, sed Antiochiæ expositam tempore dedicationis sufficere. Alio die convenientes in Oratorium Seleuciæ januis clausis, ei fidei subscripserunt etiam pro absentibus diaconi, atque lectores. Sed Acacius, & alii eum secuti dicebant nihil clandestinum valere, legitque is aliam formam Lauritio (5), & Leonæ iudicibus. Tertio die adfuit Macedonius CP.

Ibid. c. 40.

- (1) Nicomediæ. G. (2) Lucius militum. G.
(3) In suburbano Seleuciæ degens. G.
(4) xxx. *Socrat.* (5) Lauricio. G.

& Basilius Ancyrae. Acaciani petierunt, ut excluderentur damnati, & de accusatis iudicium fieret, exclusis accusatis. Leonas legi iussit formam ab Acacio acceptam, quasi aliud genus scripti esset. In proœmio dicebatur, hesternum die fuisse tumultum, hoc est V. Kal. Oct. non eos impugnare Antiochenam fidem; ὁμοσίως, & ὁμοίως nomina esse omittenda ὁνομαίως detestandum: Similiter Filium Patri confitendum &c. Huic subscriperat Acacius, & alii, de quibus supra, sed multis varie dictis a patribus mota est quæstio, an similis sit Filius Patri secundum substantiam, an secundum voluntatem tantum. Acacius negabat secundum substantiam, in quem multi inveci sunt, sic eo die nihil est actum. Alio die Leonas noluit accedere sed solvit Concilium. Sic Acacius quoque, & Acaciani non ingressi sunt, sed alii Acacium vocarunt ut de Cyrillo Hierosol. iudicium haberetur. Hic sæpe alias vocatus noluerat venire, timens accusatores, & iudices, sed provocaverat majus iudicium, & ubi Constantius Imp. confenserat, sed hoc novum videbatur in ecclesiasticis causis. Sæpe vocati Acacius, & alii accusati, qui adhæserant Acacio; cum venire recusarent, damnati sunt cum Acacio, Georgius Alexandrinus, Uranius (6), Tyri, Theodolus (7) Cherapenus (8) Phrygiæ, Theodosius Philadelpheæ Lydiæ, Evagrius Insulæ Metylenæ, Leontius Tripoleos Lydiæ, Eudoxius olim Germaniciæ tum Antiochiæ Syriæ, & Patrophilus a Dorotheo presbytero accusatus. Communione etiam privarunt Asterium, Eusebium, Abyarum (9), Basilium (10), Phebium (11), Fidelem, Eutychium, Magnum, & Eustathium quoad accusationibus satisfacere; in locum Eudoxii Anianum constituerunt, quem Acaciani Leonæ, & Lauricio tradiderunt, & ab eis in exilium missus est.

Sozom. Cap. XXXV. Acaciani ad Imp. venerunt, item decem legati alterius partis: illic inveniunt decem legatos Ariminenfis Synodi.

Sozom. lib. 4. cap. 17.

Socrates Cap. XXXVIII. Octava Seleuciæ ab Acacii sociis edita est. Ultima CP. cum adjunctione recitata est.

Idem lib. 2. c. 41. al. 33. Hist. Eccl.

Cap. XII. Macedonius CP. pulsus ad eos declinavit, qui apud Seleuciam Acacium cum sociis deposuerant. Misitque legationem ad Sophronium, & Eleusium, ut defenderent expositam fidem Antiochiæ prius, mox Seleuciæ confirmatam, *similisque substantiæ* fidem esse profitendam. Concurrent multi familiarium, & qui in Seleuceno concilio Acacium declinaverant. Hi *similem substantiam* tuebantur, quod non primus Macedonius dixisse putatur, sed ante eum Maratonius Nicomediensis Episcopus, ad quos etiam Eustathius expulsus Sebastia confugit, qui Spiritum sanctum neque Deum, neque creaturam appellabat.

Theodorit. Lib. II. Cap. XXVI. Hist. Eccl. Infigatus ab Eudoxii accusatoribus Constantius

i 2

Se-

- (6) Ursicius. G. (7) Theodorus. G.
(8) Cheratroporum. G. (9) Augarum. G.
(10) Basilicum. G. (11) Philum, Philadiū. G.

Seleucia Synodum indixit; ea est maritima Isauriae Princeps Urbs. Orientales accersit Episcopos, & Ponticos, & Asianos.

Ibidem. Cyrillus Hierosolymis expulsus ab Acacio Caesariensi cum Silvano Tarfensi, Seleuciam venit. Ibi se cum Basilio, Eustathio, Silvano, & sociis conjunxit. Acacius quoque adfuit cum suis. Erant omnis fere CL. Acacius petebat, ut Cyrillus depositus discederet, eo nolente ipse discessit, & cum Eudoxio conjunctus CP. profectus est.

Socrates Lib. II. Cap. XXXIX. al. XXXI. Hist. Eccl. Conatus fuerat Constantius in Oriente Synodum cogere, quae opponeretur Ariminensi in Occidente, & prius Nicomediae in Bithynia, sed terremotus eam urbem subvertit Tatiano, & Cereali Coss. XXVIII. Aug. Postea Nicæam, mox Tarsum Ciliciae, tandem Seleuciam Isauriae placuit transferre, quae Aspera dicitur, Eusebio, & Hypatio Coss.

Vide Niceph. Callist. lib. 9. cap. 34.

Idem Lib. III. Cap. X. Macedoniani, hoc est, qui Macedonium, Eleusium, Eustathium, & Sophronium sequebantur, plures synodos coegerunt, ex Sicilia quoque complices vocarunt, & anathemate damnarunt Acacianos, & Ariminensi fide rejecta, Seleucianam receperunt, quae prius Antiochia edita est.

Sozom. Lib. IV. Cap. XVI. al. XV. Hist. Eccl. Basilius ad Imp. venit, qui erat, Sirmii, illic assumpsit alios Episcopos Marcum Arethesium, & Georgium Alexandrinum. Placuerat autem Valenti, & ceteris synodum haberi Seleucia Isauriae, erant autem hi ex Anomoeis. His omnibus placebat fidem scripto firmare, *substantiae* verbum omittere. Cum Synodus habenda esset; qui cum Eudoxio, & Acacio, & Ursacio, & Valente erant, existimabant ex Episcopis alios cum fide Nicæna sentire, alios cum Antiochena in templi dedicatione, in qua etiam *substantia* est, & *per omnia similem* Patri Filium: & si conjungerentur, Aetii haeresim, quae eis placuerat, damnamam convenerunt, ut Arimini Occidentis Episcopi, Seleucia in Isauria Orientis convenirent. Id ut fieret, impetravit Eusebius eunuchus Imperat. domui praepositus, qui Eudoxio favebat.

Cap. XXII. al. XXI. Seleuciam Isauriae convenerunt CLX. fere Episcopi Eusebio, & Hypatio Coss. aderat etiam Leonas iussu Imp. clarissimus vir, & Dux militum, & Laurasius, qui militibus Provinciae praeerat. In prima collectione deerant tum alii, tum Patrophilus Scytopoleos, & Macedonius CP. & Basilius Ancyrae; Patrophilus oculorum morbum, alium Macedonius allegabat. Leonas jubet praesentes de re quaesita tractare, alii de fide, alii de accusatis praefereendam esse causam. Accusabantur Cyrillus Hierosolymitanus, & Eustathius Sebastiae, allegabantur variae Imperator literae. Cum de fide quaestio praelata esset, quibusdam *substantiae* nomen tollendum videbatur, & consentiendum Sirmienensi, quam Marcus ediderat: hoc placebat ducibus cum quibus sentiebat Basilius Ancyrae Episcopus,

plures subscribebant Antiochena formulae, quae in dedicatione ejus Ecclesiae edita est; priorem sententiam tuebantur Eudoxius, Acacius, Patrophilus, Georgius Alexandriae, Uranius Tyri, & alii XXXII. posteriorem Georgius Laodice in Syria, Eleusius Cyzici, Sophronius Pompejopoleos Paphlagoniae, & alii plures. Silvanus Tarfi magna voce Antiochenam praeferebat; Acaciani repugnabant. Lecta est eis discedentibus, & mox separatim alio die clausis Ecclesiae januis confirmatur. Acacius vero ab his averfus, Leonae & Laurasio formulam conscriptam ostendit. Tertia die omnes convenerunt, inter qui abfuerant Macedonius, & Basilius. Acacius petiit, ut abirent depositi, atque damnati, quod actum est, ut tollerent Acacio occasionem (1). Tandem Leonas retulit se libellum accepisse ab Acacio, quem, si placeret, omnibus legeret: comprobatum est, cum minime putarent symbolum esse, quo invento magnus tumultus excitatur. Continebatur autem fides, quam nec Arius nec Aetius improbarent ut de *substantia*, *homousio*, & *homoiouso*, & *ammoio* fileretur, & tantum Patri Filium esse similem diceretur. Subscripserunt ei libello Acacius, & eum secuti. Sophronius Paphlagon exclamat non licere in singulos dies fidem mutare. Item Eleusius Cyzicenus non convenisse, ut discederent ab Antiochena formula. Tum quaestio mota est, an similis esset filius Patri secundum substantiam an secundum voluntatem. Sic divisi multi ab Acacio aliena senserunt. Alio die Leonas non venit, neque Acacius cum suis, neque Georgius etiam vocati. Ceteri praeter Cyrillum damnarunt Georgium Alexandriae, & Acacium Caesareae, & Uranium Tyri, & Patrophilum Scytopoleos, & Eudoxium Antiochiae, multosque communionem priverunt quoad criminibus objectis satisfacerent, pro Eudoxio Adrianum (2) Episcopum Antiochiae elegerunt tunc presbyterum ejusdem cleri, sed eum Acaciani tradiderunt Leonae, & Laurasio, qui eum in vincula conjecerunt, postero die in exilium miserunt. Haec ex actis Notariorum Synodi.

Niceph. Callist. Lib. IX. Cap. XLIII. Seleucia Constantius Synodum Ariminensi aemulam agi praecipit apud Isauros CLX. Episcoporum.

Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Bizantii Synodus haereticorum convenit, iussu Constantii adversus sacrum Symbolum: seditio magna orta est inter orthodoxos, & haereticos, nam Beatus Eustathius Antiochiae ex impio tomo Anomium*, qui dicebat *ex quo*, & *per quem* impium Eusebium accusabat, & Aetium, quod diceret creaturam filium Dei, & Macedonium blasphemantem in S. Spiritum, quem dicebat alienum a divinitate. Introductus est CP. Eudoxius sceleratus, qui ex Germanicia* venit Antiochiam, altero Eusebio impio mortuo, & Paulo confessore catholico. Item anathemati subditus est Aetius Diaconus Alexandriae, qui praecessit Eunomium, & Theophronii praepotorem.

(1) Dissolvendi Concilium.

[2] Arianum. L.

De Synodis, & Pseudofynodis. LXIX

Idem lib. 4. c. 23. al. 22. Hist. Eccl. *Sozomen. Lib. V. Cap. XXXV. Hist. tripart.* Acacius cum suis post Seleucia Concilium venit CP. ejusque adversarii decem legatos miserunt,

& illic invenerunt alios decem Synodi Ariminenfis. Acacius versutus multa in palatio cum potentibus conabatur. Erat succesor in Ecclesia Eusebii Pamphili, ejusque discipulus. Imperator voluit, ut de Ætio omnes cognoscerent presentibus Honorato ex urbe Roma CP. Præfecto Urbis, & cum aliis Judicibus ipso Imperatore. Omnes Ætii verbis indignati sunt. Acacius fingebat tum primum audisse ea insana verba. Postea lectæ sunt formulæ Ariminenfis, & Seleucia, & placuit Imperatori Ariminenfis, eique subscribere fecit Seleucianos prid. Kal. Jan. qua die consulum inibat.

Ibid. c. 24. al. 23. *Cap. XXXVI.* Acacius accersit Episcopos ex Bithynia, in quibus erat Macarius Macedonia [1] & Ulphilas Gothus, & alii L. qui Ariminenfi subscriperunt, vetantes substantiam, & essentiam Dei nominari, & ceteras scripturas abdicari. Ætium Diaconum deposuerunt ut hæreticum, quamvis eis similis esset. Item Macedonium deposuerunt, atque Eleusium Cyzici, & Basilium Ancyræ, & Ortasium (2) Sardicorum, & Dracontium Pergami, alias causas (quæ, vide Gr.) prætexentes, quam de fide.

Ibid. c. 25. al. 24. *Sozomen. Cap. XXXVII.* Cyrillum quoque Hierosol. deposuerunt, ut Eustathio, & Elpidio communicantem, qui contrarii erant his, qui Melitena fuerant congregati, & post depositionem in Palestina factam communicaverant cum Babilio, & Georgio [3] Laodiceæ Episcopo. Eratque contentio inter Cyrillum, & Acacium de jure Ecclesiæ, quod tamquam Sedis Apostolicæ Pontifici subiici oportebat Acacium Cæsareæ Palestinæ Episcopum. Ideo Antiochiæ infensi ferebantur, alter Arianus, alter Homousianus. Acacius narravit Imperatori, vestes sacras munere Constantini oblatas Ecclesiæ Hierosolym. vendidisse Cyrillum, & vasa, quod verum erat fame urgente.

Lib. 2. c. 27. Hist. Eccl. *Theodoritus.* Vestem Constantini emisse a Cyrillo thimelicum (4), & eum exaltaisse, ac petiisse.

Soz. cap. 26. *Sozomen.* Cyrillus damnatus, & ceteri damnati abire CP. jussi: decem noluerunt subscribere depositionibus. Macedonio succedit Eudoxius, Basilio Athanasius, Eleusio Eunomius postea hæresiarca, Eustathio Meletius Sebastena.

Soc. lib. 4. c. 41. al. 33. Hist. Eccl. *Socrates Cap. XXXVIII.* Octava in Seleucia ab Acacii locis edita est. Ultima CP. cum adjectione recitata est. Erat enim additum, ut neque substantia, neque substantia diceretur in Deo. Huic Ulphilas Gothorū Episcopus subscripsit, cum prius Nicænam sequeretur, sequutus Theophilum Gothorum Episcopum, qui ei Synodo interfuerat (5). Acacius, & Eudoxius damnarunt Macedonium propter iram Imperatoris, quod esset multarum cædium auctor, & quod Diaconum in

fornicatione deprehensum in communionem suscepisset.

Cap. XXXIX. Expulso Macedonio Eudoxius relicta Antiochia transfertur CP. ab Acacio adjutus: quamvis Dracontium deposuerunt, quod ex Galatia Pergamum accepisset. Lectam fidem Arimini cum augmento CP. ediderunt, non subscribentes relegabantur. (6) Eudoxio consecrato templum Sophiæ (7) dedicatur xv. Febr. Constantio X. Juliano Cæs. III. Coss. Hic patrem appellavit *πατέρα* filium *υιόθεν* quia pater neminem colat, filius colat patrem. Ritus est secutus, quasi patrem impium dixisset.

Theodorit. Cap. XLII. Refert CP. Synodi literas ad Georgium Episcopum Alexandria, quibus refertur Ætius diaconatu depositus propter nefandas ejus scripturas. Serras, Stephanus, Heliodorus, & Theophilus communionem privati, quod noluerint subscribere: induciæ sex mensium datæ, post id tempus deponi jubentur.

Idem Lib. II. Cap. XXVII. Hist. Eccl. Acacius fugiens ex Seleucia CP. venit ad Constantium, & eum irritat in Cyrillum Hierosol. quod vestes sacras pretiosas Constantini vendidisset mimo, qui saltans eis indutus mortuus est, accersiri jubet decem ex eo numero Episcopos, in his fuerunt Eustathius Armenius, Basilus Galata, Silvanus Tarsensis, Eleusius Cyzicenus. Hi venientes urgebant Eudoxii crimina. Imperator prius de fide eile agendum dixit, tum Basilus in eundem Imp. inductus est frater familiaritate, sed is iratus ei silentium indicit. Addidit Eustathius: „ si de fide agendum, dū est, vide quid Eudoxius scripsit“, & librum Eudoxii protulit in quo & alia impia erant, & hæc dissimilia esse, *ex quo omnia, & per quem omnia* &c. quæ verba Eudoxius non sua, sed Ætii esse dixit. Ætius licet falso suum esse id dixit, ideoque in Phrygiam ab Imp. deportatus est. Eudoxius eadem damnare jussus est. Sed cum is peteret, ut alii homousion damnarent; Imperator exilium addidit, nisi damnarent, multi maluerunt id pati, quam damnare in quibus Eleusius, & Silvanus. Tunc Eudoxius arripuit CP. sedem, & Eunomius Cyzicenam.

Socrates Lib. XI. Cap. XLI. al. XXXII. Hist. Eccl. Acaciani conventū CP. habuerunt cogentes ex Bithynia Episcopos, sic L. effecti sunt, cum quibus Maris Chalcedonius fuit: confirmarunt Ariminensem fidem, „ Credimus in unū Deum &c. „ Similem patri &c. descendit ad inferos &c. & „ eum inferi timuerunt“ &c. nomen *substantiæ*, ut scandalum amoverent & *υπὸς αὐτῶν*, sed *similem Patri Filium secundum scripturas.*

Cap. XLII. al. XXXIII. Eleusium Cyzici deposuerunt CP. quod Heraclium Sacerdotem Tyri Hercules, qui in magicis præstigiis erat deprehensus, baptizavit, diaconum fecit Basilium, sive Basilam, qui Ancyræ in locum Marcelli fuerat susceptus, quod cuidam quæstionem admoverit tormentorum, & in vinculis tenuerit, quodque calumniosus in quosdam fuerit, & quod per epistolas

(1) Maris Chalcedonis. G. [2] Heortasium. G. [3] Et. G. [4] Thymelicam.

[5] Sed non subscriperat. G. (6) Desunt alia, G. [7] Magnæ Ecclesiæ.

Ibid. c. 42. al. 34. Ibid. 43. al. 3.

Idem lib. 2. c. 28. Hist. Eccl.

las Africæ Ecclesias perturbaverit. Dracontium, quod ex Galatia in Pergamum ascenderit. Item deposuerunt Neonem Seleuciæ, in qua Synodus fuerat, Episcopum, & Sophronium Pompejopoleos in Paphlagonia, & Elpidium Satalorum Macedoniæ, & Cyrillum Hierosolymit. & alios variis de causis. Eustathio Episcopo Sebastiaz Armeniæ &c.

Cap. XLIII. al. XXXIV. Quæ gesta ab eis sunt, aliis orientalibus nota fecerunt, Patrophilo præsertim Scythopoleos, qui ex Seleucia venit in patriam.

Sozomen. Lib. IV. Cap. XXIV. Hist. Eccl. Sophronium Pompejopoleos Paphlagoniæ, & Elpidium Satalorum, & Neonem Seleuciæ Isauriæ, nec non Silvanum deposuerunt, qui princeps fuerat amentiaz Seleucianæ, & CP. item Theophilum Castabolorum Episcopum, qui prius Eleutheropoleos ab Episcopis Palæstinæ consecratus fuerat, qui juraverat non mutaturum Ecclesiam. Causas addiderant Sophronio, & Elpidio, & Neoni (relatas).

Sozom. lib. 6.
cap. 11. L.

Socrates Lib. IV. Cap. XI. (1) Hist. Eccles. Eustathius Theophilus, & Silvanus Liberio Pæ fidei formulæ in Concilio Ariminensi recitata, cui quidam dolo, & quorundam perjurio propter nomen Urbis Nicææ, quæ est in Thracia, fraudolenter inducti, CP. subscripserunt &c. Anathema.

Soz. lib. 3.
e. 25. Hist.
Eccl. al. 21.

Socrates Lib. VII. Cap. IV. Imp. Jovianus revocavit exules Episcopos. Cui Macedoniani libellum obtulerunt postulantes, ut expellerentur ecclesiis, qui dissimilem filium prædicarent. Erant autem hi petentes Basilus Ancyrae, Silvanus Tarfi, Sophronius Pompejopoleos, Pasnicus, Zilenus (2) Leontius Comanus (3), Callistrates Claudiopolitis, Theophilus Castabalenus (4) quibus Imp. „ego contentiones odi, concordiam diligo“. Tunc Acacius Antiochiæ Syriæ cum Meletio collocutus libellum conscribit.

Soz. lib.
6. cap. 4.
Hist. Eccl.

Joviniano Victori Aug. Synodus præsentium Episcoporum ex diversis provinciis Antiochiæ convenientium, laudant Nicænam fidem, & Homouision adversus Arianos, & verbis Symboli Nicæni subscribunt: „Credimus“ &c. Meletius Episcopus Antiochiæ, Eusebius Samosatenus (5), Evagrius Siculus, Uranius Apameæ, Zoilus Larissenus (6), Acacius Cæsareæ, Antipater Rhodi, Abramius Hyrimenus (7), Aristonicus Seleucopolis, Barbabentus (8) Pergami, Uranius Meletenæ, Magnus Chalcidus (9), Euthychius Eleutheropoleos, Ilacius (10) Armeniæ majoris (11), Titus Bostrensis (12), Pelagius Laodiceæ, Arabianus Adrensis (13), Pifo Adanenus (14), per Lamirionem (15) presbyterum Sabinianus Zeugmatis, Athanasius Ancyrae (16) per Orphitum, & Ætium presbyteros, Irenæus Gaza, Pifo Augustæ, Patricius Palti per Lamerionem presbyterum, Anatolius Beroeæ (17),

[1] XII. G. [2] Zenorum. G. (3) Comanorum. G. [4] Castabalenum. G. (5) Samosatenum. G. (6) Larissatum. G.

(7) Urimorum. G. (8) Barlamenus. G.

(9) Chalcedonis. G. (10) Isacocis. G.

Theotimus Aramenus (18), Lucianus Arcenus (19). Hunc libellum in collectione Synodali Sabinus refert.

Sozomenus Cap. V. Athanasius venit etiam ad Imp., qui sprevit calumnias Lucii presbyteri Alexand. a Georgio ordinati, & Euzoii Antiocheni.

Soz. lib. 6.
c. 5. Hist.
Eccl.

Socrates Lib. XI. Cap. XLVI. Hist. Eccl. Constantius baptizatus ab Euzojo in Mopli fontib. apoplexia mortuus est, consulatu ipsius, & Florentii tertia die Nov. an. i. Olimp. CCXXCV. vixit an. XLV. Imp. an. XXXIIX. cum patre XIII.

Antiochena Synodus.

Ex Synodico. Cum rescisset Constantius Imp. obsideri a Persis Nisibin profectus est Antiochiam, & discedente Saborio, cupiens *ὁμοίσιον* disperdere, Synodum vocari iussit: vacante Sede Antiochena catholici, & hæretici Meletium Archiepiscopum Sebastiaz in Armenia suffecerunt. Episcopos sigillatim Imp. iussit interpretationem facere illorum verborum: *Dominus creavit me initium viarum suarum*: cum plures ex Arianis essent, Meletius aperte orthodoxam fidem declaravit, & Homouision trinitatem, & cum Archidiaconus os ejus obturaret, ille digitis ostendebat doctrinam catholicam. At alii Sabellianum appellabant, & in exilium mitti curabant, sed cum Ario damnatur anathemate: Euzojum ordinant, mox Constantius ægrotans baptizatus, moritur.

Hieronym. in Chronicis. Ann. CCCLXVII. Joviani Imp. ann. i. Synodus Antiochiæ a Meletio, & suis facta, in qua rejectis homouision, & homutio medium homouision Macedonianum dogma revocaverunt.

Sozomen. Lib. V. Cap. XXXIX. Hist. Tripart. Acacius, & Socii congregati apud Antiochiam, quæ placuerant CP. destruebant, & ex Scriptura Arimini & CP. lecta nomen similitudinis abiciebant, & substantiam, ac voluntatem dissimilem profiteri audebant, & *ex non existentibus* Ariana verba placebant. His Ætiani consentiunt: & Ætius ideo *αἰθεῖος* est dictus, ejusque sequaces *dissimiles, & non existentiales* (20).

Idem lib. 4.
c. 29. al. 28.
Hist. Eccl.

Socrates. Hujus verbi princeps fuit Gregorius Laodicensis Episcopus.

Soz. lib. 2.
c. 45. Hist.
Eccl. al. 35.

Cap. XLII. Sequaces Acacii Antiochiæ magno studio convenerunt, acti pœnitentia, quod similem dixerint filium patri, & consulatu sequenti, Tauri, & Florentii, Euzojo ejus Ecclesiæ Episcopo, & præfente Imperatore petebant tolli id verbum similitudinis ex Ariminesi, & CP. scriptura, quasi neque substantia, neque voluntate esset similis, cum esset *ex non existentibus*, ut Arius dicebat, idemque sectatores Ætii dicebant.

Ibid.

Theodoritus. Cum perfidia accusaretur Eudoxii, ejus verba obtulit Imperatori Eustathius. *Dissimile esse ex quo, & per quæ etiam substantia*. Eudoxius Ætii esse ea non sua dixit. Ætius con-

Soz. ibid.

Idem lib. 2.
c. 27. Hist.
Eccl.

(11) Magnæ. G. (12) Bostrorum. G. L.

[13] Antri. G. [14] Adanenorum. G.

(15) Lamydrionem. G. (16) Ancyrorum. G.

(17) Beroeorum. G. (18) Arabum. G. (19) Arcenorum. G. (20) *ὁμοίσιον ἢ ἕξαρτόπιον*. G. Soz.

con-

confessus est, & in exilium missus. Eudoxius quoque ea dominare coactus est urgente Eustathio. Silvanus, & Eustathius (1) *ὁμοίων* defendentes in exilium missi sunt (Hæc Synodo CP. adscribuntur, cujus literas refert.)

Ibid. c. 31.

Cap. XLVI. Constantius Antiochiæ Parthico bello quiescente rursus colligebat Episcopos cogens eos negare *unius substantiæ, & alterius*. Vacabat autem sedes ea, quod Eudoxius, qui post Leontium eam arripuerat, pulsus multis Conciliis, CP. tenebat. Cum itaque multi Episcopi convenissent, ante omnia sufficere Episcopum cogitarunt.

Sozom. lib. 4. c. 28. al. 27. Hist. Eccl.

Cap. XLVII. Erat Meletius Armeniæ Civitatis (2) Episcopus, hunc & Ariani, & catholici petierunt: hanc concordiam Eusebio Samosateno subscriptam detulerunt. Sic venit Antiochiam Meletius omnibus expectatus. Ei, & ceteris Imperator refert, ut illa verba explanent: *Dominus creavit me* &c. Georgius Laodiceæ hæretice locutus est. Acacius Cæsareæ minus inepte, non tamen vere. Tertius Magnus Meletius recte, & vere locutus, signis quoque trium digitorum, duorum, & unius usus est. Tria, inquit, intelliguntur, sed de uno disputamus.

Ibid. Theod.

Sozomenus Cap. XLVIII. Archidiacono ejus os obturante, manu loquebatur, manum illo tenente dixit Nicænum servandum Concilium.

Soz. lib. 4. c. 24. al. 27.

Theodorus. Ariani Sabellianum vocabant Meletium, sic ab Imp. in exilium missus in propriam Ecclesiam, (3) pro eo Euzojus ordinatus est, quem cum Ario diaconum magnus Alexander damnaverat.

Lampfacena Synodus.

Ex Synodico. Legati ex Oriente ad Valentinianum venerunt, ut Lampfaci Synodus conveniret, ut Nicææ acta confirmarentur, & damnaretur * Hiparius Heracleæ Pirithi (4). Cum igitur convenissent, & menses duos mansissent, irrita esse decreverunt gesta CP. contra * Eudoxium, & Acacium, & fidem Seleuciæ decretam confirmarunt. Quod Valens edoctus Episcopos ab exilio revocavit, & Ecclesias Eudoxio tradidit.

Idem lib. 6. cap. 7. Hist. Eccl.

Sozomen. Lib. VII. Cap. XII. Hist. Tripart. Cum Valentinianus ex Urbe CP. per Thracias Romam iret, Episcopi Helleponti, & Bithyniæ, & qui *ὁμοίως* prædicabant, legatum miserunt Hyppatium (5) Heracleæ Perinthis, ut Synodo (6) interesset. Is Episcopis permisit, ubi vellent congregari. Itaque Lampfaci conveniunt, & menses duos egerunt, tandem decernunt, ut CP. acta ab Eudoxio, & Acacio aboleantur, & expositio fidei, quasi occidentalium illic subscripta de *disimilis* nomine abrogaretur, namque censabant similem esse secundum substantiam. Seleucianam prius propositam in dedicatione Antiochiæ præferre. Depositam ab eis, qui disimilem

dicebant Filium Patri, sedes suas recipere. Eudoxium evocarunt, & suos: locum poenitentiae dederunt. Quibus recusantibus acta Concilii ediderunt, & ad Valentem de Thracia venientem Heracleam miserunt. Sed Eudoxius prævaluit, & legati Lampfaceni Concilii missi in exilium sunt, & Ecclesiæ traditæ Eudoxio, (a quo (7) fuerat baptizatus, & juraverat se eam fidem defensorum.)

Socrates Cap. XXIII. Macedoniani miserunt ab Liberio Rom. Episcopum Eustathium Sebastianæ sæpe depositum, & Silvanum Tarfi Ciliciæ, atque Theophilum (8), qui noluit cum eis tamquam Ariani communicare. Hi fingentes se poenitentes abnegasse dissimilitudinis fidem, libellum fidei porrexerunt subscriptum verbis Nicæni Concilii.

Idem lib. 4. cap. 11. Hist. Eccl.

Cap. XXIV. Verba libelli dati Liberio. Propter hæreticorum vesanas suspiciones &c. profitemur Synodum Lampfaci celebratam, & Smyrnæ, aliisque diversis locis Orthodoxorum Episc. servare, quæ in sancto Nic. Concilio a CCCXVIII. Episcopis confirmata contra Arium sunt, necnon omnem hæresim Sabellianos, (9) Patripassianos, Marcionistas, Photinianos, Marcellianos, & Paulo Samatenos (10) damnantes, & explanationem lectam in Ariminensi Concilio, & prolata Nicææ Thraciæ, & CP. subscriptam: *Credimus* &c. Eustathius Episcopus Sebastianæ Civitatis, & Theophilus, & Silvanus legati Conciliorum Lampfaci, Smyrnæ, & reliquorum: „ His „ credens literis in communionem eos Liberius „ recepit “.

Ibid. c. 12. al. 11. Soz. lib. 6. c. 11.

Cap. XXV. „ Dilectissimis fratribus, & Confacerdotibus Eustathio (11), Cyrillo, Hypericio (12), Heroni (13) &c. (14) Macedonio, Paullo, Marcello &c. Silvano, Photino &c. Leontio, Philagrio, Lucio, & universis Orientalibus Orthodoxis Liberius Episcopus, & Occidentales „ Episcopi “. Quod vero Macedoniani per legatos, quos miserant, ut communicarem Liberio, Nicænam confirmaverint fidem, ipse Sabinus in collectione Synodali est attestatus.

Ibid.

Socrates Scholastic. Lib. IV. Cap. II. Hist. Eccl. Cum Valentinianus in Italiam profectus esset, & Valens CP. ageret, a pluribus Macedonianis Episcopis petitum est, ut Synodus de fide haberetur. Valens existimans idem velle Acacium, & Eudoxium, ac ceteros, permisit; Hi Lampfaci conveniunt. Valens Antiochiam Syriæ venit.

Cap. IV. Iphis Imp. Cosl. anno VII. post Seleuciæ Synodum Lampfaci Antiochenam fidem confirmarunt, cui etiam Seleuciæ subscripserant, damnantes anathemate Ariminensem formulam, & depositionem Acacii, & Eudoxii confirmarunt, erat autem Eudoxius CP. Episcopus. Crevitque factio Eleusii Cyzici Episcopi, & Macedoniorum in Helleponto, Lampfacus autem est in angustiis Helleponti.

Ex

(1) Eleasius. G. [2] Sebastianæ.
(3) Patriam. Th. G. (4) Perinthis, olim.
(5) Hyppatianum. G.
(6) Synodum haberi permetteret. G.
(7) Desunt, Gr. (8) Castabalarum Cili-

ciæ. G. (9) Sabellii. G. [10] Pauli Samosatani. G. (11) Hythio. G.
(12) Hyperechio. G. (13) Uranio. G.
(14) Elpidio, Maximo, Eusebio, Eutarpio, Heortefio, &c. G.

Idem *Luasf.*

Ex Theophanis historia. Cum Orthodoxi a Valentiniano peterent per Hypatium Episcopum Heraclæ, ut permitteret eos convenire, respondit sibi nefas esse de ea re curam gerere, sed ipsis sacerdotibus: tum conveniunt Lampfaci, ubi duo menses fuerunt, illic inita statuerunt acta CP. ab Acacio, & Eudoxio, & confirmarunt Seleucianam fidem. At Valens eos in exilium misit, Eudoxiumque restituit CP.

*Macedoniana Synodus.**

* *Hæc est fortassis Lampfacena, que est supra, pag. LXXI. Idem lib. 3. c. 10. Hist. Eccl.*

Socrates Cap. XXV. Lib. VI. Hist. Tripart. Macedonii Sectatores, & Eleusii, & Eustathii, & Sophronii a Macedonio appellati frequentia concilia habebant, & convocantes eos, qui Seleuciæ (1) eos fuerant secuti consentientes (2) Acacio, & fidei Ariminesi damnaverunt, Seleuciæ, & Antiochiæ exposita tenuerunt. Cumque accusarentur, quod cum Acacio olim communicassent, Sophronius Pompejopoleos, Paphlagoniæ satisfacere conabatur: *occidentales, inquit, languebant in duobus Ætius in Oriente in dissimilitudine substantiæ, media via nobis inquit placuit.* (Hæc Sabinus in collectione Synodorum Gr.)

Smyrnensis Synodus.

Idem lib. 4. c. 12. Hist. Eccl.

Socrates Lib. VII. Cap. XIII. Hist. Tripart. Epistolas a Smyrna in Asia, & Pisidia Isauriæ (3), & Pamphylia, atque Lycia (4) missas Liberio Papæ non subscripsit.

Soz. lib. 6. cap. 11.

Cap. XXIV. In libello dato ab Eustathio Theophilo & Silvano: *profitemur Synodum Lampfaci celebratam, & Smyrnæ, aliisque diversis locis orthodoxorum, &c.* In fine: „Eustathius Episc. Sebastia, & Theophilus, & Silvanus legati Conciliorum Lampfaci, Smyrnæ, & reliquorum“.

Siculorum Synodus.

Idem lib. 4. cap. 12.

Socrates Lib. VII. Cap. XXV. Hist. Tripart. Literas Liberii Eustathius, & ceteri percipientes in Siciliam venerunt, ibique facientes Synodum Siculorum Episcoporum consubstantialitatis fidem confirmarunt.

Soz. lib. 6. c. 11. & 12.

Puzana Synodus.

Ex Synodico. In Phrygia Synodum Ætiani (5) in Puza coegerunt, qui vicus erat, & Pascha cum Judæis celebrari ab eis statutum est, id Sabbatius arripiens plures CP. decepit, a quo hodieque Sabbatiani dicuntur.

Idem lib. 4. c. 28. al. 23. Hist. Eccl.

Socrates Lib. VIII. Cap. IX. Hist. Tripart. Novatiani in Phrygia festum Paschæ mutarunt. Novatus fuit Cornelii Papæ tempore, Pascha ut ceteri servabat post æquinoctium, & in schismate sub Valeriano passus est. Hi facto Concilio paucorum Episcoporum in vico Pazono (6)*, ubi sunt fontes Sagarii (7) fluminis, canonem tulerunt, ut Judæos observent in azimis, & paschæ celebritate. Ob id Concilium ipsi quoque Novatiani sunt divisi.

Soz. in lib. 7. cap. 18. L.

Lib. IX. Cap. XXXVII. Sabbatius ex Judæo

- (1) In Sicilia. G. [2] Anathemata Acacium, & fidem Arim. G. [3] Et Isauria. G. [4] Ex Synodis. G. [5] Novatiani, forte. (6) Pazo. G. [7] Sangarii. G. [8] Agelii successore. G. [9] In Angaro

Christianus, & a Marciano (8) presbyter factus ambiebat Episcopus fieri Novatianorum. Hic cum duobus presbyteris Theoctisto, & Macario novitatem Paschæ sub Valente in vico Pazo Phrygiæ defendere nitebatur. Contra hunc Marcianus Synodum coegit Sangarii (9) Bithyniæ Novatianorum Episcoporum.

Idem Soc. lib. 5. c. 21. al. 20.

Idem Lib. IV. Cap. XXVIII. al. XXIII. Hist. Eccl. Audi a sene filio presbyteri, qui simul cum patre in ea Synodo fuit, non fuisse presentem Agelium Episcopum Novatianorum CP. neque Maximum Nicænum, neque Nicomediæ, neque Cotylli, qui præcipui erant.

Sozom. lib. VI. Cap. XXIV. L. Eodem tempore Novatiani in Phrygia coeperunt eo die pascha, quo Judæi celebrare, quod Novatus non fecerat, sed ut Ecclesia Romana post æquinoctium verum; sed sub Valente Imp. quidam Novatiani Episcopi in Phrygia in vico Gazo*, unde fontes Sangarii Fl. erumpunt, hoc statuerunt, quod neque Agelius CP. Novatianor. Episcopus, neque Nicææ, aut Nicomediæ, aut Gorylii Phrygiæ probarunt, aut presentes fuerant. Ita hæc fuit orta inter Novatianos divisio.

Ex Theophanis historia. Eodem tempore quidam Novatiani in Phrygia Pascha coeperunt cum Judæis agere, convenientes in Pazo vico, & constituerunt ita semper agere. Hinc Sabbatiani orti sunt, a Sabbatio quodam appellari.

Antiochena Synodus.

Sozom. Lib. VII. Cap. XXVIII. Hist. Tripart. Idem lib. 6. c. 12. Hist. Eccl. Cum Synodus pararetur Tarsum, quæ habitatio non est, convenientes Antiochiæ (10) Cariæ (11) ferme xxxiv. Asiani Pontifices concordiam laudabant, consubstantialitatis nomen respicientes, fidem Antiochiæ, & Seleuciæ editam tenebant, tamquam Luciani Martyris, & suorum prædecessorum.

Socrates Lib. IX. Cap. V. Macedoniani post legationem ad Liberium communicabant cum his, qui semper Nicænam fidem tenuerant. Cum vero lex Gratiani potestatem religionibus communicandi præbuisset, denuo sunt divisi, & congregati Antiochiæ (12) statuerunt, vocem consubstantialitatis tollendam, & non esse communicandum, cum his, qui Nicænam fidem tenebant. Plures tamen recefferunt ab eis ob hanc ipsam varietatem.

Idem lib. 5. cap. 4. Hist. Eccl. Soz. lib. 7. cap. 2.

Sangariana Synodus.

Socrates Lib. IX. Cap. XXXVI. Hist. Tripart. Idem lib. 5. c. 21. al. 20. Hist. Eccl. Cum Sabbatius ex Judæo Christianus, a Marciano (13) Novatianorū Episcopo presbyter factus, Synodum in vico Phrygiæ Pazo habitam a Novatiani de Paschate cum Judæis celebrando cum presbyteris Theoctisto, & Macario servari doceret; Marcianus Synodum in Sangario (14) Bithyniæ Novatianorum Episcoporum habuit, in qua statutum est, ut unusquisque celebraret, ut vellet

pa- foro. G. prope Helenopolim. L. [10] *Deest, Greg.* (11) In Asia. G. (12) Syriæ. G. *Socr. Cariæ Soz.* [13] Agelii successore CP. G. (14) Angaro foro, prope Helenopolim urbem. G.

De Synodis, & Pseudosynodis. LXXiii

pascha, & a Sabbatio sacramentum præstitum est, non petiturum Episcopatum. Postea tamen Sabbatius & cum Judæis, & cum Christianis pascha celebrabat, & Episcopus creatus est.

Sozom. Lib. VII. Cap. XVIII. Hist. Eccl. Lat.
Sub Theodosio Novatiani sectam Sabbatiano- rum introduxerunt, nam Sabbatius a Marciano presbyter ordinatus cum Theodotisto, & Macario presbyteris secutus eos, qui Pasfcome idest in vi- co Pasfo Concilium egerant sub Valente, volebat Pascha cum Judæis celebrare, & Marcianus pœ- nitens ordinationis dicebat, præstitisse in ignem manus imponere. Episcopos Sangariū convocat; est is locus Bithyniæ non procul ab Helenopoli; & vocant Sabbarium, ab eoque jusjurandum exi- gunt Episcopatum non quæsiturum, & *ἀδικοπο- ρο* reliquerunt paschæ celebritatem. Sabbatium multi Phryges, & Galatiæ sunt imitati, & mox is Episcopus factus est. (*Vid. sup. Puzana.*)

Synodus CP. adversus Joannem.

Marcellinus Comes. Habuit Jo. CP. Episcopus inimicos Theophilum Alex. Epiphaniū Cyprum, Acacium Beroensem, Antiochum Ptolemæen- sem, Severianum Gabalensem, & Severianum Chalcedonensem. Et postea Indiēt. 1. Theodosio Jun. & Rumorido Coss. sex Antistites Joannis CP. æmulti alios xxx. Episcopos junxerunt, & volente Arcadio Principe in Cucufum oppidum exulem miserunt; cumque post annum in villam, quæ Romana in regione Pontica dicitur, de exilio in exilium relegarunt. Illic mortuus est.

Sozom. Lib. VIII. Cap. XVI. Hist. Eccl. Lat.
Non multo post Theophilus Chalcedonem ve- nit, & una multi alii Episcopi a Theophilo, & Imperatore vocati, & qui a Joanne fuerant in Asia privati, & ceteri ei infensi. Cyrinus tum Chalcedonen. Episcopus cognatus Theophili, ut Ægyptius, multa adversus Joannem dixit, di- vina vero vindicta percussus est, cum Maruthus ex Mesopotamia ejus pedem calcavit, qua re ita affectus est, ut non potuerit CP. venire cum ce- teris, crus mox ei abscissum est, & mox alte- rum crus, & mortuus est.

Cap. XVII. Lat. Theophilo CP. veniente, ne- mo obviam progressus est præter nautas Ale- xandriacos; parata accusatione venit in Quercum suburbium Chalcedonis, a Rufino consulari co- gnominatum, in quo basilica est, & Ecclesia Pe- tro, & Paulo Apostolis a Rufino constructa. Illic primum de Monachis agit sibi infestis, cum qui- bus orante Synodo reconciliatur. Vocat Synodus Clerum CP. & Joannem per clericos suos, & Demetrium Pisinuntis Episcopum, se non detre- ctare judicium ait, sed majoris concilii, ubi non sint iidem accusatores, & judices. Quater voca- tus, provocat œcumenicam Synodum, illi tamen eum deponunt.

Cap. XX. L. Non multo post reversionem ejus, cum argenteum simulacrum Augustæ columnæ porphyreæ imponeretur, & ob id spectacula fie-

Tom. V.

- (1) Ægyptius genere. G. (2) Quercus. G.
(3) Non sunt. G. (4) Tigrin. G.
(5) Minoris. G.

rent ante Ecclesiam, Joannes id coercere tempta- vit, & verba in Augustam visus est dicere de He- rodiade caput Joannis in disco petente. Augusta Concilium cogi curat, venerunt cum aliis Leon- tius Ancyrae, & Acacius Beroeæ. Imperator na- tali domini nuntiari jussit Joanni se cum eo non communicaturum, nisi prius se in Synodo inson- tem doceret. Accusatoribus timentibus, Episcopi nihil aliud quærendum dixerunt, quam cur de- positus recepisset Ecclesia. Ille se a pluribus Epi- scopis, qui post depositionem secum communi- caverant, restitutum dixit. Illi non receperunt excusationem, quod canon esset Arianorum, quo Athanasium circumvenire temptarunt, ut non nisi a pluribus depositus restitueretur. Sic depo- situs est.

Constantinopolitana Synodus sive Chalcedonen.

Ex Synodico. Nectario Mortuo Jo. Chryso- stomus presbyter Antiochiæ Syriæ successit, ad- versus quem calumniatores Synodum coegerunt, a quibus in exilium missus est.

Photius in Biblioth. Cap. LIX. Synodus con- tra Jo. Chrysostrum per Theophilum Alexan- drinum Acacium Beroeæ, Antiochum Ptole- maidis, Severianum Gabalorum, Cyrinum Chal- cedonen. xiii. partibus contenta (*idest* actioni- bus divisa).

Socrates Lib. X. Cap. XIII. Hist. Tripart.
Theophilus, & Severianus cum multis Episcopis Chalcedonem conveniunt, ubi erat Cyrinus E- piscopus (1), aderant hi, quos ab Episcopatu Jo. removerat, illic Maruthus Episcopus Mesopota- miæ pedem Cyrini calcavit invitus, ex quo ille ægrotans non multo post mortuus est. Ceteri ve- ro CP. contra Jo. Chrysostrum, quem depo- nere temptabant, convenerunt. Mox in suburba- no Chalcedonenfi Rufini (2) dicto (in Basilica (3) S. Petri, & Pauli) evocaverunt Joannem, & cum eo Serapionem, & Tigrium (4) eunuchum presbyterum, & Paulum lectorem. Joannes illos esse inimicos dicebat, & universali Concilio o- pus esse. Ita quater vocatus cum venire recu- sare, damnatus est. Ab Imperatore in exilium actus est.

Cap. XVII. Aderant Episcopi Leontius Ancy- ræ Galatiæ (5), Ammonius Laodiceæ (6), Brisson Thraciæ Philippensis, Acacius Beroeæ Syriæ, & alii. His præsentibus accusatores priores iterum venerunt. Episcopi nihil aliud requirebant, nisi quod post depositionem non decreto Concilii refe- disset in fede, cumque his respondisset lxv. (7) Episcopos communicantes ei decrevisse. Leonti- us (8), & alii dicebant plures eum deposuisse. Is replicabat eum Canonem fuisse Antiochenæ Sy- nodi adversus Athanasium editum. Illi eum de- posuerunt. Sic quasi a duobus Conciliis damnatus ab Imperatore expulsus est. Qua die actus est in exilium multi Ecclesiam incenderunt, qui ab eo Joannitæ dicebantur. xx. Januarii (9) Honorio VI. & Aristene [10] Coss.

*Soc. lib. 6.
c. 2. Histor.
Eccl.*

*Ibid. c. 18.
al. 16.*

k

An-

- [6] Pisidiæ. G. (7) L. Lat.
(8) Arianorum. G. (9) Junii. G.
(10) Aristaneto. G.

Antiochena Synodus.

Ex Synodico. Joannes Antiochiæ cum aliis adversus Ephesinam Synodum collecti, nihilominus Nestorium damnarunt, duasque naturas in Christo sine confusione agnoscentes, definitionem ad Magnum Cyrillum miserunt, qui gratias Deo egit.

Idem lib. 7. c. 34. al. 33. Hist. Eccl.

Socrates Lib. XII. Cap. VI. Hist. Tripart. Cum Cyrillus Alexandrinus Nestorium in Synodo Ephesina damnasset, antequam Jo. Antiochenus veniret: qui circa Nestorium erant, aliud apud se Concilium facientes, Cyrillum damnaverunt, & cum eò Memnonem Ephesiorum Episcopum. Mox venit Jo. Antiochenus iratus adversus Cyrillum tanquam seditionis auctorem. Itaque a Cyrillo, & Juvenale Hierosol. is quoque damnatus est.

Ibid.

Cap. VI. Porro Joannes Antiochiam veniens, & plures Episcopos colligens damnavit Cyrillum, qui jam Alexandriam venerat. Sed mox in gratiam redierunt.

Nicephorus Monachus in Hist. Eccl. post Tripart. De gestis Ephesi, ut Socrates, Vide supra in tertia Synodo. Addit seditionem fuisse a Theodosio sedatam CP. & damnationem Nestorii confirmatam, Maximianum Episcopum CP. suffectum. Orientales Nestorium secum duxisse. Quarto vero post depositionem anno Joannes Antioch. veritus, ne plures inficeret Nestorius Antiochiæ, scripsit Imperatori, ut eum ex Oriente pelleret. Is eum in Oasin relegavit. Idem Joannes ad Cyrillum misit fidem suam, qua confirmat fidem Nicænam, & CP. & acta Ephesi contra Nestorium. Quibus literis acceptis rescripsit: „Latentur cæli, & exultet terra“, &c. *De gestis Ephesi latius Liberatus in breviario.*

De Causa Nestoriana Cap. 5. & 6. vol. 2. conc. p. 101. edit. 2. Joannes cum suis Antiochiam profectus est, ubi colligens plurimos Episcopos damnavit iterum Cyrillum, cum jam esset Alexandria. *Idem Cap. 6. ubi sup. c. 103. De pace Cyrilli, & Joannis.* Congregans iterum Joannes apud Antiochiam Concilium dictavit fidem &c.

Ephesina Synodus.

Ex Synodico. Ab Eutyche corruptis senatoribus, & maxime Chrysoftho Zerupo Præposito, & decepto Imp. Theodosio, Synodus latronum Ephesi habita est, cui præfuit Papa Dioscorus Alexandrinus, in ea adfuit Eutyches, & Valentinus, & Manen damnavit anathemate, atque itaque judicatus est recepisse posse. Flavianus CP. damnatus est, atque depositus, qui calce percussus, mortuus est, & Eusebius Dorylæi Episcopus ob Christum in exilium missus est.

Phorius, sive incertus. Sancta universalis Chalcedonenfis Synodus damnavit ea, quæ Ephesi adversus Flavianum in Synodo a Dioscoro acta sunt, & eosdem Dioscorum, & Eutychem damnavit.

Anast. bibl.

Nicephorus Monachus in Hist. Eccl. post Tripart. Eusebius Scholasticus, qui primus Nestorium reprehendit, ad Episcopatum Dorylæi promotus, de fide cum Eutyche Archimandrita di-

sputans, invenit non recte sapere, & cum admonitus non respiceret, retulit Flaviano Episcopo CP. qui cum XL. Episcopis eum damnavit. Chrysoftho ei concors palatium tenens accersit Dioscorum Alexandrinum, & obtinet ab Imp. ut Synodus Ephesi habeatur, cui Dioscorus præsideret. Is nullum alium notarium præter suos admisit. Jubetur Eutyches dicere: „is, ait, ex duabus naturis ante adunationem fuit Christus, postea ex una“. Et Dioscorus ait: „Idem omnes credimus“. At Leonis papæ Rom. Legati, cū Dioscorus non permisisset legi Epistolam Leonis ad Flavianum, discesserunt, Romanque venerant. Sic est Eutyches restitutus, & Flavianus, & Eusebius depositi, atque Flavianus calcibus a Dioscoro percussus, tertia die post depositionem mortuus est. Episcopi vi militum coacti sunt subscribere gestis a Dioscoro, Domnus Antiochenus respiciens erexit se in Dioscorum, & provocans Imperatorem subscriptionem suam petiit, & vim fieri, atque impietatem proclamat.

Nicephorus CP. Episcopus in Chronicis. Theodosius minor: sub hac celebrata fuit Synodus tertia Ephesi, & altera insidiatoria, cui præfuit impius Dioscorus.

Constantinop. Episcopus XL. Flavianus presbyter CP. ann. i. mens. x. Hoc dejecto a Dioscoro in illa insidiosa Synodo Ephesi, xlii. sufficitur Anatolius presbyter, & a responsis Dioscori.

Alexandrinorum Episcopus XXIX. Dioscorus in Synodo posteriori Ephesi insidiosa, & prava fuit ann. v.

Antiochenorum Episcopus XXXIX. Domnus fuit in altera Synodo Ephesi insidiosa ann. viii.

Evagrius Scholasticus. Tom. I. Cap. IX. Hist. Eccl. Depositus Eutyches a Flaviano CP. in Synodo venit ad Theodosium Imp. petens, ut de Flaviano Synodus haberetur, quod ex falsis scripturis damnatus esset. Habita est Synodus Ephesi.

Cap. X. Hujus Synodi Præses Dioscorus Cyrilli successor fuit, Alexandria Episcopus, hostis Flaviani propter Chrysofthum hoc instruentem, qui apud Imp. plurimam poterat. Convenit Juvenalis Hierosol. Episcopus cum multis suis, qui etiam in priori Synodo Ephesina interfuit, & Domnus post Jo. Antiochenus, atque Julius Episcopus legatus Leonis Papæ Rom. venit etiam Flavianus cum suis. Dederat autem Theodosius mandata ad Elpidium, ut iudices qui fuerant adversus Eutychem, iterum in eum iudices non essent, sed ceteri. Absolvitur, & restituitur Eutyches a Dioscoro, & suis: Flavianus deponitur, & Dorylæus Episcopus, & post eos Ibas Edessenorū Episcopus, ac Daniel Episcopus Carrhorum*, & Irenæus Tyri, atque Aquidinus Bybli. Sophronii quoque Constantineorum Episcopi causa & Theodoritus Cyrestorum Episcopus deponitur, ac Domnus Antiochenus.

Ex Epistola 12. Leonis Papæ ad Theodosium de legatis, quos vice sua destinavit ad Synodum Ephesinam, pro erroribus Eutycheis collectam D. Idib. Junii Asterio, & Protogene VV. CC. Coss. De eadem re ad Pulcheriam Augustam epist. 13. ad Ephesinam Synodum ep. 14.

Idem

Idem Epist. 21. ad Constantinopolitanos. Leo Episcopus, & Sancta Synodus, quæ in Urbe convenit &c. In notitiam nostram, quæ Ephesi contra opinionem omnium sunt acta perlatis &c. nisi filius noster Hilarius Diaconus, qui a nobis vice nostra cum aliis, ut interesset Synodo missus fuerat, fugiens, revertisset &c. Alexandrinus Antistes, qui totum solus ibi potentia suæ vindicavit &c. in consortium suæ voluntatis invitos protrahens sacerdotes, ut per vim coacti subscriberent, qui nullam damnationis (Flavianii) causam idoneam reperissent &c. D. Idib. Oct. eisdem Coss. *Idem Epist. 22. ad eosdem contra Synodum Ephesinam. Et Epist. 23. ad Theodos. Augustum. Et Epist. 24. ad Pulcheriam Augustam.*

Multa de hac Synodo Ephesina Liberatus in breviario Causæ Nestorianæ, & Eutychianæ cap. 12. p. 108. Vol. 2. Concil. edit. 2.

Alexandrina Synodus.

Ex Synodico. Anatolio CP. Archiepiscopo, & Apollinario Alexandriæ Diocori successore, accidit, ut moreretur Apollinarius, & Proterius ascenderet ad eam sedem. Sed Timotheus Monachus cognomento Ælurus seditionem movit hæreticorum, in qua occisus Proterius est in baptisterio, isque ordinaretur Episcopus. Idemque Synodum coegit, in qua Sanctam Chalced. Synodum damnavit anathemate.

Multa de Timotheo Æluro, quem falso Herulum interpres vocat, Nicephorus, & Anast. ubi supra, & de nece Proterii.

Adde Evagrium Scholasticum *Lib. 2. Cap. 8. Hist. Eccl.* qui refert verba libelli de his rebus Cleri Alexandrini ad Leonem Imperatorem.

Anast. Biblioth. ex Theophane. Beatus autem Proterius sentiens contra se confectum Concilium, dat locum iræ, & prima die paschæ fugit ad baptisterium &c.

Antiochena Synodus.

Ex Synodico. Cum Leo Imp. Zenonem generum, cui nupta erat Ariadne filia, in Syriam misisset, quidam Monachus ex monasterio Accemetorum ei persuasit, ut eum Episcopum Antiochiæ faceret, auxilio Apollinarianorum: hic in Synodo addidit in ter Sancto hymno, *crucifixæ pro nobis*, quod cum rescisset Leo, eum in exilium misit, isque in suum monasterium reversus est.

Nicephorus Monachus in Hist. Eccl. post Tripart. Anast. Biblioth. ex Theophane. Sub Proclo CP. terræmotus magni fuerunt: Populus cum Episcopis in campum profecti Κύριε ἐλέησον clamabant, puer abreptus audivit caelestem vocem, quæ juberet Τετραήμερον dicere, sic cessavit ea calamitas. *Adde ex Nicephoro scripta.*

Idem Anast.

Ex eodem. Leo Imp. Zenonem generum toti Orienti præfecit, & Basilicum fratrem Verinæ Augustæ Thraciæ præfecit. Zeno invenit Antiochiæ Martyrium Episcopum, & Petrus Gnapheus presbyter Zenonis comes, ab eo impetrat mercenarios Apollinarianos sectatores, quibus Martyrium deturbat a sede, damnas eos, qui non dicerent Deum esse crucifixum, & in trisagio hy-

mno, qui crucifixus es pro nobis, quos Theopaschiæ retinuerunt. Martyrius discessit, Petrus arripit sedem, tandem in exilium mittitur, & Julianus consecratur Episcopus Antiochiæ, absconditus est in monasterio Accemetensium, sed postea ab Imp. Zenone restituitur.

Ex Theodoro Lectore. Nicephorus Callistus collegit. Martyrio Episcopo Antiochiæ Zenon dux, Leonis Imp. gener, cui Ariadne Leonis filia nupsit, venit Antiochiam. Hujus Comes Petrus presbyter Basses * Martyris Chalcedonis, Gnapheus sive Fullo dictus, cum oculos adjecisset ei Ecclesiæ auxilium a Zenone petit, & conductis Apollinarianis coepit turbare adversus Martyrium Episcopum, anathema dicens his, qui negarent Deum esse crucifixum, addensque in hymno ter sancto, *qui crucifixus es pro nobis.* Cum ad Imp. venisset Martyrius; & adjutore Gennadio usus esset, bene acceptus ab Imp. revertitur Antiochiam, & tanta seditione visa discessit iterum, non ferens se non ferentes. Eo discedente Petrus eligitur, & consecrat Apamiæ Episcopum Joannem . . . depositum. Gennadius hæc defert ad Imp. jubet is mitti in exilium Fullonem, sed is antevertit fuga exilium, & Julianus ab omnibus suffectus est.

Alexandrina Synodus.

Ex Synodico. Zenone post duos Leones Imperatore, Basiliscus, & Armatius adversus Chalcedonensem Synodum conspirarunt, & formam conscripserunt, qua Timotheum Ælurum revocabant ex Cheroneso. Is Alexandriam surripuit ejecto Timotheo Salophaciolo, illic Synodum coegit, & adversus Synodum Chalced. multo anathemate insanivit. Erat tum Acacius CP. post Anatolium, & Gennadium Antistes.

Ex Theodoro Lectore Lib. I. Nicephorus Callistus. Basiliscus Verinæ Sororis Leonis conjux Imperator in campo appellatus est, Cæsarem Marcum filium appellat, & Augustam Zenonidem ejus uxorem: revocat statim typo, sive forma Ælurum, & Fullonem, qui erat in Monasterio Acoemitarum, & alios hostes Chalcedonensis Concilii.

Ephesina Synodus.

Encyclicis literis Basilisci (forte Evagrii) Imp. adversus Chalcedon. Synodum, & Leonis tomum subscripserunt fere quingenti Episcopi, extatque libellus Episcoporum Asiæ, qui Ephesi convenerant ad eundem Imp. de ead. re.

Laodicena Synodus.

Ex Synodico. Nestoriani, qui favebant Petro Fulloni persuadent Zenoni, ut Laodicea Synodus haberetur: in ea Stephanus Antiochenus accusatus est ab hæreticis, & a Synodo damnatus, nec multo post eundem Sirmii hæretici occidunt, & in flumen Orontem mittunt.

Nicephorus Monachus in Hist. Eccles. post Tripart. Anast. Stephanus electione communi provectus ad Antiochenum Episcopatum a Petri Gnaphei sequacibus quasi Nestorianus delatus est apud Zenonem Imp. sed Orientalis Synodus apud Laodiceam, ut innoxium restituit. Septi-

mo autem anno Zenonis Stephano mortuo alterum Stephanum consecrant, quem hostes fidei, Gnaphæa optantes redire, in natatorio Sancti Martyris Barlæ trucidantes, in Orontem fluvium projecerunt.

Alexandrina Synodus.

Ex Synodico. Timotheo Æluro Alexandriæ mortuo; qui ejus factionis erant, & favebant confutioni (perlonarum) Petrum Mongum sufficiunt. Sed Clerici, & Monachi catholici eo ejecto Joannem Tabentioram collocant. Zeno tamen quod sine ejus consensu electus esset expulit, & Mongum restituit Alexandriam. Is convocata Synodo, sanctam Chalced. Synodum detestatus Acacium CP. habuit suffragatorem.

Evagrius Scholast. Lib. III. Cap. XI. Hist. Eccl. Zenon adversus Timotheum iratus eum expellere Alexandria optabat, sed cum senem esse cognosceret, ejus mortem expectavit: eo mortuo Petrum Episcopi elegerunt cognomento Mongum; qui prius a Zenone damnatus fuerat, & Timotheus restitutus.

Cap. XII. Venit post hæc Joannes presbyter cum literis Zenonis jubentis, ut libere populus eligeret, quem vellet; isque occupat Joannis templum, affectans, ut Zacharias scripsit, eam sedem, licet jurasset se numquam petiturum. Sed largitione facta electus est. Imperator jubet eiici, & Petrum restitui literis datis, quæ *henoticon* dicuntur, sed ea conditione Petro parcat, si *henotico* subscribat, & Proterii factionem ad communionem recipiat.

Cap. XIII. Hæc fuerant suggesta ab Acacio CP. unde has literas attulit Pergamius Præfect. Ægypti, qui Alexandriæ invenit fugisse Joannem, & Petrum non fugere condiciones, quin magno conventu habito legit *henoticon*, eique subscripsit, & Proterianos recepit.

Cap. XIV. Referuntur verba Zenonis *henotici*, ut fides fervetur Nicæna, & CP. & Ephesina, damnans Nestorium, & Eutychem: confirmat etiam XII. capita Cyrilli, adduntur alia, & damnantur, qui alia dicant etiam in Synodo Chalced.

Antiochena Synodus.

Ex Synodico. Zenon Imperator illum, & Leontium misit adversus Orientis Episcopos, & expulit. Claudionem ex Antiochia, & in Oasin relegavit, ac Petrum Fullonem restituit. Hic Synodum hæreticorum habuit, in qua Chalced. Synodum damnavit anathemate, idem Xenaniam Episcopum Hierapoli ordinavit, qui Persa non baptizatus erat, & fortunæ servilis, & inflammator persecutionis hæreticorum. Hic primus ex Ecclesiis ejecit sacras imagines Christi, ejusque matris, omniumque Sanctorum.

Idem Anast. Nicephorus Monachus in Hist. Eccl. post Tripart. Zenon Imp. ab Antiochena Ecclesia Calandionem pellit, ac mittit in Oasin exulatum, ac Petrum Gnaphæa restituit, alios quoque Episcopos quasi faventes tyrannis ob non subscriptum *henoticon* expulit Ecclesiis. Petrus anathematissimos Chalced. Synodi, & Episcoporum innoxiorum ejectiones, & alia mala peregit, ad-

diditque hymno *Christe Rex, qui crucifixus es propter nos*, sed postea abstulit ea verba *Christe Rex*: Xenajam servum Episcopum Hierapoleos ordinat Philoxenum appellans; cum baptizatum non esse didicisset, *sufficit*, inquit, *pro baptismo consecratio*. Erat hic Persa natione, dominum fugiens sub Calandione se Clericum finxit: non recipiebat Christi, & Sanctorum imagines. Eum Calandion ejecerat.

Ex Theodor. Lib. II. Hist. Eccl. Niceph. Callistus. Calandion Byzantii consecratus est, Theodori confors. Hic Calandion addidisse dicitur ter sancto (hymno) *Christe Rex, qui crucifixus es pro nobis*.

Evagrius Lib. III. Cap. XVI. Hist. Eccl. Calandion Antiochenus Episcopus Zenoni Imp. & Acacio CP. scribit adversus Petrum tamquam adulterum, & hostem Chalced. Synodi, quam in electione Alexandriæ damnavit. Hos Zenon in Oasin relegavit, illum, & Leontium mittens. Petrus Fullo, qui ante Calandionem & Stephanum fuerat, subscripserat *henotico* Zenonis, cui Petro erat conjunctus Acacius CP. & Martyrius Hierosolymitanus, qui ad eum Synodicas scripserant.

Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Zenone mortuo, & Ariadne uxore, successit Anastasius, qui hæreticorum Synodum CP. coegit adversus Synodum Chalcedonensem. Tunc Armenias relegavit Euphemium, & suffecit sanctiss. virum Macedonium.

Ex Theodor. Lib. II. Hist. Eccl. Nicephorus Callistus. Anastasius rebelles Isauros fuisse adscribens Euphemio, quod ab eis literas accepisset, Synodum vocari jussit, & deponi; quo facto suffectus est Macedonius presbyter vasorum custos. Hic subscripsit *henotico* Zenonis ab Imp. delinitus. Erat autem Gennadii fratris filius. Euphemius in Euchaita deportatur: sumptus a Macedonio viatici dati sunt.

Romana Synodus.

Anastasius Biblioth. ex Theophane. Theodoricus Princeps tunc Romam tenens, quamquam Arianus esset, Synodo celebrata locali, Symmachum quidem Episcopum Romæ firmavit, Laurentium vero in Nuceria civitate locari precepit Episcopum; qui nullo pacto quiescens, sed seditiones commovens a Symmacho deponitur, & in exilium mittitur, & ita tumultus cessavit.

Antiochena Synodus.

Ex Synodico. Ejecto Petro Fullone Palladius Antiochiæ suffectus est, eoque mortuo Flavianus. Hic Synodum hæreticorum habuit, in qua suscepit unionem Zenonis, & tres universales Synodos recipiens scriptura: de quarta ob Imperatorem nihil dixit.

Nicephorus Monachus in Eccl. Hist. post Tripart. Anastasius Imp. Flavianum Antiochenum Episcopum coegit *henotico* Zenonis subscribere, qui facta Synodo Episcoporum subditorum longam epistolam scripsit, qua Nicænam, CP. & Ephesinam Synodos tuebatur, de Chalcedonensi nihil dixit. Improbatur Diodorum, subdit quatuor

Idem Anast.

De Synodis, & Pseudofynodis. LXXVII

capitula, in quibus de duabus naturis adversus Chalced. Synodum dicere ausus est. Quidam ajunt hæc capitula esse Acacii: Xenajas aperte anathema Leoni dixit, ac Synodo, & illis consentientibus, Constantinus Episcopus Seleucia anathema dicebat Chalced. Synodo.

Sidonensis Synodus.

Ex Synodico. Imp. Anastasius per Eutropium Tribunum jussit Flaviano Antiocheno, & Helias Hierosol. ut Synodum haberent Sidoni, & Chalced. damnarent, sed Helias id non passus est, ac Synodum dissolvit, & Anastasium, atque Eutropium contempsit, qua de causa in eum Imp. iratus est.

Nicephorus Monachus in Hist. Eccl. post Tripart. Anno vigesimo Anastasi Synodus apud Sidonem paratur. Soterius Episcopus Cæsareæ Cappadocia a Macedonio consecratus Synodum Chalced. recepit, sed postea hostis factus est: collocutus cum Xenaja, ambo Synodum apud Synadam (1) petebant, ut Chalced. Synodus reiiceretur. Ea cepra missio Eutropio tribuno dissoluta est; mandat Imperator ut gesta apud Sidoniam Flavianus Antiochenus, & Helias Hierosol. scriberent, Flavianus tres tantum Synodos, & *henoticon* Zenonis se recipere scripsit. Helias se Chalced. reiicere Flavianus etiam Antiochiæ Chalced. Synodum damnat, & Diodorum, & Theodorum, & Iban, & Theodoretum.

Ex Theodor. Lib. II. Hist. Eccl. Nicephorus Callistus. Helias Episcopo Hierosol. jubet Imp. ut Synodum habeat, quæ Concilium Chalced. damnet. Helias Synodum non habet, sed solus anathema Nestorio, Eutychi, Diodoro, & Theodoro dicit, & ipsi Concilio Chalced.

Marcellin. Comes. Indiotione V. Paulo, & Muschiano Coss. Anastasius infamem, & irridendam Synodum, apud Sidonem civitatem LXXX. ferme perfidorum Episcoporum fieri imperavit. Flavianus Antiochiæ Catholicus Patriarcha, & Joannes Palæstium Episcopus, quoniam hunc cœterum sacrilegum refellerunt, in Petram Castellum exules mittuntur. Illic Flavianus confessor mortuus est. Joannem Justinus Aug. revocavit.

Antiochena Synodus.

Ex Synodico. Flaviano redeunte Antiochiam Monachi Schisma moverunt ex Eutychiæ hæresi, atque Synodo coacta Flavianum ejecerunt, & Severum constituerunt Episcopum.

Anastasius ex Theophane. Anastasius iratus incitavit Monachos quosdam falsos convenire apud Antiochiam, & adversus Flavianum insurgere petens eum anathematizare Chalced. Synodum, & Diodorum, & Theodorum, & Iban, & Theodoretum, quod & fecit.

Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Severus cum CC. Monachis Acephalis ex Eleutheropoli CP. venit adversus Macedonium ad Anastasium: cum eo conjuravit, & Synod. Chalced. detestatus est.

Alia Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Anastasius Imp. Macedonium

CP. multis calumniis onerans in Gangra relegavit, ac postea cū Euphemio prædecessore ob persecutionem Gothorum, quasi transfugas gladio punivit. Timotheum Colonem, & redemptorem Ecclesiæ præfecit ejusdem fidei sectatorem, qui impiam Synodum cogens adversus Chalced. in-
vectus est cum Severo consentiens: itaque ambo Hierosolymas mittunt sua acta, quæ cum Helias non recepisset, ab Anastasio ejectus est in Evilan exulatum. Joannes ei suffectus, qui Severi, & Timothei acta confirmavit.

Sed Theodosius, & Sabas orthodoxi Monachi præfecti Eremiquasi sydera aliis prælucentes Monachorum Synodum coegerunt: quamobrem ab Imp. Anastasio in exilium missi sunt. Ipsi iterum Synodum cogunt, & quatuor volumina scripserunt in veritatis, & fidei testimonium: duo ad Imp. Anast. mittunt, tertium magistratibus, quartum ad Joannem Helias successorem. Hoc tempore Timotheus CP. mortuus est, eique suffectus Menas fuit.

Alia Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Diabolica arte factum est, ut paullo post quintam Synodum quidam a Juliano Alicarnassensi persuasi Justiniano tradiderint, carnem D. N. Jesu Christi fuisse divinam, & incorruptam, e celo in terras delapsam: quamobrem hæreticorum Synodum coegit, & non ita credentem Eutychem in Amasiam relegavit, & Joannem Antiochenum Scholasticum Byzantium Episcopum ordinari jussit in hæresi consentientem.

Nicephorus CP. Episcopus in Chronicis. Constantinop. Episcopus LII. Eutychem presbyter, & Monachus Amasie ann. XII. mens. XI. Hoc ejecto a Justiniano ann. XXXVIII. quod non reciperet ejus edictum de corpore Christi experte passionis LII. Joannes presbyter Antiochiæ ex numero scholasticorum ann. XII. mens. VII.

Evagrius Scholast. Lib. IV. Cap. XXXVIII. & XXXIX. Hist. Eccl. Paullo post quintam Synodum Eutychem CP. ejectus est, Joannes suffectus, qui erat ex vico Sirmio ex agro Antiocheno. Tunc Justinianus a fide declinavit, & edictum conscripsit post Vigilium Romæ Joanne Catilina Episc. & Joanne ex Sirmio CP. Apollinario Alexandria, & post Domnum Anastasio Theopolitarum Episcopo, & Macario Hierosol. post Eustachium. In eo edicto ad Romanos, Christum carne incorruptibilem dicebat, & passionis expertem, ut post mortem, ita edisse sine alimento cibi &c. His multos Sacerdotes consentire coegit. Sed Anastasius Antiochenus eum ab errore revocare temptavit.

Cap. XLI. Justinianus cum cogitaret Anastasium, & alios Episcopos relegare, morbo secreto correptus mortuus est post annum XXXVIII. mens. VIII.

Pelagii Papæ XI. Epist. l. p. 154. vol. 2. concil. edit. 2. Dilectissimis fratribus universis Episcopis, qui illicita vocatione Joannis CP. Episc-

(1) Sydonem. Anast.

scopi ad Synodum CP. convenerunt, Pelagius. Manifesto &c. D. Kal. Mart. Ind. V.

Alia Constantinopolitana Synodus bis.

Ex Synodico. Justiniano Justinus successit, Joanni Scholastico Euthychius ab exilio reversus, eo defuncto vita Joannes jejunator CP. consecratur. Justino Imp. Tiberius successit: huic Mauricius, Mauricio Phocas odiosus. Jejunatori Cyriacus, huic Thomas, Thomæ Sergius Monothelites. Phocam Heraclius occidit * ex occidente veniens. Cum in bellum adversus Persas profectus esset, ad Phasidem flumen pervenit, illic Acephalorum legationem audivit de duabus voluntatibus, quam remisit ad Cyrum Episcopum Phasidis, sed cum dubitaret, ad Sergium CP. miserunt. Is Synodum impiam cogens secutus Menæ Synodica, unam voluntatem ac potestatem in Christo D. N. declaravit, idque Heraclio verum esse rescripsit.

Heraclio CP. reverso Sergius iterum in Synodo idem constituit. *De his rebus viden. Anast. Biblioth. ex Theophane.*

Alexandrina Synodus.

Ex Synodico. Sed & Cyrus ex Phaside Alexandriam migrans Synodum ibi Archiepiscoporum impiorum cogens novem capita ad Sergium scripsit, unam voluntatem declarans.

*Hierosolymitana Synodus. **

* Hæc non recte inter Pseudosynodos collocatur.

Anast. Biblioth. ex Theophane. Inter hæc Sophronius consecratur Episcopus Hierosolymis, qui congregatis sub se degentibus Episcopis, impium, idest una voluntatem dogmatizantium, Monothelitarum dogma mucrone anathematis percudit, & Synodica Sergio CP. & Joanni (I) Romano Papæ transmisit.

Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Mortuo Sergio CP. Pyrrus eadem Sedem, & hæresim tenuit, ac in Synodo impiorum Sergii, & Cyri decreta confirmavit.

Alia Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Georgio CP. pie mortuo successit Theodorus beatiss. eique Paulus a Secretis, post quem Callinicus.

Tum Justinianus patri succedens Synodum CP. CCXL. Patrum coegit quæ prætermisissimos canones in quinta, & sexta Synodo edidit, & Paganorum, ac Judæorum, & hæreticorum abusus ex Ecclesia Dei abstulit.

Jo. Zonaras. Sub Justiniano posteriore, cui naves abscissæ sunt Constantini Barbatii filio, convenerunt CCXXVII. Episcopi jussu Imp. & canones ediderunt Ecclesiasticæ disciplinæ salutares ab eodem confirmatos. Hæc sexta quoque Synodus dicta est, quod supplere videretur sextam universalem.

Theod. Balsamon totidem verbis. Sed postea addidit non esse sextam Synodum, sed πενθέκτος quasi quintæ, & sextæ corollarium, & invehitur in Latinos, qui negant fuisse universalem, quod nec Episcopi occidentales, nec legati urbis Romæ interfuerunt. Testatur se vidisse in quodam veteri

monocanone subscriptos Basilium Episcopum Gortynæorum Metropolis Cretæ, & quemdam Ravennæ Episcopum pro legatis Urbis Romæ; sed & legatos Episcopum Thessalonicensem, & Dardaniæ, & Heracleæ in Thracia, & Corinthis. Alia postea addidit parum certa, & feditiosa adversus nostros.

Matt. Monachus. Sed & sub Justiniano sine naribus Imp. filio Constantini Barbatii, ejusque jussione convenerunt CCXXVII. Episcopi in Trullo, quæ domus est insignis CP. Imperatorum: in ea Canones constituti sunt, qui in superioribus deerant, non de fide actum est. Itaque πενθέκτη appellatur, non quinta, sexta, aut septima. Præfuerunt Paulus CP. Petrus Alexand. Georgius Antiochenus, Anastasius Hierosol. Joannes Justinianæ novæ Urbis, Basilus Gortynæorum Cretæ Metropolis, qui pro Ecclesiis S. Ecclesiæ Rom. interfuit, sic enim est in veteribus libris, nam post Imperatoris subscriptionem subscripti sunt Episc. supra scripti, licet Latini hanc non esse universalem contendunt, quod Legati Papæ Rom. non interfuerunt, qui in sexta Synodo sub Constantino interfuerunt, & hæc pluribus annis posterior illa est, quasi vero tot Sancti Patres mentiantur, qui hanc universalem appellant.

Citat itidem Constantini Cæsariensis historiã, ut ostendat alios pro Rom. Pont. interesse solere: ut Thessalonicensem, & Dardaniæ, & Heracleæ in Thracia, & Corinthis, & Ravennæ, & illum, de quo supra Basilium Cretensem, qui habere se scripsit jura Ecclesiæ Rom. Canones edidit CII. hæc Synodus.

Jo. Tili editio Canonum Græcorum. Canones ejus Synodi quæ convenit CP. in Trullo Palatii sub Justiniano Imperatore.

Ex Canone tertio. XV. Kal. Jan. Indictione VI. anno mundi VI. cxcix. (hoc est Christi 699.) *Vide posita ex Anast. biblioth. in VI. Synodo.*

Alia Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Leontius imperiũ arripuit, & Justinianum in Chersonesum relegavit. Artemius, qui Anastasius * coronam Leontio dedit: sed mox Justinianus reversus Archiepiscopum Callinicum oculis privavit, & in monasterium acclusit, & Cyrum Amastridos insulæ inclusum reduxit, quod ei imperium auguratus fuerat, & Patriarcham constituit. Sed Philippicus, & Bardanes ex Chersoneso cum classe venientes Justinianum Damatryde occiderunt, & Synodus habita est ab hæreticis unius voluntatis CP. turbato Cyro, & Monachum esse jusserunt: pro eo Joannes consecratus est.

Anast. Biblioth. ex Theophane. Anno primo Imperii Philippici factum est insanum Concilium contra sanctam VI. Synodum. Eodem anno cæcus Philippicus factus est.

Alia Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Leo Conon Isaurus Theodosii successor corruptus a Constantino Episcopo Nacoliq*, & a Bisare Patricio Sarracenis adhe-
te

te, impiam in Palatio Synodum adversus sacras imagines habuerunt. Cui cum auctoritatem præstare Germanus recusaret, discedere, & exuere se sacris vestibus coactus est, & domi se includere: ejus vero Diaconus Anthimus imaginem sacram ferens, occisus est: mortuus est etiam Germanus, & pro eo consecratus impius Anastasius, qui quæ pagani, & judæi facere in Ecclesiis Christianorum solent, fecit, & fieri permisit.

Anast. ex Theophane. vii. Id. Jan. xiii. Ind. feria iii. Impius Leo Synodum contra sanctas Imagines celebravit in tribunali xix. accubitorum advocato Patriarcha Germano, qui abrenuntiavit summo Sacerdotio exuens se pallio, & domum abiit.

Alia Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Leoni mortuo successit Constantinus filius, qui etiam ut Judæus, & paganus Ecclesiam persecutus est. Nam Constantinus successor Anastasii Synodum coegit impiorum, in qua idola appellavit sacras Christi, & sanctorum imagines, vetabat peregrinationes, & sacras reliquias igni tradebat. Prius Pamphylia: Episcopus hic fuerat, & magna scelera fecerat, cumque timeret dare pœnas, Imperatori se insinnavit, & compater fuit, sed tandem occisus est in venatione ab Imp. & pro eo Nicetas suffectus, cui Paulus Cyprius ex Salamine successit.

Anast. bibliothec. ex Theophane. Anno xliii. Constantinus impius contra sanctas Imagines Concilium iniquum CCCXXXVIII. Episcoporum congregavit in Palatio Hieria, quorum primus erat Ephesius filius Apſimari, & Pasillas Pergensis, nullo præſente ex catholicis sedibus Romana, Antiochena, Alexandrina, & Hierosol. a iv. Id. Febr. ad vi. Id. Aug. vii. Ind. & cum in Blachernis hostes fidei convenissent, ascendit Imp. in ambonem tenens Constantium Monachum Syllei Episcopum, quem Patriarcham constituit, & in foro anathema declaravit Germano, & Gregorio Cyprio, & Jo. Chryſorbæ Damasceno nepoti Mansur. Ann. mundi 6245. Christi 745.

Alia Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Mortuo in bello Bulgarorum Nicephoro successit Stauracius filius in imperio, cui Michael, Rhangala dictus, natus ex Sorore Procopia, & Leo, quem redimivit * Nicephorus Patriarcha. Hoc tempore florebat Theodorus Studites. Imperium sibi vindicavit Syrmelius * (forte Armenius) & Judæorum, & Manichæorum sectas induxit, & impiam Synodum coegit in magna Ecclesia CP. Nicephorum pius in Monasterium inclusit, Theodotum suffecit, & Casiteria * & Flavianus dictus est, atque imagines fregit, easque adorantes anathemati subjecit, ac publicationi, exilio, fame, & custodiis, & variis mortis generibus.

Alia Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Gladio occiso Leoni Michael Balbus successit, & Theodoto Antonius Monachus ex Monasterio, cui præerat Metropolitanorum *, fuerat autem prius Episcopus Perges in

Pamphylia depositus. Post Michaellem ejus filius Theophilus successit, qui Antonio mortuo suffecit Joannem præcursorem galonum *. Hi magnam persecutionem concitarunt, & Synodum impiam habuerunt in Blachernis adversus adoratores sacri Imaginum, quos anathemate damnabant.

Alia Constantinopolitana Synodus.

Beato Methodio mortuo Ignatius Monachus, ac presbyter filius Michaelis Imperatoris Nicephori filii consecratus est, adversus quem ambitio quorundam Episcoporum commonachorum seditionem concitavit, & cum auxilio Michaelis Imp. eum e sede CP. deturbarunt, in Insulam Terebinthum in exilium missum Synodo in Palatio habita, & Photium a secretis primum ordinarunt, & contrarios prætextu legationis ad Ignatium miserunt.

Alia Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Photius igitur adversus sacros Canones consecratus minime quievit, sed Imperatorem commovit, ut innocentem Ignatium in Mitylenem relegaret, & habita Synodus in Blachernis eum indicta causa deposuit, & minus audientes ac nolentes subscribere, communione privavit, alios vinculis coercuit. *Vidend. Nicol. I. epist. 1. pag. 745. vol. 2. Concil. edit. 1.*

Alia Constantinopolitana Synodus.

Ex Synodico. Ad hæc Photius ad beatum Nicolaum Romanum Papam misit, qui dicerent Ignatium ob corporis imbecillitatem, & senectutem renunciasse Ecclesiae, & ut hæresis imaginum fractorum aboleretur, petebat humiliter legatos ad se mitti, ut simul Ignatius damnaretur: missis igitur Rhodoaldo, & Zacharia Episcopis legatis CP. Photius in templo Apostolorum Synodum coegit, ut judicium adversus Ignatium haberetur, & prolatis LXXII. testibus laicis quibus suspiciones probarentur, juravit se contra eum non * judicasse. Fuerat autem Ignatius annos xi. mens. iv. dies xx. Episcopus; adversus quem canon editus est: „ Si quis Episcopus sæcularibus magistratibus usus Ecclesiam suscipiat, deponatur“ nihil de aliis dicens, ob quem eum damnaverant *.

Jo. Zonaras. Interpretatio dictæ sanctæ, ac magnæ Synodi primæ, & secundæ, quæ CP. habita est in templo Sanctorum Apostolorum. Dicta autem est, quod bis convenisset prima, & secunda in seditione inter catholicos, & hæreticos. Edidit Canones XVII.

Theod. Balsamon. Interpretatio Canonum octavæ Synodi quæ inscribitur *Prima, & Secunda* CP. in templo SS. Apostolorum. Quidam dubitant cur hæc una Synodus prima, & secunda dicatur. Temporibus sanctiss. Patriarchæ Photii, qui nomocanonem scripsit, habita est universalis Synodus a beatiss. Ignatio Patriarcha, & variæ seditiones ortæ sunt de fide, & de rebus ecclesiasticis, quamobrem nihil decretum, & iterum Synodus convenit, a quo nomen accepit, edidit autem Canones XVII.

Ale-

LXXX Antonii Augustini de Synodis, &c.

Alexius Aristenus. Canones Synodi CP. *Primæ*, & *Secundæ* in Templo Sanctorum Apostolorum habitæ xvii.

Matt. Monachus. Habita etiam est CP. alia Synodus in præclaro Apostolorum templo, quæ *Primæ* & *Secundæ* magna Synodus appellatur. Temporibus Photii Patriarchæ CP. quo tempo-

re Basilius Macedo Imperium accepit, post vii. Synodum anno Lxxv. Seditio principio orta eam interpellavit. Secundo igitur habita est, & canones editi sunt xvii.

Adde Nicolai I. epist. 1. p. 745. vol. 2. concil. edit. 2. Interfuerunt CCCXVIII. Episcopi ex Nicol. epist. 2. p. 756. eod.



ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

JURIS PONTIFICII VETERIS EPITOME.

Pars Prima

DE PERSONIS.

Tom. V.

A

ANTONII AUGUSTINI

PHILOSOPHI TARRACONENSIS

IURIS PONTIFICII VETERIS EPITOME

LIBER PRIMUS

DE IURIS

De Auctoris consilio, deque Operis utilitate

ANTONIUS AUGUSTINUS E SOCIETATE JESU.

QUI canones antiquorum conciliorum, epistulasque summorum Pontificum, quas *Decretales* appellant, jam inde ab ipsis propemodum ecclesie nascentis exordiis collegerint, fuisse per multos, eosque viros omni ex parte eruditissimos, cum per se nota res est, tum præfatione ad Gregorium XIII. Pont. Max. libro, quem edidit de antiquis epistularum Decretalium collectionibus, non minus graviter, quam erudite differit noster, tum quidem Ilerdensis Episcopus, mox vero Tarraconensis Archiepiscopus ANTONIUS AUGUSTINUS. Nam ut omittam antiquissimos illos, sive e Latinis Isidorum sanctissimum Episcopum Hispalensem, & alterum etiam Isidorum Hispanum minus notum, sed virum gravem, ac eruditum, & tertium eo notiolem cognomento Mercatorem; sive ex Græcis Sabinum Heracleæ Thraciæ Episcopum, ac Joannem Constantinopolis Patriarcham, insudarunt posterioribus sæculis haud sane infeliciter in hoc negotio, inter eosdem quidem Græcos, Photius Constantinopolitanus, Alexius Aristenus, Joannes Zonaras, Matthæus Blastares monachus, Theodorus Balsamon, Constantinus Hermanopolus, Arsenius, aliique nonnulli; e Latinis vero Martinus Bracarensis, Dionysius Exiguus, Cresconius, Deusdedit presbyter Cardinalis, Gregorius presbyter, cujus collectio Polycarpi inscriptionem præfert, Hildebertus Turonensis Archiepiscopus, & alii similes. Sed multo scèlicius in hoc eodem argumento versati sunt postremi omnium Burchardus Vormariensis, Ivo Carnotensis, Anselmus Lucensis Episcopi, & qui prioribus omnibus videtur tenebras offudisse, nobilis e sancti Benedicti familia monachus, vir sane in divino, humanoque jure exercitatissimus, Gratianus. Quorsum igitur, dicit quispiam, Tarraconensis noster novam post tot veteres, tamque egregias collectionem tentavit? cum præsertim vix plura, quam in illis, in hac nostra esse videantur, utpote quæ ultra ætatem Innocentii III. non protenditur. Videri enim id cuiusvis poterit non solum esse actum agere, sed fortasse etiam temere in alienos labores introire. Vere hæc quidem, sapienterque dicerentur, nisi artes omnes, ac disciplinae, in quibus tamquam in latissimis campis hominum excurrunt ingenia, adeo longe, lateque paterent, ut ad infinitatem propemodum quandam accederent: quo fit, ut priorum inventa scriptorum numquam posteriorum industriam retardarint, quominus in iisdem illis, hi disciplinis tractandis versarentur, si minus æquali cum gloria, certe cum utilitate, fructuque non vulgari. Scite enim quod Latinæ princeps eloquentiæ de præstantissimis duobus philosophis dixit, Aristotelem e scribendo non fuisse deterritum Platonis amplitudine. At qualis quantusque Plato, Deus immortalis longe omnium, quicumque aut scripserunt, ut ille idem ait, aut locuti sunt, & copia dicendi, & gravitate princeps. Quod, inquam, de his ille dixit, hoc idem & de Theophrasto Aristotelis discipulo dicere possumus, non fuisse deterritum subtilitate, atque auctoritate magistri, quin cum de aliis, tum de iisdem ipsis interdum rebus tam graviter, accurateque scriberet, ut magistrum ipsum, quod testantur libri de plantis, superare videretur. Possumus & idem dicere de Theophrasti discipulo Demetrio Phaleræo, quem nec Aristotelis, nec Theophrasti præstantia retardavit, quin easdem res ipsas, tum quæstiones philosophicas, tum de arte dicendi præcepta suis monumentis consignaret, in quibus illi ante elaboraverant. Nam, ut ait Poeta ille: *Non si priores Mæonius tenet sedes Homerus, Pindarica latent, Cæaque, & Alcæi minaces, Stesichorique graves camæna.* Sive enim suam quis in scribendo spectet gloriam, prudentis, cordatique hominis semper est habitum, prima spectantem in secundis saltem posse consistere; sive neglecta sua gloria spectarint ii posteriorum tantum utilitatem; quod de nostro Antonio Augustino & vere, & ingenue affirmare possumus, excogitarunt posteriores sæpe permulta, cum humani generis utilitate conjuncta, quæ prioribus in mentem minime venerunt. Ac ne recedam ab hac ipsa re, de qua sermonem institueramus, quamvis horum omnium, qui canones collegerunt, munus nequaquam sit decreta vel nova condere, vel condita interpretari, sed quæ a summis Pontificibus, a Conciliis, a sanctis Patribus constituta sunt, atque sancita, ea ipsa, & dispersa in unum locum colligere, & collecta apte disponere: quis non videt in hac ipsa re aliquid posteriores elaborare posse, quod priorum diligentiam præterierit? Collegit sane Gratianus, ut de uno hoc loquar, qui priores omnes videtur superasse, canones, ac decreta, præclare ille quidem, sed cui dubium esse possit, eum nec omnia potuisse colligere, quæ quingentis propemodum post ipsum annis ad nostram usque ætatem sancita sunt; nec vero collegisse quæcumque ante ipsum fuerunt omnia, sive quod eum nonnulla latuerint, sive, quod dum tot, tantisque colligendis insudat, mirum non sit, si pauca quædam ejus diligentiam, sedulitatemque fugerint. Quod si quis id clarius perspicere cupiat, evolvat diligenter Gratiani Decretorum librum: perspicue is cernet paucissima, ne dicam propemodum nulla, de Romanorum Pontificum auctoritate, de celebrandis conciliis, de censuris Ecclesiasticis, de ipsis denique sacramentis, quibus Ecclesia maxime nititur, toto eo volumine contineri. De ipso autem ordine, ac dispositione rerum, quod citra tanti viri invidiam dictum volo, multa viri eruditi in Gratiani collectione desiderant.

rant. Cum enim id sibi ipse proposuisset, quod ex ejus Decreti inscriptione liquido constat, ut discordantes in speciem canones redigeret in concordiam, causas quasdam, quæstionesque instituit, quibus quasi in iudicio in utramque partem quæstione proposita, causa ageretur; omnibusque hinc inde perpensis, ipse quasi arbiter honorarius canones contrarios, quasi partes inter se colligantes, mutuo quodam fœdere, atque amicitia colligaret. Ingeniosum quidem inventum. Verum, quod quis facile viderit, cum rerum ipsarum natura non admodum consentaneum, cum enim, ut præclare Jurisconsultus scriptum reliquit, ita natura comparatum sit, ut plura sint negotia, actionesque quam verba, qui fieri potest, ut infinita prope modum negotiorum, actionumque multitudo, causis non amplius sex & triginta, quæstionibus non plus centum, & septuaginta, quas ex causæ continent, coerceatur? Mitto, quod tripartitus ille ordo Distinctionum, Causarum, De consecratione, potius ascitus fortuito, quam ex juris ipsius principiis petitus esse videatur, sicut & illud, quod de Pœnitentia tractatum, prout occasio tulit, causis inferuit: quibus rebus factum est, ut pleraque involute, nonnulla præpostere, multa alieno loco digesta videantur; pleraque etiam interdum non sine fastidio aliquo repetita. Accedit ad hæc illud tertium, quod pleraque Romanorum Pontificum, Conciliorum, Patrumque testimonia, quæ Gratianus affert, confusa ita sunt interdum, atque inter se permixta, ut quæ unius sunt, sæpe tribuantur alteri: interdum ita dubia, incerta, apocrypha, ut eorum fides non raro nutet: denique verba ipsa Patrum, atque Pontificum parum bona fide non semel citentur, quæ omnia non solum ex antiquis Gratiani codicibus, verum ex novissima quoque ejusdem emendatione, Gregorii XIII. Pontificis Maximi jussu promulgata, liquido cuius constare poterunt. Neque aliam ejus rei causam existimaverim, nisi quod non ex purissimis, ac sincerissimis ipsis Patrum, Conciliorum, Pontificum fontibus illa sua hauserit Gratianus, sed rivulos haud ita puros Burchardi, Ivonis, aliorumque, qui ante se eodem in labore versati erant, confectatus, mox impuriores, ut in pejus præceptus est humanum ingenium, ipse reddiderit. Quibus rebus factum est, ut viri eruditi nonnulli, variis in locis, provinciam de eo emendando susceperint, & multam, sedulamque in ea re operam posuerint: ut Antonii duo, Demochares alter, Contius alter, & novissime memoria nostra plures Illustrissimi Cardinales, atque alii inferiores Antistites, cumque his viri docti permulti jussu Romanorum Pontificum egregie elaboraverint, quod opus tandem Gregorii XIII. Pontificis Maximi auspiciis, & perfectum, & invulgatum est, ita tamen ut non desinat, quæ desiderantur, in ea emendatione permulta. Verum qui plura de hoc argumento scire desiderat, consulat quadraginta illos aureos, atque omni eruditione refertos Auctoris de emendatione Gratiani Dialogos, in quibus & de hac ipsa re plura, & de consilio Auctoris inveniet. Neque tamen eo dicta velim, quo de Gratiani, viri religiosissimi, atque optime de Christiana Republica meriti, exiustimatione quidquam detractum velim; sed ut omnes intelligant Antonium Augustinum in novo tentando opere, nec actum egisse, nec oleum, atque operam perdidisse. Nam si multitudinem rerum, ac decretorum spectes, hæc nostra collectio multo est, quam illa, uberior, & copiosior, pluraque & antiquorum, & recentiorum Conciliorum, summorumque Pontificum, ac sanctorum Patrum decreta complectitur, nam a canonibus Apostolorum ad Concilium usque Lateranense sub Innocentio III. Pontifice Maximo celebratum, vix ullum desiderabis canonum, quem in hac collectione non invenias. Quod vero attinet ad ordinem ipsum, ac methodum, eam sibi sequendam esse duxit Auctor, quam primus Cæjus ille egregius Jurisconsultus in suis Institutionibus excogitavit, mox Tribonianus, Dorotheus, Theophilus Pandectarum juris civilis sapientissimi collectores, in illo nunquam satis laudato Pandectarum opere sequuti sunt. Denique Justinianus ipse piissimus Imperator in Institutionibus suo jussu evulgatis excepit, atque approbavit: nimirum ut tripartita esset Juris omnis divisio: ut aliud ad personas, aliud ad res, aliud ad actiones, judiciaque pertineret, quam Auctor noster prudentissime in hoc opere amplectendam sibi esse duxit. Primum quod partitio simplicissima, brevissimaque est: deinde quod maxime rerum ipsarum naturæ consentanea, nam primum personæ ipsæ sunt rerum, actionumque quasi fundamentum; tum res sequuntur recte; quæ personis ipsis quasi adjacent; postremo eorum actiones, ac judicia, quæ ex actionibus oriuntur. Adde quod ex hac divisione id maxime, inter cætera, existit commodi, quod qui Juri Civili dederunt operam, si mox ad Ecclesiasticum jus animum applicent, in nullo fatigentur novo ordine perquirendo: sed mutata solum materia, eandem prorsus rationem, ac distributionem in jure ecclesiastico his libris comprehenso reperiant, quæ juri ipsi civili maxime congruat, atque consentiat; eademque prorsus serie in hoc opere jus canonicum civili respondeat. Age autem, quanti facienda sit in rebus omnibus apta series, rerumque connexio, exemplis nonnullis illustremus. Hæc, quam cernis, porticus, hoc palatium, hæc ædes, templumque magnificum, quod admirabili opere elaboratum, & concinnatum intuentium rapit oculos sua varietate, ac pulchritudine, si illud dissolvas, ac diruas, quid erit aliud, nisi ingrata, deformisque trabium, lapidum, cementique congeries? Cum intueris egregium istud opus supremi artificis, quod nos in creatoris ipsius cognitionem, atque admirationem trahit, inverte illud, ut ignis inferne subsidat, terra, ac pelagus aeris locum habeant, cælum porro ipsum sese his, quasi per quasdam partes, ac portiones, infundat; quid aliud tunc erit hæc

L. Natura.
D. de præ-
script. verb.

L. i. D. de
statu homi-
num, & §.
Omne au-
tem. Instit.
de jure natu-
rali.

rerum universitas, nisi Democriticum illud chaos? quid nam aliud, nisi pondus iners, congestaque eodem. Non bene junctarum discordia semina rerum? Quanto artificio, Deus immortalis, partes humani corporis inter sese conspirant, atque consentiunt? quam apte quæque peragitur munus suum? At si quispiam oculos submittat ad pedes, pedes contra ad caput attollat, durissimis ossibus extrinsecus hominem vestiatur, pellem in intimas corporis partes recondat, digitos dentibus, gingivas unguibus muniatur, quis usus erit, quæ utilitas harum partium? nulla profus. Denique ut a rebus, de quibus agimus, non recedamus, præstantissimæ semper habitæ sunt inter cæteras Mathematicæ disciplinæ: cur vero? eo vel maxime, quia tam præclara serie, atque ordine contextæ sunt, ut a simplicissimis quibusdam exordiis, iis paucissimis, quæ Principia, Definitiones, Postulata appellant, admirabili quadam serie ad innumerabiles, easque exquisitissimas demonstrationes progrediantur, quæ ita ex sese aptæ, nexæque sunt, nihil ut in secunda sumatur, quod in prima demonstratum non sit, nihil in tertia, cujus certam scientiam non habeant e secunda. Hoc ipsum propemodum ex hac simplicissima Auctoris nostri divisione futurum auguramur, quod ex paucissimis illis Mathematicarum initiis oriri diximus: quod etiam in ipsis elementis oculis cernimus. Sive enim Elementa dixeris ipsa rerum mortalium exordia, sive litteras ipsas, quæ elementa etiam appellantur; certe & quatuor illa prima corpora, eaque simplicissima, infinita propemodum ex sese lapidum, herbarum, arborum, fruticum, animantium genera progignunt; & litteræ illæ numero sane non admodum multæ infinitam vocabulorum seriem suo complexu, conjunctioneque varia effecerunt, & multo plura sine ullo profus termino possunt efficere. Hac sane ratione cum tripartita sit nostri operis divisio, de personis, de rebus, de judiciis, ex his quasi seminibus nascuntur innumerabiles, tum quæstiones, tum causæ. Quod etiam ex ipso Jure civili perspicue cerni licet; in quo cum sit eadem ipsa tripartita divisio personarum, rerum, actionum, tot tamen causæ, ac quæstiones ex his nascuntur, ut lites ipsæ nullo sine terminari posse videantur; cuius, ut perspicuum facile esse possit, supervacaneum videri in ipso opere causas, quæstionesque distinguere. Accedo ad tertium illud caput, quo præstare Epitomen hanc Auctoris ceteris dicebamus, quod in ea certa sunt omnia, atque explorata. Ea quippe in re maximum Auctor studium, summumque laborem posuit, ut Concilia Græce, Latineque edita, nec non & manuscripta variis ex locis hinc inde conquireret, coacquisita inter se conferret, atque optima quæque seligeret, ex quibus canones hos certissimos ederet. Item quoque præstitit in summorum Pontificum epistulis decretalibus peruestigandis, in quibus multa, quæ aliorum industriam, perspicacitatemque latuerant, primus ipse in lucem claram, solemque produxit: quæque alii varios in locos minus accurate disperferant, ipse e suis quæque Auctorebus eruta, simul omnia in sanctissimæ totius Ecclesiæ honorem, christianorumque singularem utilitatem in unum conspectum dedit: ut labor hic non solum juris canonici, civilisque studiosis apprime utilis futurus sit, verum etiam sacræ Theologiæ candidatis propemodum dixerim necessarius; cum in hac epitome non solum tradantur, quæ ad lites causasque Ecclesiasticas judicandas pertinent, non solum totus judiciorum ordo exponatur, non solum declarentur ea, quæ ad crimina poenis Ecclesiasticis vindicanda faciunt; verum etiam nostræ fidei dogmata confirmantur omnia, hæreses etiam his contrariæ, schismata demum, atque eorum auctores convellantur; Summi Pontificis, atque unius in terris Christi Domini Vicarii, atque Conciliorum eximia stabiatur auctoritas, cunctorum, qui in Ecclesia sunt, dignitates, munera, officia, gradus explicentur: Sacramenta a Christo Domino in maximum Reipub. Christianæ bonum instituta, venerandumque missæ sanctissimæ sacrificium, cæteraque quæ ad illud cohonestandum instituta sunt, sacra templa, ædes, altaria, vasa, indumenta, sanctæ etiam imagines; ad hæc censurarum omnium vis, ac leges explorete aperiantur his libris omnia, atque aptissime illustrentur. Ceterum ne quis adhuc de Auctore operis scrupulus in animo alicujus infideat, illud notum omnibus esse volumus, non solum primam operis hujusce partem, quæ vivente adhuc Auctore prodiit, sed & secundam, & tertiam, quas multis annis, postquam ille ad meliores sedes convolvavit, nunc tandem in lucem damus, legitimum esse ipsius Antonii Augustini Archiepiscopi Tarraconensis scærum, opus ab ipso mirifica elaboratum industria, ac singulari studio concinnatum; quodque magis mirere, sua manu ad postremum usque librum, titulum, atque caput exaratum, emendatum, ac notis illustratum. Cujus rei fidem nobis faciunt manuscripti codices Tarracone jam inde in urbem delati, & in Bibliotheca Vaticana observati. Cum enim auctor suorum laborum, quos pro sancta Dei Ecclesia pertulerat, præmium reportaturus, evulgata jam prima Epitomes hujus parte, concessisset ad superos pridie Kalend. Maii Anni salutis millesimo quingentesimo octuagesimo sexto, Xistus V. Pontifex Opr. Max. Antonii Carafæ, qui tunc Bibliothecæ Vaticanæ præerat, viri non solum Ecclesiastica Cardinalitia dignitate, ac familiæ splendore illustris, sed & bonarum quoque litterarum scientia, integerrimæque vitæ exemplo multo illustrior monitu, atque instinctu: Xistus V. inquam Pont. Max. quod auctorem, atque opus magnificeret, Tarracone in Urbem, ut in lucem ederentur, reliquas duas partes adduci jussit, simulque virum eruditione insignem Franciscum Aduarte Cæsaraugustanum monachum Carthusiensem accerferit, quem hujus operis editioni præficeret, propterea quod is, antequam ad Carthusiensem transfret familiam, per biennium & amplius, una cum ipso Archiepiscopo, huic Epitomi digerendæ, atque ad-

mandæ multum operæ, ac laboris insumperat. Verum cum & hic non multo post, & Cardinalis ipse, sed & prius Xistus quoque Pont. Max. vita defuncti essent, non solum hi libri parente suo, sed suis quoque quasi tutoribus orbatu fuere; cura tamen, ac diligentia Illustrissimi, ac Reverendissimi Cardinalis Cæsaris Baronii, qui in ejusdem Bibliothecæ Vaticanæ administrationem successerat, Clementis VIII. Pont. Maximi auctoritate, in hodiernum usque diem integri in eadem Bibliotheca repositi, atque asservati sunt, ex qua tandem Sanctissimi Patris Pauli V. Pont. Opt. Max. liberalitate in lucem prodeunt. Quoniam igitur causas, rationesque suscepti operis exposuimus, frustra mihi monendus, multoque minus cohortandus videris, prudens Lector, ut tanti viri laboribus velis ipse proficere. Frustra, ut advectas longissimis e regionibus merces, ac margaritis pretiosissimas gratis tibi compares: frustra, ut ex horto Tarraconensis Archiepiscopi manu confito, solertiaque ejus dimenso, atque descripto non minus dulces, ac suaves, quam salubres quoque fructus degustes. Si enim animum ad hosce libros evolvendos adjeceris, non dubito fore quin dicturus ipse sis, illos post annos sex, & viginti, post quos Auctor in cælum, ut ex ejus eximiis virtutibus sperare licet, evolavit, hos labores in tuam, studiosorumque omnium utilitatem, & Ecclesiæ sanctæ commune bonum, haud frustra tandem aliquando emeruisse.

Quandoquidem quæ de consilio, ac mente auctoris in hoc opere suscipiendo præmittenda videbantur, breviter enarravimus: non ingratum tibi fore ducimus, si nonnulla (a)..... de canonum auctoribus dicamus. Quorum primi haud dubie sunt Romani Pontifices, conciliaque generalia, & provincialia, quos auctor in fine uniuscujusque refert, servata temporum ratione, ut antiquiora primo loco ponantur. Romanorum Pontificum, & conciliorum numerum, & ordinem ex ejus operibus, maxime ex libro collectionum antiquarum decretalium, hunc accipe. Sed cum ipse Auctor obierit Xisto V. Romano Pontifice, solaque concilia edita in isto catalogo proposuerit, nos & posteriores Rom. Pontifices, & non edita etiam concilia, quorum in hac Epitome ipse meminit, addidimus.

Nomina omnium Pontificum Romanorum.

P etrus Apostolus cæpit Anno Christi.	44.	35.	Marcus.	336.
(Linus vivo Petro.)	57.		Julius eodem anno.	
Clemens.	68.		Liberius.	351.
Clerus.	77.		(Felix junior viæ Liberio.)	355.
5. Anacletus.	84.		Damasus.	366.
Evaristus.	96.		Syricius.	385.
Alexander.	109.	40.	Anastasius.	398.
Xistus.	117.		Innocentius.	402.
Telesphorus.	127.		Zosimus.	416.
10. Hyginus.	138.		Bonifacius.	419.
Pius.	142.		Cælestinus.	423.
Anicetus.	153.	45.	Xistus tertius.	432.
Soter.	163.		Leo.	440.
Eleutherus.	171.		Hilarius.	461.
15. Victor.	186.		Simplicius.	467.
Zepherinus.	198.		Felix junior, dictus tertius.	483.
Callistus.	218.	50.	Gelasius.	492.
Urbanus.	223.		Anastasius junior.	496.
Pontianus.	231.		Symmachus.	498.
20. Anterus.	236.		Hormisdas.	514.
Fabianus eodem anno.			Joannes.	523.
Cornelius.	250.	55.	Felix tertius, dictus quartus.	526.
Lucius.	253.		Bonifacius junior.	530.
Stephanus.	255.		Joannes junior.	532.
25. Xistus junior.	257.		Agapetus.	534.
Dionysius.	260.		Silverius.	535.
Felix.	271.	60.	Vigilius.	537.
Eurychianus.	275.		Pelagius.	555.
Cajus.	283.		Joannes tertius.	561.
30. Marcellinus.	296.		Benedictus.	575.
Marcellus.	304.		Pelagius junior.	579.
Eusebius.	310.	65.	Gregorius.	590.
Miltiades.	311.		Sabinianus.	604.
Silvester.	314.		Bonifacius tertius.	607.

Bo-

(a) His Antonius Augustinus, nostri ex fratre nepos, pauca interserit; quæ, quum ex Patris verbis excerpta, & non (Pag. XI.) a nobis afferenda sint, consulto hoc loco prætermittimus.

	Bonifacius quartus.	608.	Agapetus junior.	946.
	Deusdedit.	615.	Joannes duodecimus.	956.
70.	Bonifacius quintus.	619.	Leo octavus.	964.
	Honorius.	622.	135. Joannes tertius decimus.	965.
	Severinus.	637.	Benedictus quintus, dictus sextus.	972.
	Joannes quartus.	639.	Bonifacius septimus.	974.
	Theodorus.	640.	Benedictus sextus, dictus septimus.	975.
75.	Martinus.	647.	Joannes quartus decimus.	984.
	Eugenius.	654.	140. Joannes quintus decimus.	985.
	Vitalianus.	657.	Joannes sextus decimus.	995.
	Adeodatus.	672.	Gregorius quintus eodem anno.	
	Domnio.	676.	Silvester secundus.	998.
80.	Agatho.	679.	Joannes septimus decimus.	1003.
	Leo junior.	682.	145. Joannes octavus decimus eodem anno.	
	Benedictus junior.	684.	Sergius quartus.	1012.
	Joannes quintus.	685.	Benedictus septimus dictus octavus.	1019.
	Cono.	686.	Joannes nonus decimus.	1024.
85.	Sergius.	687.	Benedictus octavus, dictus nonus.	1032.
	Joannes sextus.	701.	150. Gregorius sextus.	1045.
	Joannes septimus.	705.	Clemens secundus.	1047.
	Silynnius.	707.	Damasus secundus.	1048.
	Constantinus anno eodem.		Leo nonus.	1049.
90.	Gregorius junior.	716.	Victor secundus.	1055.
	Gregorius tertius.	731.	155. Stephanus decimus, dictus nonus.	1057.
	Zacharias.	741.	Nicolaus secundus.	1059.
	Stephanus junior.	752.	Alexander secundus.	1061.
	Stephanus tertius, dictus junior eod. mens.		Gregorius septimus.	1073.
95.	Paulus.	757.	(Clemens tertius vivo Gregorio.)	1080.
	Stephanus quartus, dictus tertius.	768.	Victor tertius.	1086.
	Hadrianus.	772.	160. Urbanus secundus.	1088.
	Leo tertius.	796.	Paschalis secundus.	1099.
	Stephanus quintus, dictus quartus.	816.	Gelasius secundus.	1118.
100.	Paschalis.	817.	Callistus secundus.	1119.
	Eugenius junior.	824.	Honorius secundus.	1124.
	Valentinus.	827.	165. Innocentius secundus.	1130.
	Gregorius quartus.	828.	Celestinus secundus.	1143.
	Sergius junior.	844.	Lucius secundus.	1144.
105.	Leo quartus.	847.	Eugenius tertius.	1145.
	Benedictus tertius.	855.	Anastasius quartus.	1153.
	Nicolaus.	858.	170. Hadrianus quartus.	1154.
	Hadrianus junior.	867.	Alexander tertius.	1159.
	Joannes octavus.	872.	Lucius tertius.	1181.
110.	Marrinus, dictus Martinus junior.	882.	Urbanus tertius.	1185.
	Hadrianus tertius.	884.	Gregorius octavus.	1187.
	Stephanus sextus, dictus quintus.	885.	175. Clemens tertius.	1188.
	Formosus.	891.	Celestinus tertius.	1191.
	Bonifacius sextus.	895.	Innocentius tertius.	1198.
115.	Stephanus septimus, dictus sextus.	896.	Honorius tertius.	1216.
	Romanus.	897.	Gregorius nonus.	1227.
	Theodorus junior eodem anno.		180. Celestinus quartus.	1241.
	Joannes nonus eodem anno.		Innocentius quartus.	1243.
	Benedictus quartus.	898.	Alexander quartus.	1254.
120.	Leo quintus.	902.	Urbanus quartus.	1261.
	Christophorus eodem anno.		Clemens quartus.	1265.
	Sergius tertius.	903.	185. Gregorius decimus.	1271.
	Anastasius tertius.	910.	Innocentius quintus.	1276.
	Lando.	912.	Hadrianus quintus eodem anno.	
125.	Joannes decimus.	913.	Joannes vigesimus, dictus vigemus pri-	
	Leo sextus.	928.	mus eodem anno.	
	Stephanus octavus, dictus septimus eo-		Nicolaus tertius.	1277.
	dem anno.		190. Marrinus secundus, dictus quartus.	1281.
	Joannes undecimus.	930.	Honorius quartus.	1285.
	Leo septimus.	935.	Nicolaus quartus.	1288.
130.	Stephanus nonus, dictus octavus.	939.	Celestinus quintus.	1294.
	Martinus junior, dictus tertius.	942.	Bonifacius octavus eodem anno	

195. <i>Benedictus nonus, dictus undecimus.</i>	1303.	<i>Hadrianus sextus.</i>	1522.
<i>Clemens quintus.</i>	1305.	<i>Clemens septimus.</i>	1523.
<i>Joannes vigesimus primus, dictus vigesimus secundus.</i>	1316.	<i>Paulus tertius.</i>	1534.
<i>Benedictus decimus, dictus duodecimus.</i>	1334.	<i>Julius tertius.</i>	1549.
<i>Clemens sextus.</i>	1342.	225. <i>Marcellus secundus.</i>	1555.
200. <i>Innocentius sextus.</i>	1352.	<i>Paulus quartus eodem anno.</i>	
<i>Urbanus quintus.</i>	1362.	<i>Pius quartus.</i>	1560.
<i>Gregorius undecimus.</i>	1371.	<i>Pius quintus.</i>	1566.
<i>Urbanus sextus.</i>	1378.	<i>Gregorius tertius decimus.</i>	1572.
(<i>Clemens septimus vivo Urbano eod. ann.</i>)		230. <i>Xistus quintus.</i>	1585.
<i>Bonifacius nonus.</i>	1389.	<i>Urbanus septimus.</i>	1590.
(<i>Benedictus undecimus, dictus tertius decimus vivo Bonifacio.</i>)	1394.	<i>Gregorius decimus quartus eodem anno.</i>	
205. <i>Innocentius septimus.</i>	1404.	<i>Innocentius nonus.</i>	1591.
<i>Gregorius duodecimus.</i>	1406.	<i>Clemens octavus.</i>	1592.
<i>Alexander quintus.</i>	1409.	235. <i>Leo undecimus.</i>	1604.
<i>Joannes vigesimus secundus, dictus vigesimus tertius.</i>	1410.	<i>Paulus quintus eodem anno.</i>	
<i>Martinus tertius, dictus quintus.</i>	1417.	(a) <i>Gregorius decimus quintus.</i>	1621.
210. <i>Eugenius quartus.</i>	1431.	<i>Urbanus octavus.</i>	1623.
<i>Nicolaus quintus.</i>	1447.	<i>Innocentius decimus.</i>	1644.
<i>Callistus tertius.</i>	1455.	240. <i>Alexander septimus.</i>	1655.
<i>Pius secundus.</i>	1458.	<i>Clemens nonus.</i>	1667.
<i>Paulus secundus.</i>	1464.	<i>Clemens decimus.</i>	1670.
215. <i>Xistus quartus.</i>	1471.	<i>Innocentius undecimus.</i>	1676.
<i>Innocentius octavus.</i>	1484.	<i>Alexander octavus.</i>	1689.
<i>Alexander sextus.</i>	1492.	245. <i>Innocentius duodecimus.</i>	1691.
<i>Pius tertius.</i>	1503.	<i>Clemens undecimus.</i>	1700.
<i>Julius secundus eodem anno.</i>		<i>Innocentius decimus tertius.</i>	1721.
220. <i>Leo decimus.</i>	1513.	<i>Benedictus decimus tertius.</i>	1724.
		<i>Clemens duodecimus.</i>	1730.
		250. <i>Benedictus decimus quartus.</i>	1740.
		<i>Clemens decimus tertius.</i>	1758.
		<i>Clemens decimus quartus.</i>	1769.

Nomina Conciliorum.

Græcorum Generalium.

N icanum sub Silvestro Papa anno Christi.	325.
Constantinopolitanum sub Damaso Papa.	381.
Ephesinum sub Celestino Papa.	430.
Chalcedonense sub Leone Papa.	451.
Constantinopolitanum sub Vigilio Papa.	553.
Constantinopolitanum sub Agathone Papa.	681.
Nicanum secundum sub Hadriano.	789.
Constantinopolit. sub Hadriano juniore.	870.

Latinorum Generalium.

R omanum sub Gregorio septimo Papa anno.	1078.
Lateranense sub Callisto juniore.	1113.
Lateranense sub Innocentio juniore.	1139.
Turonense sub Alexandro tertio.	1163.
Lateranense sub Alexandro tertio.	1180.
Lateranense generale dictum sub Innocentio tertio.	1215.
Lugdunense sub Innocentio quarto.	1245.
Lugdunense sub Gregorio decimo.	1273.
Viennense sub Clemente quinto.	1311.
Constantiense sub Martino quinto.	1417.
Ferrariense, & Florentinum sub eodem.	1438.
Lateranense sub Julio II. & Leone X.	1511.
Tridentinum sub Paulo tertio, & Julio tertio, & Pio quarto.	1545.

A nomina Conciliorum Provincialium.
Niuchenum sub Dionysio Papa.

Ancyranum sub Marcellino.
Neocasariense sub Eusebio.
Romanum sub Silvestro.
Romanum secundum sub eodem.
Eliberinum sub eodem.
Arelatense sub eodem.
Gangrense sub eodem.
Arelatense secundum sub eodem.
Carthaginense sub eodem.
Romanum tertium sub Julio.
Agrippinense sub eodem.
Antiochenum secundum sub eodem.
Sardicense sub eodem.
Laodicenum sub Liberio.
Aquilejense sub Damaso.
Cæsaraugustanum sub eodem.
Valentinum Gallie sub eodem.
Telense sub Syricio.
Carthaginense secundum sub eodem.
Carthaginense tertium sub eodem.
Carthaginense quartum sub eodem.
Taurinatense sub eodem.
Carthaginense quintum sub Anastasio.
Toleranum sub eodem.
Milevitanum sub Innocentio.
Carthaginense sextum sub Bonifacio.
Carthaginense septimum sub eodem.
Africanum sub eodem.
Regiense sub Xysto tertio.

[a] Post Paulum quintum nomina Pontificum Romanorum, usque ad hæc tempora, a nobis adjecta sunt.

- Agathense sub eodem.*
Arausicanum sub Leone.
Vasense sub eodem.
Carpentoractense sub eodem.
Arclatense tertium sub eodem.
Venetum sub eodem.
Turonense sub eodem.
Romanum sub Hilario.
Tarraconense sub Felice tertio.
Epaunense sub Gelasio.
Romanum sub Symmacho.
Item secundum, tertium, quartum, quintum,
sextum.
Ilerdense sub eodem.
Valentinum Hispaniæ sub eodem.
Aurelianense sub Hormisda.
Gerundense sub eodem.
Cæsaraugustanum secundum sub eodem.
Toletanum secundum sub Joanne secundo.
Aurelianense secundum sub Vigilio.
Aurelianense tertium sub eodem.
Arvernense sub eodem.
Barcinonense sub eodem.
Aurelianense quartum sub Pelagio.
Turonense secundum sub eodem.
Parisiense sub eodem.
Aurelianense quintum sub eodem.
Parisiense secundum sub eodem.
Hispalense sub eodem.
Lucense sub Joanne tertio.
Toletanum tertium sub Pelagio secundo.
Lugdunense sub eodem.
Cæsaraugustanum tertium sub eodem.
Matisconense sub eodem.
Barcinonense secundum sub eodem.
Lugdunense secundum sub eodem.
Oscense sub eodem.
Valentinum secundum Galliæ sub eodem.
Matisconense secundum sub eodem.
Romanum sub Gregorio.
Lateranense sub eodem.
Egarense, seu Tarraconense sub Bonifacio III.
Antisiodorenses sub Deusdedit Papa.
Hispalense secundum sub Honorio.
Toletanum quartum sub eodem.
Toletanum quintum sub eodem.
Toletanum sextum sub eodem.
Braccarense sub eodem.
Braccarense secundum sub eodem.
Toletanum septimum sub Theodoro.
Lateranense sub Martino.
Toletanum octavum sub eodem.
Toletanum nonum sub eodem.
Toletanum decimum sub eodem.
Cabilonense sub Eugenio.
Toletanum undecimum sub Vitaliano.
Braccarense tertium sub eodem.
Anglicanum primum sub eodem.
Emeritense sub eodem.
Anglicanum secundum sub eodem.
Toletanum duodecimum sub Agathone.
Toletanum decimum tertium sub eodem.
Toletanum decimum quartum sub Benedicto
Secundo.
Cæsaraugust. tertium, vel quartum sub Sergio.
Toletanum decimum quintum, decimum se-
xtum, decimum septimum sub eodem.
Romanum sub Gregorio secundo.
Romanum sub Zacharia.
Francicum sub eodem.
Suessionense sub eodem.
Toletanum decimum octavum sub eodem.
Apud Palarium Vernis sub eodem.
Francosordienense sub Hadriano.
Forojulienense sub eodem.
Apud Theodonis villam sub Leone tertio.
Arclatense quartum sub eodem.
Turonense tertium sub eodem.
Cabilonense secundum sub eodem.
Maguntinum sub eodem.
Remense sub eodem.
Aquisgranense sub eodem.
Parisiense sub Eugenio secundo.
Romanum sub eodem.
Aquisgranense secundum sub eodem.
Maguntinum secundum sub eodem.
Aguense, sive Aquisgranense tertium sub eodẽ.
Meldense sub eodem.
Apud sanctum Medardum, sive Suessionense
secundum sub eodem.
Valentinum Galliæ tertium sub Leone IV.
Romanum sub eodem.
Ticinense sub eodem.
Pistense sub Nicolao.
Confluentanum sub eodem.
Tullense sub eodem.
Vormatiense sub Hadriano secundo.
Coloniense sub Stephano sexto.
Moguntiacense sub eodem.
Metense sub eodem.
Triburiense sub Bonifacio sexto.
Nannetense sub eodem.
Constantinopolitanum sub Joanne nono.
Troslejan. sub Sergio tertio.
Legionense in Hispania sub eodem.
Salgunstadiense sub Benedicto octavo.
Lemovicen. sub Joanne decimonono.
Ravennense sub eodem.
Pampilonense sub eodem.
Romanum sub Nicolao secundo.
Romana multa sub Gregorio septimo.
Rhemense sub Eugenio tertio.
Alemanicum sub Honorio tertio.
Oxonienense sub incerto.

Ex his Romanis Pontificibus, ex hisque conciliis, collegit Antonius Augustinus hos Canones hac peculiari arte, ac methodo. Ex quo facile colliges, quanta sit eorum auctoritas, & certitudo. Qui enim a Romanis Pontificibus, qui ex conciliis œcumenicis, vel provincialibus ab eisdem Summis Pontificibus receptis, & approbatis desumuntur, omnino sunt certi, stabiles, firmæque auctoritatis, minoris, qui ex reliquis conciliis colliguntur: & si hi, cum ab ecclesia non reprobantur, utpote qui a pluribus doctoribus, & ecclesiæ pastoribus stabiliuntur, majoris ponderis sint, quam

qui a peculiari aliquo sancto Patre, & si gravissimo, & doctissimo colliguntur, ut a Basilio, Gregorio, Teophilo, & similibus. Ideo ab Auctore in toto hoc opere primo loco statuuntur conciliorum generalium Canones, deinceps aliorum, in quibus Romani Pontifices interfuere, quos a Summis Pontificibus approbatos esse certissimum est, tertio loco qui Apostolorum dicuntur, cum hi, si non ab Apostolis, a B. Clemente saltem dimanasse credantur. Jam quarto ex Pontificum summorum decretalibus epistulis, deinceps Provincialium conciliorum decreta. Sexto sanctorum aliquorum patrum dicta, quæ & ab aliis referuntur collectoribus, & magni semper in ecclesia habita sunt. Ultimo in loco statuuntur Damasi, vel Pontificalis de Pontificibus testimonia, aut si quæ ex Imperatoribus, aliisve historicis minoris auctoritatis adducuntur.

Excipe primum librum, in quo cum de Romani Pontificis dignitate, & privilegiis differatur, post concilia illa prima a Summis Pontificibus approbata, Romanorum Pontificum testimoniis conciliorum provincialium canones præferuntur, ut exteriora testimonia minus suspecta judicentur.

De octo œcumenicis conciliis Græcis, vide Auctorem lib. v. a Tit. xi. ad xxiii. de aliis conciliis, in quibus interfuere Romani Pontifices, vide Tit. xxiv. IX. concilium CP. sub Joanne VIII. vel IX. reiicio cum auctore lib. posteriori de Emendatione Gratiani dial. vi. Basiliense etiam omitto, ut nunquam, neque ex parte, a Romano Pontifice approbatum: Constantiense amplector, qua ex parte a Martino V. confirmatum fuit, reliqua œcumenica concilia Græca vel Latina amplectenda omnino sunt. Excipio canones sextæ, seu quintæ sextæ CP. synodi, qui Trullani vocantur, nec enim ex quinta, vel sexta œcumenica synodo prodire, sed ex pseudosynodo hæreticorum post illas, de qua noster Auctor in lib. posteriori de Emendatione Gratiani dial. vii. & viii.

Provincialia concilia, præter supradicta, a summis Pontificibus approbata invenio, Milevitanum, Carthaginense VI. & VII. Emeritense, & Nannetenſe, qui in corpus canonum, in quo tamen aliquos pseudosynodorum canones, ut Antiochenos, inveniri non dubito, usus tamen, & praxis ecclesiæ eos videtur approbasse ob eorum utilitatem, quod de multis Trullanis dicere possumus, ut potius doctrina, quam auctor eorum æstimetur.

Quid vero de Canonibus Apostolorum sentiendum est? Consule Auctorem lib. priori de Emendatione Gratiani dial. VI. qui eorum quinquaginta recipiendos docet. Sed inter M. S. codices secundæ partis hujus epitomes, hæc de illis inveni.

- „ Liber Canonum Apostolorum apocryphus “. *Gelas. in synod. LXX. Episc. c. 2. in medio.*
 „ Septuaginta * Apostoli sententias præfixerunt cum aliis quamplurimis Episcopis, & servandas censuerunt “. *Zephyr. epist. 1. ante fin. Ivo lib. 2. tit. 11. c. 17. & part. 4. c. 107. decr.*
 „ Huic sanctæ synodo placuit, ut ab hoc nunc tempore firmi, stabilesque maneant, qui a sanctis patribus, qui nos præcesserunt, suscepti, ac confirmati sunt, atque adeo nobis etiam traditi sunt, sanctorum, & gloriosorum Apostolorum nomine octoginta quinque canones “. *Trull. c. 2. in princ. Ivo p. 4. c. 106. decr. l. 2. tit. 11. c. 29. panorm. Casaraug. lib. 1. cap. 40.*
 „ Clementis librum, id est Petri Apostoli itinerarium, & Apostolorum canones numerant patres inter apocrypha exceptis quinquaginta capitulis, quæ decreverunt regulis orthodoxis fidei adjungenda “. *Humberius Cardinalis Leo IX. legatus contra Nicetam Abbatem. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 37. panorm. & part. 4. cap. 105. decr.*
 „ De institutis, vel constitutis, vel sententiis Apostolorum meminere “. *Telesph. epist. 1. in princip. Victor epist. 1. post princ. & in med. Zephyr. epist. 1. in med. & ante fin. & epist. 2. in princ. Callist. epist. 2. in princ. Fabian. epist. 1. ante fin. Eutych. epist. 1. in fin. Nicol. ad consul. Bulgar. cap. 72. Apost. cap. ult.*

Hæc de præcipuis canonum auctoribus dicta sufficiant: plura dicunt, qui vel concilia, vel eorum historias colligunt. Sunt alii, qui ab Auctore in hac Epitome citantur, non tam ut auctores, quam ut collectores canonum: quia eos, ut a majoribus acceptos, ab Apostolis, inquam eorumque successoribus, & ab iis, qui ab initio nascentis ecclesiæ usque ad sua tempora in ea florere, nobis tradiderunt. De illis multa auctor in præfatione ad Greg. XIII. ad quatuor antiquas decretalium epistularum collectiones, & in præfatione libri de canonibus Pœnitentialib. nonnulla in dialogis de Emendatione Gratiani: sed hoc de eis opusculum, quasi ex ultimo testamento legatum accipito (a).

Gratiani canones, & decretalium epistularum ex quatuor antiquis collectionibus, & ultima Gregorii IX. in margine designantur, cum ceteros collectores post canonum auctores posuerit.

Habes igitur, studiose Lector, in hoc opere non modo canones Romanorum Pontificum, usque ad Innocentium III. & conciliorum, aliquorumque sanctorum, sub suis titulis recte dispositos, verum etiam loca, in quibus alii collectores eos constituerint. Cur tamen Auctor post Innocentii III. tempora canones non collegerit, causâ fortasse est, quod viderit posteriores eo Pontifices in suis, & aliorum Pontificum canonibus concinnandis, & evulgandis elaborasse, ut Honorium III. Gregorium IX. Bonifacium VIII. Clementem V. Joannem XXII. & similes, quibus libenter cessit. Nec difficile est, hac arte, & methodo inventa, hanc collectionem ad nostra usque tempora deducere. Sed de his omnibus, quasi prolegomenis fatis.

Ra-

(a) Quæ sequuntur verba, in libelli de Collectoribus Canonum coronide ab Augustino Nepote scripta, in hunc opportunior locum transtulimus.

Ratio consilii Auctoris de editione hujus Collectionis veteris Pontificii juris ex ejusdem fere scriptis.

UT in jure civili, sub titulo De veteri jure enucleando, Justiniani Constitutiones exstant, quibus Triboniano, & aliis Jurisconsultis committitur Pandectar. sive Digestor. ex veterum juris civilis scriptorum collectio: sic nostrum opus, quod ex Conciliorum veterum, & Pontificiarum Epistolarum libris collegimus, quæ generalis Concilii Lateranensis Innocentii III. temporibus circumscribuntur: nihil enim posterius invenies: vetus jus Pontificium appellavimus. Quanta autem sit jurisprudentiæ veteris dignitas, nostrum non est pluribus ostendere, cum sit omnium hominum Judicio perspicua. Epitomen autem appello, proptereaquod non omnia verba refero, sed quæ præcipua mihi visa sunt. Ac sæpe ex magna Concilii alicujus mole, præter canones pauca sumpsi: item ex longis epistolis quorundam Pontificum aliquot tantum sententias. Græca etiam non semper totidem verbis sum interpretatus, sed tantum sententiis colligendis contentus, cetera reliqui, ut ex fontibus hauriantur. Nos vero, quod maxime secuti sumus, hæc est, ut juris artem traderemus, & ordine & ratione uti possemus in his, quæ temporis solum ordine collocata fuerant. Locos vero quosdam communes nobis paravimus, quibus, cum commodum esset, uteremur. In his quædam repetita sunt ut facilius inveniantur: & veteres dixerunt, quæ pulchra sunt, sæpe dici possunt. Hanc autem Epitomen in tres partes distribuimus. Prima est de Personis: Secunda de Rebus: Tertia de Judiciis. Sic etiam Cajus, & Justinianus initio Institutionum: Omne jus, quo utimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Nos judicia pro actionibus posuimus; quia veteres actionum formulæ etiam apud juris civilis peritos obsoleverunt: cum enim hominum causa omne jus constitutum sit, oportet primo de personarum statu, ac post de ceteris, ut res patitur, verba facere. Divisio autem qua utimur in hac prima parte hujusmodi est. Homines aut Christiani sunt, aut non Christiani, ut Judæi, & Pagani. Christiani aut Catholici sunt, aut hæretici, aut schismatici. Catholici aut Clerici, aut laici: clerici aut sæculares, ut vocant, aut regulares, sive monachi. Rursus Clericos in Pontifices, & non Pontifices divido. Pontifices in Maximum, sive Romanum; Majores, ut Patriarchas, Primates, & Archiepiscopos, sive Metropolitanos. Minores, ut Episcopos. Clerici non Pontifices dividuntur in Chorepiscopos, Presbyteros, Diaconos, & Hyppodiaconos, & alios clericos sive minorum ordinum, sive sola tonsura initiatos. De conciliis agimus post Episcopos; de Sanctimonialibus virginibus post monachos: Sic etiam de aliis personis, quæ his locis adnectuntur. Initium a Pontifice maximo fecimus, ut a capite, quod potissimum est nostri corporis membrum, ad inferiora descenderemus. Sequuntur Patriarchæ, & Primates, post Archiepiscopi, & deinceps reliqui, quos antea commemoravimus: quorum electionem, munera, privilegia, & reliqua omnia, quæ potissima videntur, ita collegimus, ut singula personarum genera singulis libris complecteremur. In primo autem libro Concilia provincialia, & quorundam Patrum sententias ante Pontificis Maximi epistolas posuimus, licet constet has illis præferri oportere, & in aliis libris præferantur. Cum enim in eo de privilegiis Pontificis Maximi, & Ecclesiæ Romanæ agatur, malimus ex inferiorum testimoniis ea elicere, quam ex ipsis Pontificum verbis. Illud vero in primis curavimus, ut ea omnia in singulis libris in medium proferrentur, quæ præcipua sunt, & præcipue ab omnibus in illo hominum, aut rerum genere quæri solent. Itaque cum de

Pontifice Maximo loquimur, quidquid de ejus Primatu electione, & consecratione, de majoribus negotiis ad eum referendis, de fide Ecclesiæ Romanæ, & de aliis rebus ejus generis in jure Pontificio veteri cautum est; & in variis conciliis, & Pontificum Romanorum epistolis longe lateque dispersum circumfertur; id omne conjunctum, & in titulos conjectum, ordineque, & methodo collocatum in hac Epitome continetur. Idem videre licet in aliis libris, ut si secundam partem evolvas & de baptismo quæras, ea omnia, quæ multorum dierum spatio, etiam hi, qui diu in conciliis versati sunt, vix invenire queunt, de materia, forma, de ministro, de cæremoniis, de diebus olim ad suscipiendum baptismum destinatis, & denique cetera omnia, quæ de Baptismo antiqui Patres decreverunt, conjuncta, & momento quodam, atque judicio disposita, quivis sine ullo labore puncto temporis intueri potest. Possẽm de Eucharistia, & de aliis Sacramentis; possẽm de accusationibus, & de toto judiciorum ordine; item de criminibus, & pœnis exempla percensere; sed quia cuivis ex lectiõne horum librorum in promptu sunt, illorum commemorationem consulto modo prætermittimus. Quemadmodum igitur, ut ille ait, si quis in aliquam locupletem, ac refertam domum veniret, non explicata veste, neque proposito argento, neque tabulis, & signis propalam collocatis; sed his omnibus multis, magnificentique rebus constructis, ac reconditis, huic certe si spectandi cupidus esset, gratissimum faceret, qui eam ornamentorum copiam in lucem proferret, & suo quidquid loco collocaret; similiter nunc non injucundum, aut inutilem hunc laborem a nobis susceptum illis futurum puto, qui jus Pontificium amplectuntur, quæ enim in ipsis Conciliorum, & epistolarum libris, quasi per quædam involucria, & integumenta cernunt, in hac collectione studiose contemplari, eaque distincta, & partibus distributa perspicere possunt. Neque vero quisquam eam supervacaneam existimet, quia jam alii antiquos canones collegerunt, quamvis enim in hac scribendi genere versati sint Burchardus, & Ivo, & Anselmus, & alii, quos, quia paucis noti sunt, silentio prætereo; & præter ceteros Gratianum, qui multorum judicio tantum excellit, ut reliquis omnibus tenebras effudisse videatur; nullus tamen hac de causa, quantum conjectura consequi possum, si res non populari trutina examinatur, sed diligenter, ut par est, perpenditur, me operam perdidisse judicabit. Primum hæc nostra collectio multo est uberior, & copiosior, permulta enim Sanctorum Patrum decreta in ea invenies, quæ apud Gratianum desiderantur. Deinde cum methodus, & dispositio eorum, quæ colliguntur, sit in hoc scribendi methodo maxime necessaria; complura, quibus nec modum, nec ordinem adhibuit Gratianus, in hac collectione ita disposita invenies, ut facile quidquid quæras invenire valeas. Præterea cum oporteat res certas proponi, sane in hac parte magnopere elaboravimus; nam & capita omnia ex ipsis fontibus, quod sæpe viri docti in Gratiano desiderant, haurire conati sumus, & auctores omnes, qui ipsa decreta eisdem conciliis, aut epistolis tribuunt, in medium adduximus. His adjungere historiam in animo semper habuimus, tum ob alias causas, tum quia ex ea perspicue apparebit, decreta, quæ afferuntur, ex aliis conciliis, quibus tribui solent, sine dubio emanasse. Hæc igitur sunt, quæ mihi de hac Epitome modo in mentem veniunt, quam si videro hominibus eruditis probari, fructum me percepisse maximum putabo: sin autem, nunquam me in ecclesiæ catholicæ utilitatem, cui me totum, omniaque mea studia perpetuo dicavi, operam contulisse pœnitebit.

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

JURIS PONTIFICII VETERIS EPITOME.

PARS PRIMA DE PERSONIS.

LIBER PRIMUS

De Pontifice Maximo.

TITULUS I.

DE PETRI APOSTOLI, ET SUCCESSORUM ROMANORUM PONTIFICUM PRIMATU.

CAPUT I.



GO dico tibi: quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalent adversus eam: Et tibi dabo claves Regni cælorum: & quodcumque ligaveris su-

per terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumque solveris super terram, erit solutum, & in cælis. *Christ. apud Matth. cap. 16.*

CAPUT II.

Cum prandissent, dicit Simoni Petro Jesus: Simon Joannis, diligis me plus his? dicit ei: Etiam Domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Joannis, diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Joannis, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio; amas me? & dixit ei: Domine, tu omnia scis; tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce oves meas. *Joann. cap. ult.*

CAPUT III.

Sanctissimus, ac Beatissimus Papa, caput universalis Ecclesiæ Leo, per nos, ut Legatos suos, sancta Synodo consentiente, Petri Apostoli præditus dignitate, qui Ecclesiæ fundamentum, & petra fidei, & cælestis Regni janitor nuncupatur, Episcopali Dioscorum dignitate nudavit. *Paschasius, & alii in Chalced. Syn. Act. 16. post epist. Marciani Imper.*

CAPUT IV.

Summus nobiscum concertabat Apostolorum Princeps. Illius enim imitorem, & sedis successorem habuimus factorem, & divini Sacramenti mysterium illustrantem per litteras, &c. Per Agathonem Petrus loquebatur, &c. *6. Syn. act. 18. in fine.*

CAPUT V.

Ait Dominus ad Petrum Apostolorum principalissimam summitatem: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.*

Epistola encyclica Synodi VIII. CP. sub Hadriano II. post princ. act. 2.

CAPUT VI.

Nos omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Apost. & Petri & Pauli auctoritate confisi, ex illa, quam nobis licet indigne Deus ligandi, atque solvendi contulit potestatem, omnibus, qui laborem propriis personis subierint, & expensis, plenam suorum peccaminum, de quibus liberaliter fuerint corde contriti, & confessi, veniam indulgemus. *Innoc. III. in Conc. gen. Lat. cap. ult.*

CAPUT VII.

Quamvis universæ per orbem Catholice Ecclesiæ unus thalamus Christi sit; sancta tamen Romana Catholica, & Apostolica Ecclesia, nullis Synodicis constitutis, cæteris Ecclesiis prælata est; sed Evangelica voce Domini, & Salvatoris nostri primatum obtinuit. *Tu es Petrus, &c. Matt. 16. portæ, &c. & tibi dabo, &c. & quæcumque, &c.* Cui data est etiam societas beatissimi Pauli Apostoli vasis electionis, qui non diversa, sicut hæretici garrunt, sed uno tempore, uno, eodemque die gloriosa morte cum Petro, in urbe Roma, sub Cæsare Nerone agonizans coronatus est: & pariter supradictam sanctam Romanam Ecclesiam Christo Domino consecraverunt, talesque * omnibus urbibus in universo mundo sua præsentia, atque venerando triumpho prætulērunt. Est ergo prima Petri Apostoli Sedes Romana Ecclesia, non habens maculam, neque rugam, nec aliquid hujusmodi. *Gelas. & 70. in Synodo Rom. in princ. Burchardus Vormacien. Episcopus lib. 3. cap. 220. Ivo Carnor. Episc. lib. 4. tit. 1. cap. 3. Panorm. Anselm. Lucens. Episc. lib. 1. cap. 68. & 69. Decreti, sive authent. canon. Tarracon. lib. 1. cap. 295.*

CAPUT VIII.

Interdicimus in nomine Dom. Jesu Christi, & ex auctoritate beati Petri Principis Apostolorum prohibemus, cujus vice hæc sanctæ Romanæ Ecclesiæ præsidemus, auctore Deo, ut nullus Episcoporum dolos, vel immissiones aliquas facere præsumat, &c. *Gregor. in Syn. Later. de monachis nigris in princ.*

CAPUT IX.

Posuit Photius in cælum os suum, & lingua ejus

Dist. 21. cap. 3.

Matt. 16.

** hancque.*

ejus exiit super terram; dum videlicet contra divinam ordinationem relictus, in beati Petri Principis Apostolorum primatu dispositam putridi gurgitis guttur aperuit; & adversus ejusdem regni cælestis clavigeri Apostolicam sedem, & præcipuam, ac summam dignitatem, & potestatem linguam suam serpentis exacuit, vitam scilicet decessoris mei, beatæ recordationis Papæ Nicolai laceffere nullo modo metuens, nec nobis, qui ejus vix digni famuli, ut non dicam sequaces exitimus, parcere utcumque consentiens; videlicet utrosque maledictis impetere, quantum in se fuit, & blasphemis inficere verbis existimans. *Hadrian. II. in Synod. Roman. in princ. apud Synod. VIII. CP. Act. 7.*

CAPUT X.

Ipsa *Sedes Romana* firmamentum a Deo fixum, & immobile percepit: quoniam ipsam, formam universonum titulorum lucidissimam, Dominus Jesus Christus vestram Apostolicam constituit sedem. Ipsa est enim sacer vertex, in quo omnes Ecclesiæ vertuntur, sustentantur, relevantur, &c. Tu es enim, sicut divinum veraciter testatur eloquium, Petrus; & super fundamentum tuum, Ecclesiæ columnæ, id est, Episcopi, qui Ecclesiam sustinere, & propriis humeris portare debent, tibi sunt confirmatæ, tibi que claves regni cælorum commisit, atque ligare, & solvere potestative, quæ in terra, & quæ in cælis sunt, promulgavit. Tu profanarum hæresum, & impetitorum, atque omnium infestantium depositor, ut Princeps, & doctor, caputque omnium orthodoxæ doctrinæ, & immaculatæ fidei existis. *Athanasius, & alii Episcopi Ægypti. ad Felic. II. ante med.*

CAPUT XI.

Non nos beatum Petrum, sicut dicitis, a Domino cum sedis privilegiis, vel successores ejus peccandi judicamus licentiam suscepisse, ille perennem meritorum dotem cum hæreditate innocentie misit ad posteros, &c. Quis enim sanctum esse dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit? In quo si defunt bona acquisita per meritum, sufficient, quæ a loci decessore præstantur. Aut enim claros ad hæc fastigia erigit, aut qui eriguntur*, illustrat: prænoscit enim, quid Ecclesiarum fundamento sit habile, super quod ipsa moles innititur. *Ennod. pro Symmac. post princ. Greg. VII. lib. 8. ep. 21. reg. Tarr. lib. 1. c. 75.*

CAPUT XII.

In novo testamento post Christum sacerdotalis ordo a Petro Apostolo ccepit. Ipsi enim primum datus est Pontificatus in Ecclesia Christi, sic enim loquitur ad eum Dominus: *Tu es Petrus, & super hanc petram, &c.* Hic ergo ligandi, solvendique potestatem primus accepit, primusque ad fidem populum virtute suæ prædicationis adduxit. Siquidem & cæteri Apostoli cum Petro par consortium honoris, & potestatis acceperunt, &c. *Isidor. lib. 2. cap. 6. de Eccles. off. apud Aquisgr. cap. 9. Anacles. epist. 2. in medio. Burch. lib. 1. cap. 1. Ivo lib. 3. tit. 7. cap. 7. Panorm. & part. 5. cap. 1. deer. Ans. lib. 1. cap. 1. Casaraug. lib. 2. cap. 59.*

CAPUT XIII.

Loquitur Dominus ad Petrum: *Ego dico tibi, quia tu es Petrus, &c.* super unum ædificat Ecclesiam, &c. Hoc erant utique cæteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi, & honoris, & potestatis, sed exordium ab unitate proficiscitur, ut Ecclesia Christi una monstretur, &c. *Cyprian. de unitate Eccles. in princ. Anselm. lib. 1. cap. 10. Tarrac. lib. 1. cap. 291.*

CAPUT XIV.

Eorum morborum, quæ in membris sunt Christi, & Dei Salvatoris omnium nostrorum capitis, & sponsæ catholicæ, & apostolicæ Ecclesiæ unum, & singularem, præcellentem, atque catholicissimum Medicum, ipse princeps summus, & fortissimus ordinator, & curator, & solus ex toto magister Deus omnium produxit; videlicet tuam fraternam sanctitatem, & paternam almitatem, propter quæ dixit Petro magno & summo Apostolorum: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Et iterum: *Tibi dabo claves regni cælorum, & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælo*, & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis.* Talis enim beatas voces, non secundum quandam utique sortem, Apostolorum Principi solum circumscriptis, & definitis; sed per eum ad omnes, qui post illum secundum ipsum efficiendi erant summi pastores, & divini sacri pontifices senioris Romæ transmisit. *Ignatius Patriarcha CP. ad Hadrian. II. in princ. apud VIII. Syn. CP. Act. 3.*

CAPUT XV.

Simon Petrus, qui veræ fidei merito, & integræ prædicationis obtentu fundamentum esse ecclesiæ definitus est: qua de causa etiam Domini ore divino cognominatus est Petrus; qui fuit primitiæ electionis Domini, Apostolorum primus, cui & primo Deus Pater filium revelavit; cui & Christus competenter beatitudinem contulit; qui & vocatus est, & electus, & conviva Domini, & comes effectus, tamquam bonus, & probatissimus discipulus; qui obscuriorem mundi plagam Occidentis, velut omnium potentior, illuminare præceptus est. *Clemens epist. 1. in princ.*

CAPUT XVI.

Ipsi trado a Domino mihi traditam potestatem ligandi, & solvendi, ut de omnibus quibuscumque decreverit in terris, hoc decretum sit & in cælis, &c. Hæc cathedra eum, qui cupit eam, & audacter expetit, non requirit; sed ornatum moribus, & in verbis eruditum, &c. si periculum times, &c. amplius peccas, &c. Omnes vitæ hujus occupationes abiicias, ne fidejussor existas, ne advocatus litium fias, &c. nec mundialis negotii occasione perplexus, &c. ne possis verbo Dei vacare, &c. Ex eo fiet, ut tu, tamquam qui non docueris, quæ ad salutem hominum pertinent, deponaris; & discipuli per ignorantiam pereant, &c. *Clem. epist. 1. in princ. Anselm. lib. 1. c. 3.*

CAPUT XVII.

In novo testamento post Christum Dominum a Pe-

Matt. 16.

Dist. 40. c. 1.

eliguntur. f.

Dist. 21. cap. 2.

Matt. 16.

24. q. 1. cap. 18. Matt. 16. c.

Matt. 16.

* cælis. f.

Joann. 1. c.

11. q. 1. Te quidē. cap. 30.

Dist. 21. cap. 2.

Matth. 16. c. a Petro sacerdotalis cœpit ordo : quia ipsi primo Pontificatus in Ecclesia Christi datus est, dicente Domino ad eum: *Tu es Petrus, & super hanc petram, &c. & tibi dabo, &c.* Hic ergo ligandi atque solvendi potestatem primus accepit a Domino, primusque ad fidem populum virtute suæ prædicationis adduxit: cæteri vero Apostoli cum eodem pari consortio honorem, & potestatem acceperunt, ipsumque Principem eorum esse voluerunt, &c. *Anaclet. ep. 2. in medio. Isidor. lib. 2. c. 6. de Eccles. offic. apud Aquisgr. c. 9. Burch. & Anselm. l. 1. c. 1. Ivo p. 5. c. 1. decr. & l. 3. tit. 7. c. 7. pan. Casaraug. lib. 2. c. 59.*

CAPUT XVIII.

Dist. 22. cap. 2. Hæc [sacrosancta Romana, & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Salvatore nostro primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super universas Ecclesias, ac totum Christiani populi gregem assecuta est, sicut ipse beato Petro Apostolo dixit: *Tu es Petrus, &c. & porta, &c. & tibi dabo, &c. & quæcumque, &c.* Adhibita est etiam societas in eadem Romana Urbe beatissimi Apostoli Pauli vasis electionis, &c. & licet pro omnibus assidua apud Deum omnium sanctorum effundatur oratio, &c. Paulus Romanis id pollicetur, &c. quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis. Prima ergo sedes est celestis beneficio Romanæ Ecclesiæ, quam beatissimi Petrus, & Paulus suo martyrio consecrarunt. *Anaclet. ep. 3. post princ. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 2. & 4. panorm. & parte 5. cap. 2. & 26. decr. Anselm. lib. 1. cap. 2. & cap. 66. Tarrac. lib. 1. cap. 275. & 294. Casaraug. lib. 2. cap. 60.*

CAPUT XIX.

Dist. 22. Saeros. c. 2. Inter. Inter beatos Apostolos quædam fuit discretio; & licet omnes essent Apostoli, Petro tamen a Domino est concessum, & ipsi inter se id ipsum voluerunt: ut reliquis omnibus præesset Apostolis, & Cephas id est caput, & principium teneret Apostolatus, qui & eandem formam suis successoribus, & reliqui Apostoli Episcopis tenendam tradiderunt, &c. & in veteri testamento scriptum est: *Moyfes, & Aaron in sacerdotibus ejus, id est, primi inter eos fuerunt. Idem Anaclet. in ead. epist. 3. post princ. Burch. lib. 1. cap. 159. Ivo part. 5. cap. 269. decr. Anselm. lib. 1. cap. 7. Casar. lib. 2. cap. 60.*

CAPUT XX.

7. q. 1. Mutatio- nes. c. 34. Petrus sanctus magister noster, & Princeps Apostolorum, de Antiochia utilitatis causa translatus est Romam, ut ibidem potius proficere posset. Eusebius quoque de parva quadam Civitate, Apostolica auctoritate mutatus est Alexandriam. *Anter. ep. sing. in princ. Burch. lib. 1. cap. 77. Ivo lib. 3. tit. 6. cap. 1. panorm. & part. 5. cap. 183. decr. Anselm. lib. 6. cap. 94.*

CAPUT XXI.

Beatus Apostolorum Princeps Petrus in ordinatione Clementis alloquens populum inter cætera ait: *Si inimicus, &c. Fabian. ep. 1. post medium.*

CAPUT XXII.

24. q. 1. cap. 15. Rogamus vos fratres, ut non aliud doceatis,

neque sentiatis, quam quod a beato Petro Apostolo, & a reliquis Apostolis, & Patribus accepistis, ab illo enim primo instructi estis, ideo non oportet vos proprium derelinquere patrem, & alios sequi. Ipse enim caput est totius Ecclesiæ, cui ait Dominus: *Tu es Petrus, &c. Marcell. epist. 1. in princ. Anselm. lib. 1. cap. 15. Matth. 16. c.*

CAPUT XXIII.

Ipsi primæ sedis Ecclesiæ convocandarum generalium synodorum jura, & judicia Episcoporum singulari privilegio Evangelicis, & Apostolicis, atque canonicis concessa sunt institutis, quia semper majores causæ ad sedem Apostolicam multis auctoritatibus referri præceptæ sunt. Nec ullo modo potest major a minori judicari. Ipsa namque omnibus major, & prælata est Ecclesiis, quæ non solummodo canonum sanctorum Patrum decretis, sed Nomini Salvatoris nostri voce singularem obtinuit principatum: *Tu es, inquit, Petrus, &c. & quodcumque ligaveris.* Porro (dudum a sanctis Apostolis, successoribusque eorum in præfatis antiquis decretum fuerat statutis, quæ hætenus sancta, & universalis Apostolica tenet Ecclesia: Non oportere præter sententiam Romani Pontificis concilia celebrari, nec Episcopum damnari, quoniam Sanctam Romanam Ecclesiam Primatem omnium Ecclesiarum esse voluerunt, & sicut B. Petrus Apostolus primus fuit omnium Apostolorum, ita & hæc Ecclesia ipsius nomine consecrata, Domino instituyente, prima, & caput sit cæterarum, & ad eam quasi ad matrem, atque apicem omnes majores Ecclesiæ causæ, & judicia Episcoporum recurrant, ejusque justa sententia terminum sumant. Nec extra Romanum quidquam ex his debere decerni Pontificem, &c. nec liceat Metropolitanis, inconsulto Romano Pontifice, aut majores Ecclesiæ causas deturbare, aut Episcopos damnare: sed communi Sanctæ Romanæ sedis Episcopi concilio*, & concordii actione, quæque sunt Christi zelo agenda, disponant unanimiter, recteque sentiant, & ea, quæ senserint, non sibi met discrepando, sed Deo placita perficiant. *Julius. epist. 1. in medio. Hadr. cap. 3. ad Episcopum Mediomatr. Capitulare lib. 6. cap. 287. & lib. 7. cap. 150. in additis. Anselm. lib. 2. cap. 41.*

CAPUT XXIV.

Inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis: & cum omnium par esset electio, uni tamen datum est, ut cæteris præmineret, de qua forma Episcoporum quædam orta est distinctio, &c. per quos ad unam B. Petri sedem universalis Ecclesiæ cura conflueret, & nihil usquæ a suo capite diffideret, &c. Satis enim indignum est, quemquam vel Pontificum, vel ordinum subsequentium hanc regulam refutare, quam beati Petri sedem, & sequi videat, & docere, &c. *Julius epist. 1. in fin. Leo epist. 82. in fin. Gelas. epist. 1. cap. 11. Anselm. lib. 5. cap. 4.*

CAPUT XXV.

Julius sanctæ Romanæ, & Apostolicæ Ecclesiæ Episcopus Eusebio, Theognio, Theodoro, Be-

Matth. 16. cap. 3. q. 6. c. c. 9.

& juxta ejus sententiam.

consilio. f.

Dist. 11. Nolite. c. 3. & de consecr. d. 1. cap. 5. Basilicas. in fin.

Berintho, & cæteris Orientalibus Episcopis. Decuerat vos adversus sanctam Romanam Ecclesiam, & Apostolicam, limare, & non ironice loqui, quoniam & ipse Dominus noster Jesus Christus eam decenter allocutus ait: *Tu es Petrus*, &c. Habet enim potestatem singulari privilegio sibi concessam, aperire, & claudere januas regni cælestis, quibus voluerit. Nam si ei deträhere, quæ Domini ore sacrata, atque desuper exaltata est, non renuistis: nec mirum si fratribus injurias irrogare non cessetis. *Julius epist. 2. in princ. Gregor. VII. lib. 8. reg. epist. 21. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 11. panorm.*

CAPUT XXVI.

Incipiamus ergo adjuvante Deo, & sancto Petro Apostolo, per quem & Apostolatus, & Episcopatus in Christo cœpit exordium, &c. *Felix II. epist. 1. post princ. Inn. epist. 2. in princ.*

CAPUT XXVII.

Primates illi, & non alii sint, qui in Nicæna synodo sunt constituti. Reliqui vero, qui Metropoles tenent sedes, Archiepiscopi vocantur, & non Primates, salva in omnibus Apostolicæ sedis dignitate, quæ ei ab ipso Domino est concessa, & postea a sanctis Patribus roborata. *Felix II. epist. 1. cap. 12. Burchard. lib. 1. cap. 163. Ivo part. 5. cap. 273. decr.*

CAPUT XXVIII.

Monet ergo Apostolus, non amplius nos invicem temere judicare; temere enim judicat, si quis Episcopum absque sedis Apostolicæ auctoritate condemnat, cum ei hoc specialiter privilegium reservatum sit, sed hoc judicare magis, inquit, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum. Patenter enim his, & aliis innumerabilibus decretorum testimoniis omnibus manifestum est, non debere Episcopum damnari, licet ejus perscrutetur opinio, donec judicium de ore nostræ Apostolicæ auctoritatis, hoc est Principis Apostolorum cognoscatur, utpote quoniam solus, & præ omnibus creditus est, atque percipere meruit a Rege Regum Christo Deo claves regni cælorum ad aperiendum fidelibus, & benevolis hominibus in eundem Dominum nostrum, & claudendum infidelibus, & malevolis, atque suis sacerdotibus & sanctæ Ecclesiæ suo pretioso sanguine redemptæ impugnantibus, sive nocentibus, &c. *Damas. epist. 3. ad Steph. & concilia Africa ante finem.*

CAPUT XXIX.

Cum in unum plurimi fratres convenissemus ad Sancti Apostoli Petri reliquias, per quem & Apostolatus, & Episcopatus in Christo cœpit exordium, &c. *Syric. epist. 4. in princ. Inn. epist. 2. in princ.*

CAPUT XXX.

Quis nesciat, aut non advertat id, quod a Principe Apostolorum Petro Romanæ Ecclesiæ traditum est, ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere servari? nec superduci, aut introduci aliquid, quod aut auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? Præsertim cum sit manifestum in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, atque Siciliam, insulasque

interjacentes, nullum instituisse Ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Apostolus Petrus, aut ejus successores constituerunt sacerdotes. Aut legant, si in his provinciis alius Apostolorum invenitur, aut legitur docuisse. Quod si non legunt, quia nusquam invenitur, oportet eos hoc sequi, quod Ecclesia Romana custodit, a qua eos principium accepisse non dubium est: ne dum peregrinis assertionibus student, caput institutionum videantur omittere, &c. *Innoc. epist. 1. in princ. Decentio Episcopo Eugubino. Burchard. lib. 3. cap. 125. decr. Ivo p. 4. c. 67. decr. Anselm. lib. 1. c. 41.*

CAPUT XXXI.

Incipiamus adjuvante Deo, & sancto Dei Apostolo Petro, per quem & Apostolatus, & Episcopatus in Christo cœpit exordium. *Innoc. epist. 2. in princ. ad Victoricum Rothomag. Syric. ep. 4. in princ. Felix II. ep. 1.*

CAPUT XXXII.

Ecclesia Antiochena, quam prius quam ad urbem perveniret Romanam, beatus Apostolus Petrus sua præsentia illustravit, velut germana Ecclesiæ Romanæ, diu se ab eadem alienam esse non passa est; &c. *Inn. epist. 14.*

CAPUT XXXIII.

Antiochena prima primi Apostoli sedes esse monstratur, &c. quæque urbis Romæ sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit, ista susceptum apud se, consummatumque gaudet. *Inn. epist. 18. cap. 1.*

CAPUT XXXIV.

Religiosa clementissimi Principis fides, sciens ad suam gloriam maxime pertinere, si intra Ecclesiam Catholicam nullius erroris germen exurgeret, hanc reverentiam divinis detulit institutis, ut ad sanctæ dispositionis effectum, auctoritatem Apostolicæ sedis adhiberet, tamquam ab ipso beatisimo Petro cuperet declarari, quod in ejus confessione laudatum sit, quando dicente Domino: *Quem me esse dicunt homines? filium hominis?* varias quidem diversorum opiniones discipuli memorarunt: sed cum ab eis, quid ipsi crederent, quæreretur, Princeps Apostolorum plenitudinem fidei brevi sermone complexus: *Tu es*, inquit, *Christus filius Dei vivi.* *Leo ep. 14. in princ. ad Eph. syn. secundam.*

CAPUT XXXV.

Cum universalis ecclesiæ per illius principalis petreæ ædificationem facta sit petra, & primus Apostolorum beatissimus Petrus, voce Domini dicentis audierit: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.* Quis est, nisi aut Antichristus, aut Diabolus, qui pulsare audeat inexpugnabilem veritatem? *Leo epist. 73. ad Leon. August. post princ.*

CAPUT XXXVI.

Cum beatisimus Petrus Apostolicum a Domino acceperit principatum, & Romana Ecclesia in ejus permaneat institutis, nefas est credere, quod sanctus discipulus ejus Marcus, qui Alexandrinam primus Ecclesiam gubernavit, aliis regulis traditionum suarum decreta formaverit. *Leo epist. 79. vel 81. ad Dioscorum Alexandr. in princ. Anselm. Lucens. lib. 1. cap. 30.*

CA-

CAPUT XXXVII.

Dist. 19.
cap. 7.

Divinæ cultum religionis, quem in omnes gentes, omnesque nationes Dei voluit gratia coruscare, [ita Dominus noster Jesus Christus humani generis Salvator instituit, ut veritas, quæ antea legis, & prophetarum præconio continebatur, per Apostolicam tubam in salutem universitatis exiret, sicut scriptum est: *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Sed hujus muneris sacramentum, ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro Apostolorum omnium summo principaliter collocaret, ut ab ipso, quasi quodam capite, dona sua velut in corpus omne diffunderet: ut exortem se mysterii intelligeret esse divini, qui ausus fuisset a Petri soliditate recedere, &c. Hilarius Ecclesiarum statum, & concordiam sacerdotum novis præsumptionibus turbaturus, excessit ita suæ vos cupiens subdere potestati, ut se beato Apostolo Petro non patiatur esse subiectum, ordinationes sibi omnium per Gallias ecclesiarum vindicans, ipsius quoque beatissimi Petri reverentiam verbis arrogantioribus minuendo, cui cum præ ceteris solvendi, & ligandi tradita sit potestas, pascendarum tamen ovium cura specialius mandata est, cui quisquis principatum æstimat denegandum; illius quidem nullo modo potest minuire dignitatem, sed inflatus spiritus superbix suæ semetipsum in inferna demergit. *Leo epist. 87. ad Episcopos Viennens. provinc. in princ. Ivo part. 5. cap. 6. decret.*

Psal. 18.

CAPUT XXXVIII.

Si cunctis generaliter sacerdotibus recte divina tractantibus fidelium convenit corda submitti; quanto potius sedis illius Præfuli consensus est adhibendus, quem cunctis sacerdotibus, & Divinitas summa voluit præminere, & subsequens Ecclesiæ generalis jugiter pietas celebravit? &c. quem Christi vox prætulit universis: quem Ecclesia veneranda confessa semper est, & habet devota Primatem, &c. *Gelas. epist. 5. ad Anastas. August. in princ. Greg. VII. lib. 8. Registri epist. 21. post princ.*

CAPUT XXXIX.

Nunc incepti sententiare contra te; immo ille qui vertex est omnium pastoralium sedium, in sanctis laudibus florens. Apostolorum vere optimus Petrus, cujus tu nomine æqualis es, sed non opinione, neque fide, quoniam ab istius recta intentione, & immaculata fide valde declinasti. *Felix IV. ad Petrum Antiochen. post princip. ante V. synod.*

CAPUT XL.

24. q. 1.
cap. 10.
Matth. 16. c.

Memor sum, me sub illius nomine Ecclesiæ præsidere, cujus a Domino Jesu Christo est glorificata confessio, & cujus fides omnes quidem hæreses destruit, sed maxime impietatem præsentis erroris expugnat, & intelligo aliter mihi non licere, quam ut omnes conatus meos ei causæ, in qua universalis Ecclesiæ salus infestatur, impendam. *Pelag. ep. unic. in fine. Callist. epist. 1. in fine. Xysti II. epist. 1. in princip. Anselm. lib. 1. cap. 36.*

Tom. V.

CAPUT XLI.

Christi oves, qui Christum amat, diligenter, & cum magna cura pascat, quoniam ipsius sanctæ sedis, cui per abundantiam divinæ gratiæ præsumus, ipsius amore, & reverentia cohortamur, &c. ne beati magistri nostri Petri summi Apostoli dilectio, qua se amatorem Dei esse testatus est, vana inveniat in nobis, &c. tantusque nos beati Petri Apostolorum Principis amor accendat, ut in ovili ipsius, cujus omnes creaturæ sunt traditæ, omnes taliter errantes redintegrare festinetis. *Jo. III. ep. unic. post med. Anselm. lib. 1. cap. 55.*

CAPUT XLII.

Si cum a fidelibus (*Petrus*) culparetur, auctoritatem, quam in sancta Ecclesia acceperat, attendisset, respondere poterat, ut pastorem suum oves, quæ ei committæ fuerant, reprehendere non auderent; sed si in querela fidelium aliquid de tua potestate diceret, profecto doctor mansuetudinis non fuisset, &c. Si ergo pastor Ecclesiæ, Apostolorum Princeps, signa, & miracula singulariter faciens, non dedignatus est in causa reprehensionis suæ rationem humiliter reddere: quanto magis nos peccatores, cum de re aliqua reprehendimur, reprehenses nostros ratione humili placare debemus? *Gregor. epist. 7. lib. 9. epist. 39. registr. ad Theodist. in medio.*

V. 2. q. 7.
cap. 40. Pe-
trus.

CAPUT XLIII.

Nos licet humillimi summis viribus enitimus, ut Christiani vestri imperii respub. in qua beati Petri Apostolorum Principis sedes fundata est, cujus auctoritatem omnes Christianæ nobiscum nationes venerantur, & colunt, per ipsius beati Petri Apostoli reverentiam, omnium gentium sublimior esse mōstretur. *Agatho, & alii in ep. ad Constantinum IV. Imper. post med. VI. syn. act. 4.*

CAPUT XLIV.

Et quia definitionem rectæ fidei plenissimo *sexta synodus* prædicavit, quam & Apostolica sedes beati Petri Apostoli, cujus licet impares ministerio fungimur, venerante suscipit: idcirco & nos, & per nostrum officium hæc veneranda sedes Apostolica concorditer, ac unanimiter his, quæ definita sunt ab ea, consentit, & beati Petri auctoritate confirmat: sicut supra solidatam petram, qui Christus est, ab ipso Domino adeptus firmitatem. *Leo II. ad Constantinum IV. Augustum in medio post VI. Synod.*

Matth. 16.

CAPUT XLV.

Bene nosse satis, quia beatus Apostolus Petrus, & Episcopatus principium exiit, & consulenti tibi de statu Ecclesiæ, non ex nobis, sed ejus gratia, qui aperit os auctorum, & linguas infantium facit disertas, qualiter tenere debeas, Apostolici vigoris doctrinam, dicimus. *Gregor. III. epist. 4. in princ.*

Sap. 10. d.

CAPUT XLVI.

Desideratis nosse, quot sint veraciter Patriarchæ. Veraciter illi habendi sunt Patriarchæ, qui sedes Apostolicas per successiones Pontificum obtinent, id est, qui illis præsunt Ecclesiis, quas Apostoli instituisse probantur. Romanam videlicet, & Alexandrinam, & Antiochenam. Romanam, quam sanctorum Principes Apostolorum

C rum

rum Petrus, ac Paulus, & prædicatione sua inflituerunt, & pro Christi amore, fuso proprio sanguine sacraverunt. *Nicol. ad Consult. Bulgarorum, cap. 92.*

CAPUT XLVII.

Et si cunctis generaliter sacerdotibus divina tractantibus fidelium convenit corda submittit; quanto potius sedis illius Pontifici consensus est adhibendus, quem cunctæ Ecclesiæ generalis jugiter pietas celebravit? Ubi clementia vestra evidenter advertit, nunquam quovis penitus humano consilio elevare se quemquam posse contra illius privilegium, vel confessionem, quem Christi vox prætulit universis, quem Ecclesia veneranda confessa semper est, & habet devota Præmatem. Impelli non valent humanis præsumptionibus, quæ divino sunt iudicio constituta. *Nicol. epist. 1. ad Mich. Imper. prope finem.*

CAPUT XLVIII.

Quem habeatis præceptorem, operæ pretium est cognoscere, Coryphæum Apostolorum Petrum, quem caput omnium Ecclesiarum posuit. *Jo. 21. d. Christus dicens: Pasce agnos meos. CP. VIII. al. IX. sub Joan. VIII. Act. 2. in epist. ejusdem Pape ad Basil. Imp.*

CAPUT XLIX.

Quod Romana Ecclesia a solo Deo sit fundata. *Gregor. VII. lib. 2. Registr. in dictato.*

CAPUT L.

In Domino Jesu Christo confidimus, quia beatus Petrus Apostolus, quem Dominus Jesus Christus Rex gloriæ Principem super regna mundi constituit, cui te fidelem exhibes, te ad honorem desiderii tui adducet. *Gregor. VII. lib. 2. Registr. epist. 66.*

CAPUT LI.

Hilarius fecit decretalem, & per universum Orientem sparsit, & epistolas de Fide catholica, confirmans tres synodos, Nicænam, Ephesinam, & Chalcedonensem, & tomum sancti Archiepiscopi Leonis, & damnavit Eutychen, & Nestorium, & omnes eorum sequaces, & omnes hæreses, confirmans dominationem, & principatum Sanctæ sedis catholicæ, & Apostolicæ. *Ex Pontif.*

CAPUT LII.

Debemus cum omni competenti devotione Fidem defendere, & dignitatem propriæ venerationis beato Apostolo Petro intemeratam, & in nostris temporibus conservare; quatenus beatissimus Romanæ civitatis Episcopus, cui principatum sacerdotii super omnes antiquitas contulit, locum habeat, ac facultatem de fide, & sacerdotibus judicare. *Valentinianus ad Theodosium Patrem ante Chalc. synod.*

CAPUT LIII.

Tuam Sanctitatem principatum in Episcopatu divinæ fidei possidentem sacris litteris in principio iustum credimus alloquendam, &c. *Valentinianus, & Marcianus ad Leonem ante Chalc. Synod.*

CAPUT LIV.

Hæc Petrus, qui est petra fidei, & Princeps Apostolorum, intemerata servavit. *Constantinus*

IV. Imp. in edicto ad populum Occident. in fin. VI. syn. act. 18.

CAPUT LV.

Petrus Apostolicæ sedis primus Dux servilem, & temerariam insaniam verberans Judaici auditus instrumentum gladio amputavit. *Constantinus, & Irene in epist. ad syn. Nicæn. ante fin. VII. synod. act. 1.*

CAPUT LVI.

Impetens CP. civitatis Episcopum Flavianum, eo quod libellum ad Apostolicam sedem miserit, & ad omnes Episcopos harum partium, per eos, qui directi fuerunt in concilio a Reverendissimo Episcopo Romæ, qui secundum definitiones Nicæni concillii consueti sunt interesse, &c. ad Concilii, & Apostolicæ sedis iudicium transmittatur, in qua primus ille, qui cælestes claves dignus fuit accipere, principatum Episcopatus ordinavit, quando scilicet decet nos huic maximæ civitati, quæ domina omnium est civitatum tuarum, in omnibus reverentiam conservare. *Galla Placidia Theod. fil. ante Chalc. syn.*

CAPUT LVII.

Tua clementia secundum catholicam fidem, quod semper nobiscum fecit, & nunc similiter conspirare dignetur, ut quidquid in illo tumultuoso, miserrimoque concilio constitutum est, omni virtute removeatur: ut omnibus integris permanentibus, ad Apostolicæ sedis, in qua primus Apostolorum beatus Petrus, qui etiam claves Regni cælestis suscipiens, sacerdotii principatum tenuit, Episcopatus causa mittatur. Debemus enim primatum in omnibus immortalis conversationi tribuere, quæ totum mundum propriæ virtutis dominatione complevit, & nostro imperio orbem gubernandum, servandumque commisit. *Galla Placidia Pulcheriæ Augustæ ante Chalc. synod.*

TITULUS II.

DE FIDE CATHOLICA ECCLESIE ROMANÆ.

CAPUT I.

Ait Dominus: Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret, sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua; & tu aliquando conversus confirma fratres tuos. *Christ. apud Lucam cap. 22.*

CAPUT II.

Primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in universo mundo. *Paul. ad Rom. cap. 1.*

CAPUT III.

Cui Christi lumen circumfulsit, quique nos per Evangelium generavit, Paulus vere divinus Apostolus Romanis scribens, & studium sinceræ fidei eorum erga verum Deum nostrum exosculatus, sic ait: *Fides vestra prædicatur in universo orbe.* Hoc testimonium, & nos insequi par est, temerariumque repugnare arbitramur, quamobrem Hadrianus veteris Romæ Primas, & testatorum Principum successor clare & vere scripsit, &c. *Tharas. act. 2. VII. syn. post epist. Hadrian. ad Tharasium.*

CA-

CAPUT IV.

Sancta synodus dixit: Universa sancta synodus sic credit, & sic docet. (*Hæc verba proferunt Patres assensientes Hadriano Pontifici Max. & Tharasio CP. de veneratione imaginum, VII. syn. act. 2. ibid.*)

CAPUT V.

Apostolica sedes, quod rectum est, consuevit attenta consideratione defendere, & quod devium esse invenerit, evitare. *Eugen. III. in syn. Remens. c. 17.*

CAPUT VI.

Nos Deum in vobis primitus adorantes, qui sine querela servitis, ad fidem recurrimus Apostolico ore laudatam; inde responsa quærentes, unde nihil errore, nihil præsumptione, sed Pontificali totum deliberatione præcipitur. *Africanus, & alii Episcopi Tarracon. provincie in epist. ad Hilarium Papam in princ.*

CAPUT VII.

Epheſin. 4.
 Matt. 16. c.
 Omnes generaliter alloquamur, qui iuste, & pie volunt vivere in communione sanctæ Ecclesiæ catholicæ, quæ est unum corpus Christi, cui unus est Dominus, una fides, unum baptisma, quæ cum generaliter ab uno capite Christo super petram, id est super confessionem Petri, sit ædificata; manifestum tamen est in omnem Italiam, Gallias, & Hispaniam nullum instituisse Ecclesiam, nisi eos, quos venerabilis Petrus, aut ejus successores constituerunt sacerdotes. Et quoniam Ecclesia in nostris quoque partibus, ut dictum est, super hanc petræ soliditatem non tantum fundata, sed ab eo, ejusque successoribus etiam edocta, cum Dei gratia ipsius beati Petri suffragantibus meritis, firmitatem fidei, quam primo percepit, hætenus inconcussam servare studuit, nullaque perfidorum consortia recepit. *Trosk. c. 15. Vid. Inn. ep. 1. in princ.*

CAPUT VIII.

Rom. 1. b.
 Navigare audent, (*loquitur de quibusdam hæreticis Novatianis*) & ad Petri cathedram, atque Ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est, a schismaticis, & profanis litteras ferre, nec cogitare eos esse Romanos, quorum fides, Apostolo prædicante, laudata est, ad quos perfidia habere non possit accessum. *Cypr. ep. 3. ad Cornel. post medium.*

CAPUT IX.

25. 7. 1. c. 9.
 Matt. 16. c.
 Prima salus est rectæ fidei regulam custodire, & a constitutis Patrum nullatenus deviare, & quia non potest Domini nostri Jesu Christi prætermitti sententia dicentis: *Tu es Petrus*, &c. & hæc, quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in sede Apostolica extra maculam semper est catholica servata religio, de qua spe, & fide minime separari cupientes, & patrum sequentes constituta, anathematizamus omnes, qui contra sanctam Romanam, & Apostolicam Ecclesiam superbiendo suas erigunt cervices; sequentes in omnibus Apostolicam sedem, & prædicantes ejus omnia constituta, & per omnia spero, ut in una communione vobiscum, quam sedes Apostolica prædicat, esse merear, in qua est integra, & vera Christianæ religionis, & perfecta soliditas, pro-

mittens sequestratos a communione Ecclesiæ catholicæ, id est non consentientes sedi Apostolicæ eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria, quod si in aliquo a professione mea deviare tentavero, his, quos damnavi, complicem mea sententia me esse profiteor. Hanc autem professionem meam manu mea subscripsi, & Bonifacio Sancto, & venerabili Papæ urbis Romæ direxi, damnans & antecessores & successores meos, & omnes, qui sanctæ Romanæ, & Apostolicæ Ecclesiæ privilegia cassare nituntur. *Verba hæc Eulalii Chart. Episcopi apud Bonif. II. ep. unic. in medio. Similis professio Jo. CP. ad Hormisdam post princ. & alia missa in Hispaniam ab Hormisda ep. 5. in medio.*

CAPUT X.

In sede Apostolica inviolabilis semper catholica custoditur religio, &c. *Jo. CP. ad Hormisdam ante medium. Euseb. ep. 3. post princ.*

CAPUT XI.

In omnibus hortamur te frater honorabilis, ut his, quæ a beatissimo Papa Romanæ civitatis scripta sunt, obedienter attendas, quoniam beatus Petrus, qui in propria sede & vivit, & præsidet, præstat quærentibus fidei veritatem. Nos enim pro studio pacis, & fidei extra consensum Romanæ civitatis Episcopi causas audire non possumus. *Petrus Ravenn. Episcopus ad Eutychem in fine ante Chalk. syn.*

CAPUT XII.

Memor sum, me sub illius nomine Ecclesiæ præsidere, cujus a Domino Jesu Christo est glorificata confessio & cujus fides omnes semper destruit errores, & intelligo aliter mihi non licere, quam ut omnes conatus meos ei causæ, in qua universalis Ecclesiæ salus infestatur, impendam. *Callist. ep. 1. in fin. Xyst. II. ep. 1. in princ. Pelag. ep. un. in fin. Anselm. l. 1. cap. 36.*

CAPUT XIII.

Hæc sancta, & Apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia, quæ per Dei omnipotentis gratiam a tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticis novitatibus depravata succubuit, sed ut in exordio normam fidei Apostolicæ percepit ab auctoribus suis Apostolorum Christi Principibus, illibata sine tenus manet, secundum ipsius Domini Salvatoris divinam pollicitationem, qui discipulorum suorum Principi in suis fatus est Evangeliiis: *Petre, inquit, ecce Satanas expetivit, ut cribraret vos sicut qui cribrat triticum, ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos*, &c. *Lucius ep. unica in fin. Felix ep. 3. in fin. Marcus in ep. ad Athan. in princ. Agatho ep. ad Constant. Imp. post princ. lecta in VI. synod. act. 4. Anselm. l. 1. c. 13. & 35.*

CAPUT XIV.

Memor sum, me sub illius nomine Ecclesiæ præsidere, cujus a Domino Jesu Christo est glorificata confessio, & cujus fides nullum unquam fallit, sed omnes quidem hæreses destruit. Intellego autem mihi aliter non licere, quam ut omnes conatus meos ei causæ, in qua universalis Ecclesiæ

fiæ salus infestatur, impendam. *Xyst. II. ep. 1. in princ. Callist. ep. 1. in fin. Pelag. ep. un. in fin. Anselm. lib. 1. c. 36.*

CAPUT XV.

24. 9. 1. A
recta. c. 9.

Hæc Apostolorum est viva traditio: hæc vera charitas, quæ prædicanda est, & veraciter diligenda, ac fovenda, atque fiducialiter ab omnibus tenenda. Hæc sancta, & Apostolica mater omnium ecclesiarum Christi Ecclesia, quæ per Dei omnipotentis gratiam, a tramite Apostolicæ traditionis numquam errasse probatur, nec ab hæreticis novitatibus depravanda succubuit, sed ut in exordio normam fidei Christianæ percepit ab auctoribus suis Apostolorum Christi Principibus, illibata sine tenus manet, secundum ipsius Domini Salvatoris divinam pollicitationem, qui suorum discipulorum Principi in suis fatus est Evangeliiis: *Petre, ecce Satanas expetivit te, ut cribraret vos sicut qui cribrat triticum, ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua: Tu aliquando conversus confirma fratres tuos* &c. qui fidem B. Petri non defecturam promisit, & confirmare eum fratres suos admonuit, quod Apostolicos Pontifices, meæ exiguitatis prædecessores, confidenter fecisse semper cunctis est cognitum: quorum, & pusillitas mea, licet impar & minima, pro suscepto tamen divina dignatione ministerio pedissequa cupit existere. *Felix ep. 3. in fine. Lucius ep. unica in fin. Marcus ep. un. in princ. & Agath. ep. ad Constant. IV. Imp. post princ. apud syn. VI. act. 4. Anselm. lib. 1. c. 3. & 35. & 60.*

Luc. 22. c.

Unum hoc immobile fundamentum, una hæc felix fidei petra Petri ore confessa: *Tu es, inquit, Christus filius Dei vivi*, tanta in se argumenta sustinens veritatis, quantæ perversitatis quæstionis, & infidelitatis calumniæ movebuntur. *Eutych. in ep. 1. in princ.*

Matt. 16. c.

Regulam catholicæ fidei iisdem studeo tenere vestigiis, quibus eam in Apostolica sede cognoscis esse fundatam, &c. *Cajus ep. 1. in princ.*

CAPUT XVII.

Prima salus est, recte fidei regulas custodire, & a constitutis Patrum nullatenus deviare. Nec potest Domini nostri Jesu Christi prætermitti sententia dicentis: *Tu es Petrus*, &c. & hæc, quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia [in sede Apostolica extra maculam semper est catholica servata religio. *Euseb. ep. 3. post princ. Vide Hormisd. ep. 5. Joann. CP. ad Hormisd. Hadrian. II. in libello in princ. lecto act. 1. syn. 8. CP.*

6. 9. 1. c. 9.

Domini venerabilibus fratribus Athanasio, & universis Ægyptiorum Episcopis, Marcus sanctæ Romanæ, Apostolicæque sedis, & universalis Ecclesiæ Episcopus &c. Sed nos, & vos, illosque absque ulla in posterum turbatione, unum sentire optaremus, & sancta Romana Ecclesia, quæ semper immaculata mansit, & Domino prævidente, & beato Petro Apostolo opem ferente, in futuro manebit, sine ulla hæretico-

Matt. 16. c.

24. 9. 1. c. 31.

CAPUT XIX.

rum insultatione, firma, & immobilis omni tempore persisteret, &c. Hæc Apostolorum viva traditio, hæc est vera charitas, quæ prædicanda est, & præcipue diligenda, ac fovenda, atque fiducialiter ab omnibus tenenda. Hæc sancta, & Apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia, quæ per omnipotentis Dei gratiam, a tramite Apostolicæ traditionis, nunquam errasse probatur, nec hæreticorum novitatibus depravanda succubuit, sed ut in exordio normam fidei Christianæ percepit ab auctoribus suis Apostolorum Christi Principibus illibata sine tenus manet secundum ipsius Domini Salvatoris divinam pollicitationem, qui discipulorum suorum Principi in suis fatus est Evangeliiis: *Petre, inquit, ecce Satanas, &c. qui fidem B. Petri non defecturam promisit, & confirmare eum fratres suos admonuit, quod Apostolicos Pontifices meæ exiguitatis prædecessores, confidenter fecisse semper cunctis est cognitum. Marcus ep. un. in princ. Felix ep. 3. in fin. Lucius epist. un. in fin. Anselm. lib. 1. c. 13. & 35. & 60.*

Dilectissimo filio Athanasio, & omnibus in unum congregatis, & de Trinitatis fide recte sentientibus Ægyptiorum Episcopis, liberius Papa. Olim, & ab initio tantam percepimus a beato Petro Apostolorum Principe fiduciam, ut habeamus auctoritatem pro universali Ecclesia ad rectam defendendam fidem: quatenus nulli liceat statum sanctæ Ecclesiæ commovere ad læsionem recte creditum, absque sui periculo honoris. *Liberius vide 1. in princ. Vid. id Dionys. ep. 2. in princ.*

24. 9. 1. A
recta. c. 9.

Luc. 22. c.

CAPUT XX.

Ad confitendum gratiam Dei, cujus operi, ac dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus, quidquid Apostolicæ sedis nos scripta docuerunt, ut prorsus non opinemur catholicum, quod apparuit præfixis sententiis esse contrarium. *Cælest. epist. 1. cap. 13.*

CAPUT XXI.

Quotiens fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres, & coepiscopos nostros, non nisi ad Perrum, id est, sui nominis, & honoris auctorem, referre debere, velut nunc retulit vestra dilectio: quod per totum mundum possit ecclesiis omnibus in commune prodesse. *Innoc. in epist. 26. ad concil. Milevit. ante med. Anselm. lib. 1. cap. 27. & lib. 2. cap. 54.*

CAPUT XXII.

Memor sum, me sub illius nomine Ecclesiæ præsidere, cujus a Domino Jesu Christo est glorificata confessio, & cujus fides omnes quidem hæreses destruit, sed maxime impietatem præsentis erroris expugnat. *Leo epist. 30. ad Marcianum, & Fastum in fine.*

24. 9. 1. A
cap. 12.

CAPUT XXIII.

(Ecclesia dicit) Dei unigenitus filius in confessione primi Apostolorum fundavit me. *Felix IV. in epist. ad Zenonem Imper. ante fin. ante V. synod.*

CAPUT XXIV.

Hæc est Apostolica, atque Evangelica traditio,

CAPUT XXV.

Hæc est Apostolica, atque Evangelica traditio,

tio,

Matt. 16. c. tio, quam tenet spiritalis vestri felicissimi imperii mater Apostolica Christi Ecclesia, &c. Petri vera confessio, a Patre de cælis est revelata, pro qua a Domino omnium beatus esse pronuntiatus est Petrus, qui & spirituales oves Ecclesiæ ab ipso Redemptore omnium terna commendatione pacendas suscepit. Cujus adnitente præsidio, hæc Apostolica ejus Ecclesia, numquam a via veritatis in qualibet erroris parte deflecta est. Cujus auctoritatem, utpote Apostolorum omnium Principis, semper omnis catholica Christi Ecclesia, & universales synodi fideliter amplectentes in cunctis secutæ sunt, omnesque venerabiles Patres Apostolicam ejus doctrinam amplexi, &c. *Agarho in epist. ad Imp. post princ. lecta in VI. syn. act. 4.*

CAPUT XXVI.

Vos maxime in traditione orthodoxæ fidei Ecclesiæ beati Petri, & Pauli Principum Apostolorum acquiescitis; eamque amplectemini, quemadmodum a superioribus Imperatoribus factum est, qui Vicarium ejus ex toto corde dilexerunt. Quapropter vestra quoque a Deo data majestas sanctissimam Romanam Ecclesiam Principum Apostolorum, quibus a Deo ipso data est potestas solvendi, & ligandi peccata, cum in cælo, tum in terra, honorabit. Ipsi scilicet vestri regni propugnatores erunt, cunctasque barbaras nationes pedibus vestris subiicient, ut quocumque ire perrexeritis, victores vos declarent. Hi siquidem Principes Apostolorum sunt, qui catholicam, & orthodoxam fidem auspicati, per scripta quidem, veluti legibus latis, fidem suam servandam præceperunt, omnibus scilicet, qui in sedes illorum successuri erant, & in fide eorum usque ad consummationem sæculi permanfuri, atque ita nostra servat Ecclesia, & sanctas eorum figuras veneratur. Unde in hunc usque diem venerandis horum imaginibus ecclesiæ nostræ ornatae, ac conspicuæ sunt, quemadmodum sanctissimus, & beatissimus Papa Silvester in principio Christianorum nostrorum orthodoxa fide testatur, &c. *Hadrian. ad Constantinum, & Irenem, post princ. VII. syn. act. 2.*

CAPUT XXVII.

Beatus Petrus, qui in sede sua vivit, & præsidet, dat quærentibus fidei veritatem. Nam & sancta Romana Ecclesia semper sine macula fuit, & ruga, nimirum, qui ille hanc instituit, cujus fidei confessio divinitus existit approbata, ad quam videlicet Christianitatis fidem, licet ejus mysteria consummate nullus intelligere valeat, vobis insinuandam, inspirante Deo, ecce scripta nostra, & missos, ac diversos codices, in patriam vestram destinavimus. *Nicol. ad Consult. Bulgarorum, cap. 106.*

CAPUT XXVIII.

Matt. 16. c. Quia non potest Domini nostri Jesu Christi prætermitti sententia dicentis: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, hæc, quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in sede Apostolica immaculata est semper catholica reservata religio, & sancta celebrata doctrina. Ab hujus ergo fide, atque doctrina separa-

ri minime cupientes, & Patrum, & præcipue sanctorum sedis Apostolicæ Præsulum sequentes in omnibus constituta, anathematizamus Photium, qui contra sacras regulas, & sanctorum Pontificum Romanorum veneranda decreta repente, de curiali administratione sæcularique militia sublatus, superstite Ignatio Patriarcha in Constantinopolitana est pervasorie, immo tyrannice a quibusdam schismaticis, vel anathematizatis, atque depositis institutus. *Hadrian. II. apud syn. CP. VIII. act. 1. in libell. dato ab Hadr. II. legatis, in princ. Vide Euseb. epist. 3. post princ.*

CAPUT XXIX.

Quod Romana Ecclesia numquam erravit, nec in perpetuum, Scriptura testante, errabit. *Gregor. VII. lib. 2. registri in dictato.*

CAPUT XXX.

Quod catholicus non habeatur, qui non concordat Romanæ Ecclesiæ. *Greg. VII. lib. 2. registri in dictato.*

TITULUS III.

PONTIFEX MAX. EST PASTOR UNIVERSALIS.

CAPUT I.

EGO dico tibi: quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam; Et tibi dabo claves regni cælorum: Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumque solveris super terram, erit solutum, & in cælis. *Christus apud Matth. cap. 16.*

CAPUT II.

Cum prændissent, dicit Simoni Petro Jesus: Simon Joannis, diligis me plus his? dicit ei: Etiam Domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Joannis diligis me? ait illi: Etiam Domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Joannis, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me? Et dixit ei: Domine, tu omnia nosti; tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce oves meas. *Joann. cap. ult.*

CAPUT III.

Mores antiqui servantur, ut in Ægypto, Libya, & Pentapoli Alexandrinus Episcopus habeat omnem potestatem: quoniam Romano quoque Episcopo hæc consuetudo est. *Nicæn. 6. Vide cap. 17. Synodi VIII. sub Hadrian. II. Anselm. lib. 4. cap. 44. Cæsar. lib. 2. cap. 65.*

CAPUT IV.

Paschasinus vir rever. Episcopus Vicarius sedis Apostolicæ recitavit. CCCXVIII. sanctorum Patrum canon sextus. Quod Ecclesia Romana semper habuit primatum. Teneat autem & Ægyptus, ut Episcopus Alexandriae omnium habeat potestatem: quoniam & Romano Episcopo hæc est consuetudo, &c. *Chalc. act. 16. post princ. Anselm. lib. 4. cap. 44. Cæsar. lib. 2. cap. 65.*

CAPUT V.

Sanctissimo, & beatissimo universali Archiepiscopo, & Patriarchæ magnæ Romæ Leoni, &c. *Ischirion in libello lecto in synod. Chalced. act. 1. Athanas. presbyter Alex. ibid. Sophronius ibid.*

CA-

Dist. 65. Mos. c. 6.

Dist. 65. c. 6. Mos.

CAPUT VI.

Sanctissimo, & Deo amantissimo, & universali Archiepiscopo, & Patriarchæ magnæ Romæ Leoni, & sanctæ, & universali Chalcedonensi synodo, quæ voluntate Divina Dei præceptione congregata est. *Libellus Theodori Ecclesiæ Alexandrinæ diaconi lectus act. 1. Chalced. syn.*

CAPUT VII.

Tertio beatissimi, & Apostolici viri universalis Ecclesiæ Papæ Leonis, Nestorii, & Eutyche- tis hæresim damnantis, directæ scripta, quid vera fides habeat, exposuerunt. *Paschasius Legatus Ap. in Chalced. syn. act. 4.*

CAPUT VIII.

Domino sanctissimo, & coangelico, maximo, & summo sacerdoti, & universali Papæ Hadriano, sancta hæc universalis Synodus CP. congregata salute m. *Synod. VIII. CP. in ep. ad Hadr. II. act. ultima.*

CAPUT IX.

Anno ab incarnatione sempiterni Principii millesimo septuagesimo nono, mense Februarii indictione secunda, Pontificatus vero Domini Gregorii universalis Pontificis septimi anno sexto, ex præcepto sedis Apostolicæ convenerunt finitimi, & diversarum provinciarum Archiepiscopi, Episcopi, religiosæque personæ, ut sanctam synodum celebrarent. *Gregor. VII. in Conc. anni VII. lib. 6. Registri.*

CAPUT X.

De off. jud. ord. c. 13. Greg. IX. & cap. 1. cod. tit. in 4. collect. Ecclesiarum Prælati hoc salutare statutum ad quantum pecuniæ, vel gravamen aliquod non convertant, &c. quoniam super his Apostolica sedes auctore Domino attentissime vigilabit. *Inn. III. in Concil. gener. Lat. cap. 7.*

CAPUT XI.

De consecr. d. 1. cap. 40. Xystus universalis, Apostolicæ Ecclesiæ Episcopus, omnibus Episcopis [*Hispaniæ*] in Domino salutem. Cognoscat vestra sapientia carissimi fratres, quia [in hac sancta sede Apostolica a nobis, & reliquis Episcopis statutum est, &c. *Xyst. epist. 2. in princ. Burch. lib. 3. cap. 214. Ivo lib. 2. cap. 70. & lib. 3. cap. 264. decret.*

CAPUT XII.

Ista præcaventes, & stultorum animos prævidentes, cura pastorali, cum omnibus Episcopis, & sanctæ Romanæ, atque universalis Ecclesiæ utriusque ordinis fidelibus statuimus, non ita in Ecclesiasticis agendum esse negotiis, sicut in sæcularibus. *Eutychiean. ep. 2. post princ.*

CAPUT XIII.

Visum est nobis, ac universo concilio, ut nos divinis præceptis, & Apostolicis monitis informati, qui pro omnium Ecclesiarum statu, impigro vigilare debemus affectu: si quidquam reprehensioni usquam invenitur obnoxium, celeri sollicitudine ab ignorantia imperitia, aut a præsumptionis usurpatione revocemus. His taliter consideratis, atque discretis, tamquam omnium curam gerentes propter sedis propriæ dignitatem, suscepimus eos in communionem, &c. quoniam huic sanctæ sedi, propter pravorum hominum infidias, ipso Domino instituyente, & sanctis Apostolis, eorumque successoribus per singula concilia

roborantibus, hoc semper licuit, licebitque Domino auxiliante in perpetuum, &c. *Jul. ep. 2. ante canones, & cap. 1.*

CAPUT XIV.

Felix almæ Romanæ Urbis, & universalis Ecclesiæ Episcopus, & sancta synodus, quæ in Urbem Romam convenit. *Felix II. ep. 1. in princ.*

CAPUT XV.

Felix sanctæ universalis Ecclesiæ Papa, atque per gratiam Dei Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ Urbis Romæ Episcopus, una cum sancto concilio nostro Reverendissimorum sacerdotum huc nobiscum convenientium, &c. *Felix II. ep. 2. in princ.*

CAPUT XVI.

Domino sancto, & Apostolici culminis venerando Marco sanctæ Romanæ, & Apostolicæ sedis, atque universalis Ecclesiæ Papæ. *Athanas. & universi Ægyptior. Episcopi, &c.*

CAPUT XVII.

Domino beatissimo, & honorabili sancto Patri Liberio Papæ, Athanasius, & universi Ægyptiorum Episcopi in unum synodice apud Alexandriam congregati. Vestræ beatissimæ Paternitatis jura penes Deum sunt manifesta, dum prædicationibus scilicet Apostolicis, & doctrinis veræ fidei cultura universa repleta sit terra; per divinorum tamen eruditionem eloquiorum, vestra instruente admonitione exhortatoria, superædificatur orthodoxa Christi Ecclesia, Apostolica institutione fundata, & a fidelibus Patribus firmissime roborata, ad quam omnia omnes beatissimi Apostoli pari honoris, & potestatis consortio præditi, populorum agmina convertentes, pie, sancteque de tenebris ad lumen, de lapsu ad veram fidem, de morte ad vitam homines divinæ prædestinationis gratia præscitos, salutaribus præceptis, ac monitis perdixerunt, quorum sanctorum Apostolorum vestra fraternitas honoranda sequens merita, & perfectius implens exempla, Ecclesiam Dei morum probitate, & actuum sanctitate condecorat, & fide sacra, Christianisque moribus vigens, quæ fieri Deo placita præcipit, studiis Pontificalibus indefinenter operatur, & perficit, servans legis divinæ mandata, &c. Ea, quæ a sancta sede vestra, Apostolorum, eorumque successorum prædicatione suscepimus, prædicamus, &c. *Athanas. & alii ad Liberium in princ.*

CAPUT XVIII.

Universalis vobis a Christo Jesu commissa est Ecclesia, ut pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis, &c. Æterna te servet Divinitas per multos annos sanctissime Patrum Pater. *Athanas. & alii ad Liberium in fine.*

CAPUT XIX.

Scimus, ut semper vestræ sedis Præsules, primo Apostoli, deinde successores eorum fecerunt, vos universalis Ecclesiæ, & maxime Episcoporum, qui oculi, propter contemplationem, & speculationem vocantur Domini, curam gerere. *Athanas. & alii ad Felic. II. post med. Vid. Felix Episcopus ad Gregor.*

CAPUT XX.

Domino beatissimo, & Apostolica reverentia a

nobis in Christo colendo Papæ Hilario, Ascanius Episcopus, & universi Episc. Tarraconensis provinciae. Ersi nulla distaret necessitas ecclesiastica disciplinae, expetendum revera nobis fuerat illud privilegium sedis vestrae, quo susceptis regni clavibus post resurrectionem Salvatoris per totum orbem beatissimi Petri singularis praedicatione universorum illuminatione prospexit. Cujus Vicarii principatus, sicut eminent, ita metuendus est ab omnibus, & amandus. Proinde nos Deum in vobis primitus adorantes, cui sine querela servitis ad fidem * recurrimus, Apostolico ore laudatam, inde responsa quarentes, unde nihil errore, nihil praesumptione, sed Pontificali totum deliberatione percipitur. *Ascanius, & alii Tarracon. Episcopi ad Hilar. ep. 2. in princ.*

* sedem.

CAPUT XXI.

De consecr. d. 3. c. 26.

Domino, & sanctissimo fratri Silvestro Episcopo, &c. [De observatione Paschæ Domini, ut uno die, & tempore per omnem orbem observetur, & juxta consuetudinem litteras ad omnes tu dirigas. *Arel. I. c. 1. Ivo p. 4. c. 19. decret.*

CAPUT XXII.

Si quid illud est magnum, vel parvum, quo variari videmur, ad unam formulam praefixis rationabiliter capitulis revocetur. Praecipue cum & de certis quibusdam causis instructionem apud nos sedis Apostolicæ habeamus, quæ ad interrogationes suas quondam venerandæ memoriæ prædecessoris tui Profuturi prudentia ab ipsa beatissimi Petri accepit cathedra, &c. Relecta est auctoritas sedis Apostolicæ ad quondam Profuturum directa Episcopum, &c. *Bracc. I. c. 18.*

CAPUT XXIII.

Placuit, ut eodem ordine missæ celebrarentur ab omnibus, quo Profuturus quondam hujus Metropolitanæ Ecclesiæ Episcopus ab ipsa Apostolicæ sedis auctoritate suscepit scriptum. *Bracc. I. cap. 22.*

CAPUT XXIV.

Placuit, ut nullus eum baptizandi ordinem prætermittat, quem & antea tenuit metropolitana Bracarensis Ecclesia, & pro amputanda aliquorum dubietate, prædictus Profuturus Episcopus scriptum, & sibi directum a sede beatissimi Petri Apostoli suscepit. *Bracc. I. c. 23.*

CAPUT XXV.

Dilectissimo Domino fratri Syricio, Ambrosius, Sabinus, Bassianus, & ceteri. Recognovimus, litteris sanctitatis tuæ, boni pastoris excubias, qui diligenter commissam tibi januam servas, & pia sollicitudine Christi ovile custodias dignus quem oves Domini audiant, & sequantur &c. *Ambros. & alii ad Syric. in princ.*

CAPUT XXVI.

Neque aliunde hæreses obortæ, aut nata sunt schismata, quam inde quod sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus judex vice Christi cogitatur, &c. *Cypr. lib. I. ep. 3. & ep. 3. ad Cornelium post princ.*

CAPUT XXVII.

Nos, inquit, Cornelium Episcopum sanctissime catholicæ Ecclesiæ erectum a Deo omnipo-

tente, & Christo Domino nostro scimus, &c. Nec ignoramus, unum Deum esse, & unum Christum Dominum, quem confessi sumus, unum Spiritum Sanctum, unum Episcopum in catholica Ecclesia esse debere. *Apud Cypr. ad Corn. ep. 12. in fin.*

CAPUT XXVIII.

Beatissimæ vestrae salutis, ac sanctitatis jura penes Deum sunt manifesta, dum praedicationibus scilicet Apostolicis, & doctrinæ veræ fidei cultura, universa repleta sit terra: per divinorum tamen eruditionem eloquiorum, vestra instruente admonitione exhortatoria, superaedificatur orthodoxa Christi Ecclesia Apostolica institutione fundata, & a fidelibus Patribus firmissime roborata, &c. Scimus enim, ut semper sanctæ sedis Præsules, primo Apostoli, deinde successores eorum fecerunt, vos universalis Ecclesiæ & maxime Episcoporum, qui oculi propter contemplationem, & speculationem vocantur, Domini curam gerere, ac de religione, & lege vestra assidue cogitare, sicut scriptum est: *Beatus Psalm. 1. vir, qui meditatur in lege Domini die ac nocte. Felix Sicilia Episcop. ad Gregor. in princ. & ante finem. Vid. Athan. ad Felicem II.*

CAPUT XXIX.

Domino nostro sanctissimo, & beatissimo Archiepiscopo antiquæ Romæ, œcumenico Patriarchæ Agapeto Marianus presbyter. *In V. synod. act. 1.*

CAPUT XXX.

Alexander Episcopus omnibus orthodoxis, &c. Cogitantibus nobis metum divini judicii, & post vitam hanc unumquemque prout geiserit recepturum, quid veniat in querelam, tacere non licuit; sed nobis, vobis loqui necessitas imperavit dicente. *Propheta: exalta, ut tuba vocem tuam. Et cui omnium ecclesiarum commissa est cura, si dissimulem, audiam Domino dicente: Rejecistis mandatum Dei, ut statuatistraditiones vestras. Alex. ep. 1. in princ. Syr. 3. in princ.*

Isai. 58. a. Matt. 15. a.

Marc. 7. b.

CAPUT XXXI.

Victor Romanæ, ac universalis Ecclesiæ Archiepiscopus Theophilo Episcopo, & cunctis fratribus in Alexandria, &c. Celebritatem Sancti Paschæ die Dominica agi debere, & prædecessores nostri jam statuerunt, & nos illud vobis eadem die celebrari solemniter mandamus, quia non decet, ut membra a capite discrepent, nec contraria gerant. *Victor. ep. 1. in princ. Ivo part. 4. cap. 4. decret. Anselm. lib. 9. cap. 60.*

De conf. d. 3. Celebratatem. 22.

CAPUT XXXII.

Tantam a Domino hujus sanctæ Sedis, & Apostolicæ Ecclesiæ fundatore, & Beato Petro Principe Apostolorum accepimus fiduciam, ut pro Christi universali sanguine redempta Ecclesia, impigro laboremus affectu, & omnibus Domino famulantibus succurramus, & cunctis pie viventibus Apostolica auctoritate opem feramus. *Zephir. epist. 2. in princ.*

CAPUT XXXIII.

Pontianus sanctæ, & universalis Ecclesiæ Episcopus, omnibus recte Dominum * colentibus * Deum. salutem, &c. *Pontian. ep. 2. in princ.*

CA-

CAPUT XXXIV.

Dilectissimis ubique catholice Ecclesie ministris Fabianus salutem in Domino. Divinis preceptis, & Apostolicis monemur institutis, ut pro cunctarum Ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu. Unde consequens est, debere vos scire, quae apud Romanam in sacro aguntur ritu Ecclesiam, ut ejus sequentes exempla, ejus veri filii inveniamini, quae vestra est mater vocata. *Fabian. ep. 1. in princ. Leo ep. 4. in princ. Anselm. lib. 1. c. 34.*

CAPUT XXXV.

Hac ipse Dominus prohibet, id est, non debere jurare, hac Apostoli maxime omnes, hac Sancti viri praedecessores nostri, qui huic sanctae universali Apostolicae Ecclesiae praefuerunt, &c. Hortamur frater, & monemus tuam dilectionem ut omnes semper prout melius potueris, adjuves, confortes, & consolers, & sacramenta, super quibus hanc sanctam Romanam, ac universalem Ecclesiam consulere voluisti, fieri prohibeas. *Corinth. ep. 2. in princ. & in fine.*

CAPUT XXXVI.

Is, qui Evangelium vindicabat, nesciebat in Ecclesia Catholica unum Episcopum esse debere uti videbat esse presbyteros XLVI. diaconos VII. subdiaconos VII. acolytos XLII. exorcistas, lectores, ostiarios LII. viduas cum indigentibus mille quingentas, quos omnes Deus alit in Ecclesia sua. *Corn. apud Euseb. lib. 6. cap. 33.*

CAPUT XXXVII.

Hac illis partibus, quibus moraris, & in omnibus, quibus potueris, cunctis nota facito, & observari Apostolica mandato auctoritate, quia & nostri, nobisque commissi in sancta, Apostolica & universali Ecclesia, omnes hac observare nunc futuris, & temporibus professi sunt. *Stephan. ep. 1. in fine.*

CAPUT XXXVIII.

Stephanus sanctae, Apostolicae, & universales Romanae Ecclesiae Episcopus, omnibus per diversas provincias constitutis Episcopis, in Domino salutem. *Steph. ep. 2. in princ.*

CAPUT XXXIX.

Flagitate, ut Deus, & Dominus noster, qui est refugium pauperum, & spes humilium, sanctam suam Ecclesiam, pretioso videlicet sanguine suo redemptam, & nos, qui eandem sanctam Ecclesiam docere, regere, portare, & tueri debemus, de praedictis oppressionibus, & tentationibus hujus saeculi nequam, atque de omnibus necessitatibus nostris misericorditer eruat, &c. *Steph. ep. 2. in fine.*

CAPUT XL.

Olim, & ab initio tantam percepimus a beato Petro Apostolorum Principe fiduciam, ut habeamus auctoritatem universali Ecclesiae, auxiliante Domino, subvenire, & quidquid noxium est, auctoritate Apostolica corrigere, & emendare. Ad hoc enim divina dispensationis provisio, gradus, & diversos constituit ordines esse distinctos, ut dum reverentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, una concordiae fieret ex diversitate con-

textio, & recte officiorum gereretur administratio singulorum. *Dionys. ep. 1. in princ. Vide Liber. ep. 1. in princ. & Bonif. II. ep. 1. Anselm. lib. 1. c. 39.*

CAPUT XLI.

Dilectissimis fratribus universis Episcopis per Antiochenam provinciam constitutis, Marcellus. Sollicitudinem omnium Ecclesiarum juxta Apostolum circumferentes, divinae circa nos gratiae memores esse debemus, qui nos per dignationis suae misericordiam, ob hoc ad fastigium sacerdotale provexit, ut mandatis ipsius inhaerentes, in quadam sacerdotum ejus specula constituti, prohibeamus illicita, & sequenda doceamus. *Marcellus ep. 1. in princ.*

CAPUT XLII.

Benedictus Dominus Deus noster, qui per misericordiam suam Romanam Ecclesiam B. Petri Apostolorum Principis sacerdotio ditavit, nobisque viam monstrandam circa nos, propter universalem curam, quam nobis propter privilegium ejusdem Ecclesiae, charitas * indulgit, &c. * *charitatis. Euseb. ep. 3. in princ.*

CAPUT XLIII.

Dominis venerabilibus fratribus Athanasio, & universis Aegyptiorum Episcopis Marcus sanctae, Romanae, Apostolicaeque sedis & universales Ecclesiae Episcopus. *Marc. ep. unic.*

CAPUT XLIV.

Officii nostri consideratione non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus major cunctis Christianae Religionis zelus incumbit; nec per taciturnitatem aut favere, aut consentire videamur fratrum nocentis. *Julius epist. 1. in fin. Anf. lib. 1. cap. 38.*

CAPUT XLV.

De qua forma Episcoporum quaedam est orta distinctio, &c. per quos ad unam B. Petri sedem universales Ecclesiae cura conflueret, & nihil usquam a suo capite diffideret. *Jul. ep. 1. in fine. Leo ep. 82. in fine.*

CAPUT XLVI.

Portemus onera omnium, qui gravantur, quinimo hac portat in nobis beatus Apostolus Petrus, cujus vice fungimur legatione, & cujus regula informamur, quatenus ejus fulti auxilio, ab omnibus nunc, & in perpetuum tueamur adversis. *Julius ep. 2. in fine post canones.*

CAPUT XLVII.

Oportet nos, qui supra domum ejus, hoc est, universalem Ecclesiam Catholicam Episcopale suscepimus ministerium, sollicite vigilare, ne de sacris ejus muneribus, id est, Apostolicis viris, Apostolorumque successoribus, atque ministris quisquam, nobis dormitantibus, valeat supprimi, atque injuste, nobisque inconsultis, damnari. *Damas. ep. 3. ad Steph. & alios Episc. in princ.*

CAPUT XLVIII.

Tantus vos beati Petri Apostolorum Principis amor incendat, ut in ovili ipsius, cui omnes creaturae sunt traditae, omnes taliter errantes, sanctis vestris studiis summo redintegrare cum desiderio festinetis. *Damas. epist. 4. ante fin. Jo. III. Epist. sing. ante fin.*

CAPUT XLIX.

Hier. 9. d. Si beatus Propheta ad lugenda populi peccata, non sibi ait lacrymas posse sufficere, quanto nos possumus dolore percelli, cum eorum, qui in nostro sunt corpore, compellimur facinora deplorare, quibus præcipue, secundum beatum
2. Cor. II. 8. Paulum, *instantia quotidiana, & sollicitudo omnium Ecclesiarum*, indefinenter incumbit? *quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror? Syric. ep. I. c. 7.*

CAPUT L.

2. Cor. II. 8. Diligenter, & congrue Apostolici consultiis honoris arcana, honoris, inquam, illius, quem præter illa, quæ sunt extrinsecus, sollicitudo manet omnium Ecclesiarum super anxiiis rebus, quæ sit tenenda sententia; antiquæ scilicet regulæ formam secuti, quam toto semper ab orbe mecum nostis esse servatam, &c. Neque enim hæc vestram credo latere prudentiam, qui id etiam actione firmastis, scientes, quod per omnes provincias de Apostolico fonte petentibus responsa semper emanent. Præsertim [quotiens fidei ratio ventilatur: arbitror omnes fratres, & coepiscopos nostros, non nisi ad Petrum, id est, sui nominis & honoris auctorem, referre debere, velut nunc retulit vestra dilectio: quod per totum mundum possit Ecclesiis omnibus in commune prodesse. *Innocent. ep. 25. vel 26. ad Milevit. concil. post princ. Anselm. lib. I. cap. 27. & lib. 2. cap. 54.*

CAPUT LI.

25. 7. 2. c. 2. Divinis præceptis, & Apostolicis monitis incitatur, ut pro omnium Ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu, ac si quod usquam reprehensionis inveniatur obnoxium, celeri sollicitudine, aut ab ignorantia imperitia, aut a præsumptionis usurpatione revocemus. Monente enim Dominicæ vocis imperio, quo beatissimus Apostolus Petrus trina repetitione mysticæ sanctionis imbuitur, ut Christi oves, qui Christum diligit, pascat, ipsius sedis, cui per abundantiam divinæ gratiæ præsumus, reverentia cohortamur, ut periculum desidii, quantum possumus, declinemus, ne professio summi Apostoli, qua se amatorem Domini esse testatus est, vana inveniatur in nobis. *Leo ep. 4. in princ. Fabian. ep. I. in princ. Greg. IV. in ep. incip. Divinis. Anselm. lib. I. cap. 34. & 43. & lib. 2. cap. 22. Cæsar. lib. 5. cap. 6. Tarrac. lib. I. cap. 286.*

CAPUT LII.

7. 9. 1. Re-moto. c. 30. Talis protinus de clero proprio Barcinonensibus Episcopus ordinetur, qualem te præcipue, frater Asciani, oportet eligere, & deceat consecrare: ne si aliter forte factum fuerit, non sine objurcatione tui maxime nominis retundat nostra præceptio, quod in injuriam Dei, a quo specialiter sacerdotalium est gratia dignitatum, didicerimus admissum. *Hilar. ep. I. ad Ascantium Episc. cap. 3. Anselm. lib. 6. cap. 101.*

CAPUT LIII.

Divinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, qui nos per dignationis suæ misericordiam, ob hoc ad fastigium sacerdotale provexit, ut mandatis ipsius inhærentes, & in quadam sacerdotii
Tom. V.

ejus specula constituti, prohibeamus illicita, & sequenda doceamus. *Hilar. ep. 3. in princ.*

CAPUT LIV.

Olim, & ab initio tantam percepimus a beato Petro Apostolorum Principe fiduciam, ut habeamus auctoritatem, universali Ecclesiæ auxiliante Domino subvenire; & quidquid nocivum est, auctoritate Apostolica corrigere, & emendare. [Ad hoc enim divinæ dispositionis provisio gradus diversos, & ordines constituit esse distinctos; ut dum reverentiam minores prioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, una concordia fieret ex diversitate contextio, & recte officiorum gereretur administratio singulorum. Neque enim universitas alia poterit ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentia ordo servaret, &c. Cælestium militiarum exempla nos instruunt, &c. unumquodque salubriter tunc completur officium, cum fuerit unus, ad quem possit recurri præpositus. *Bonif. II. epist. I. in princ. Gregor. lib. 4. epist. 52. Vide Dionys. ep. 2. in princ. Gregor. VII. lib. 6. ep. 35. ad Rothomagen. & alios Episcop.*

Dist. 89. c. ult.

CAPUT LV.

Certe pro beati Petri Apostolorum Principis honore, per venerandam Chalcedonensem synodum Romano Pontifici oblatum est. Sed nullus eorum umquam hoc singularitatis nomen assumpsit, nec uti consensit. Ne dum privatum aliquod daretur uni, honore debito sacerdotes privarentur universi. Quid est ergo, quod non huius vocabuli gloriam, & oblatam non quærimus, & alter sibi hanc eripere etiam non oblatam præsumit? *Gregor. lib. 4. ep. 32. ad Mauricium Augustum.*

CAPUT LVI.

Sicut veneranda mihi vestra sanctitas novit, per sanctam Chalcedonensem synodum Pontifici sedis Apostolicæ, cui Deo disponente deservio, hoc universitatis nomen oblatum est. Sed nullus umquam decessorum meorum hoc tam Profano vocabulo uti consensit, quia videlicet, etsi unus Patriarcha universalis dicitur, Patriarcharum nomen ceteris derogatur. Sed absit hoc, absit a Christiani mente id sibi velle quempiam arripere, unde fratrum honorem suorum imminuere ex quantulacumque parte videatur. Cum ergo nos hunc honorem nolumus oblatum suscipere, pensate, quam ignominiosum sit hunc sibi quempiam violenter usurpare voluisse. Propterea sanctitas vestra in suis epistolis neminem umquam universalem nominet: ne sibi debitum detrahat, cum alteri honorem offert indebitum. *Greg. lib. 4. epist. 36. ad Eulog. Episcop. Alex. & Anast. Episcop. Antioch.*

CAPUT LVII.

Numquid nam non, sicut vestra sanctitas novit, per venerandum Chalcedonense concilium huius Apostolicæ sedis Antistites, cui Deo disponente deservio, universales oblato honore vocati sunt? sed tamen nullus umquam tali vocabulo appellari voluit. Nullus sibi temerarium nomen arripuit, ne si sibi in Pontificatus gradu gloriam singularitatis arriperet, hanc omnibus fratribus
D

de-

denegasse videretur. *Greg. lib. 4. ep. 38. ad Joann. Episcop. Constantinop.*

CAPUT LVIII.

V. Dist. 99. c. ult. in cuius notis hæc explicantur.

Ecce in præfatione Epistolæ, quam ad me ipsum, qui prohibui, direxistis, superbæ appellationis verbum, universalem Papam me dicentes, imprimere curastis. Quod peto, dulcissima mihi sanctitas vestra ultra non faciat, quia vobis subtrahitur, quod alteri, plus quam ratio exigit, præbetur: ego enim non verbis quero prosperari, sed moribus, nec honorem esse deputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco, meus namque honor est, honor universalis Ecclesiæ, meus honor est fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego vere honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur. Si enim universalem me Papam vestra sanctitas dicit, negat hoc se esse, quod me fatetur universum. Sed absit hoc. Recedant verba, quæ vanitatem inflant, charitatem vulnerant. Et quidem in sancta Chalcedonenſi ſynodo, atque post a ſubſequentibus Patribus hoc deſſoribus meis oblatum, veſtra ſanctitas novit. Sed tamen nullus eorum uti hoc umquam vocabulo voluit, ut dum in hoc mundo honorem ſacerdotum diligenter omnium, apud omnipotentem Deum cuſtodirent ſuum. *Gregor. lib. 7. epiſt. 30. ad Euloz. Epiſc. Alexand. Anſelm. lib. 6. cap. 124. Tarrac. lib. 3. cap. 66.*

CAPUT LIX.

Luc. 22. c. Ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando converſus confirma fratres tuos. Confirmare eum fratres ſuos admonuit, quod Apoſtolicos Pontifices mex exiguitatis prædeceſſores confidenter feciſſe ſemper, cunctis eſt cognitum, &c. *Agatho in epiſt. ad Conſtantin. Imperat. poſt princ. lecta in VI. ſyn. act. 4.*

CAPUT LX.

15. q. 1. c. 2. Divinis præceptis, & Apoſtolicis ſaluberrimis incitatur monitis, ut pro omnium eccleſiarum ſtatu, impigro vigilemus affectu, &c. & quia cunctarum diſpoſitione divina eccleſiarum curam gerimus, &c. Nihil prius de eo, quod ad ſinum ſanctæ Romanæ confugit Eccleſiæ, ejuſque implorat auxilium, decernatur: quam ab ejuſdem Eccleſiæ fuerit præceptum auctoritate, quæ vices ſuas ita aliis impertivit eccleſiis, ut in partem ſint vocatæ ſollicitudinis non in plenitudinem poteſtatis; ſi ſecus fiat, ab officio cleri ſubmotus, Apoſtolicæ auctoritatis reus ab omnibus iudicetur, &c. *Gregor. IV. in epiſt. incip. Divinis. Leo ep. 4. in princ. Ivo part. 5. c. 349. decr. & in ep. 1. ad Richerium Archiepiſcopum Senonen. Anſelm. lib. 2. c. 17. Tarrac. lib. 1. cap. 286. Cæſar. lib. 5. cap. 6.*

CAPUT LXI.

Jo. 21. c. Luc. 22. d. Quoniam cunctarum Chriſti ovium cura conſtringimur, cum vices ipſius gerimus, cui ſpecialiter divinitus dicitur: *Paſce oves meas*: & iterum: *Tu aliquando converſus confirma fratres tuos*: non potuimus negligere, quo minus viſitaremus oves diſperſas, & diſſipatas, vel quo minus confirmaremus in fide, & bonis moribus fratres noſtros, & proximos. *Nicol. epiſt. ad Epiſcopos Aſiæ, & Africa.*

CAPUT LXII.

Privilegia huic ſanctæ Eccleſiæ a Chriſto donata, &c. nos cogunt, noſque compellunt, omnium habere ſollicitudinem eccleſiarum Dei. *Nic. ep. ad Mich. Imp. poſt med.*

CAPUT LXIII.

Per has tres præcipuas eccleſias (*loquitur de Romana, Alexandrina, & Antiochena*) omnium eccleſiarum ſollicitudo beatorum Apoſtolorum Principum Petri, ac Pauli proculdubio moderamen expectat, pro quibus Patribus nos, divinitus incremento gratiæ miniſtrato, nati ſumus, filii, & conſtituti licet indigni, licet eis longe meritis impares, Principes ſuper omnem terram, id eſt, ſuper univerſam Eccleſiam. Terra enim Eccleſia dicitur, ſicut ſcriptum eſt: *Non ſic impij, non ſic, ſed tamquam pulvis, quem proiicit ventus a facie terræ.* Quæ, ſicut ſanctus Auguſtinus exponit, Eccleſia intelligitur. *Nic. ad Mich. Imper. poſt med.*

CAPUT LXIV.

Per principalem beatorum Apoſtolorum Petri, ac Pauli, de qua ſupra partim expoſuimus, poteſtatem, juſ habemus, non ſolum monachos, verum etiam quolibet clericos de quacunque diceceſi, cum neceſſe fuerit, ad nos convocare, atque eccleſiaſticis exigentibus opportunitatibus invitare. *Nicol. ad Michael. Imper. ante fin. Anſelm. lib. 1. cap. 72.*

CAPUT LXV.

Hanc profeſſionem meam ego ille Epicoſopus manu propria ſcripſi, & tibi ſanctiſſimo, ac ter beato, & coangelico Domino, ſummo Pontifici, & univerſali Papæ, Hadriano per legatos tuos, Donatum videlicet, Stephanum, ſanctiſſimos Epicoſos, atque Marinum ſanctæ catholicæ Romanæ Eccleſiæ Diaconum obſuli, menſe illo, die illo. *Synod. CP. VIII. act. 1. ſub Hadr. II. in libello data ab ipſo Hadr. legatis.*

CAPUT LXVI.

Quod ſolus Romanus Pontifex jure dicatur univerſalis. *Greg. VII. lib. 2. reg. in dictato.*

CAPUT LXVII.

Interſuiſtis & vos cum univerſali Principe paſtorum, ſimul cum ipſo divinitus loquentes, tam in ſpiritu, quamque littera, &c. tamquam ipſius divini Petri vocem Agathonis relationem ſupermirati ſumus. *Conſtantinus Imp. ad ſynodum Roman. VI. ſynod. CP. act. 18. poſt medium, & ante finem.*

CAPUT LXVIII.

Imperator Flavius Conſtantinus fidelis magnus Imperator, (ſacra) Dono ſanctiſſimo, ac beatiffimo Archiepiſcopo antiquæ noſtræ Romanæ, & univerſali Papæ. *Conſtantinus [IV.] ante VI. ſyn.*

CAPUT LXIX.

Juſtinianus (II.) Imperat. Joanni (V.) ſanctiſſimo, ac beatiffimo Archiepiſcopo antiquæ alme urbis, atque univerſali Papæ. *In fin. VI. ſynod.*

CAPUT LXX.

Eccleſiam in Chriſto unam, & ovile uni obſcundans paſtori, cujus tu miniſter, ac immola-

tor-

tor existis verissimus. *Basil. Imp. in ep. ad Nicol. Papam, in fin. apud Syn. VIII. CP. sub Hadr. II. act. 3.*

TITULUS IV.
ROMANA ECCLESIA MATER EST,
ET CAPUT ALIARUM.

CAPUT I.

Mat. 18. c. **S**I ubi sunt duo, aut tres congregati in nomine [Christi] ibi se in medio eorum fore perhibuit, quantam circa sacerdotes peculiaritatem potuit demonstrare, qui & patriæ, & liberis suæ confessionis notitiam prætulere? Quibus tu quidem sicut membris caput præeras. *Chalc. ep. ad Leon. post princ. act. 3.*

CAPUT II.

Ut privilegium sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quod a prisca temporibus per piissimos Imperatores stabilitum est, atque firmatum, ita nunc a nobis firmetur, & diebus nostris, sicut concedet, immutatum servetur, & sancta Romana Ecclesia mater vestra exaltetur, protegatur, ac defendatur, quæ caput imperii vestri est. *Ravenn. conc. sub Joanne IX. p. 3. cap. 2.*

CAPUT III.

De sum. Tr. c. 2. in fin. Greg. IX. & in 4. collect. Florensi. Si quis sententiam, sive doctrinam (Abbatibus) Joachim in hac parte defendere, vel approbare præsumpserit, tamquam hæreticus ab omnibus confutetur. In nullo tamen per hoc Florentino * monasterio, cujus ipse Joachim existit institutor, volumus derogari, maxime cum idem Joachim omnia scripta sua nobis assignari mandaverit, Apostolicæ sedis iudicio approbanda, seu etiam corrigenda, dictans epistolam, cui propria manu subscripsit, in qua firmiter confitetur, se illam fidem tenere, quam Romana tenet Ecclesia, quæ cunctorum fidelium, disponente Domino, mater est, & magistra. *Innoc. III. in Conc. gen. Lat. cap. 2. in fine.*

CAPUT IV.

De Bapt. c. ult. apud Greg. IX. & c. 1. eod. tit. in 4. coll. Baptizatos a Latinis, ipsi Græci rebaptizare ausu temerario præsumebant, & adhuc, sicut accepimus, quidam agere hoc non verentur. Volentes ergo tantum ab Ecclesia Dei scandalum amovere, sacro suadente concilio districtè præcipimus, ut talia de cetero non præsumant, conformantes se tamquam obedientiæ filii, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ matri suæ, ut sit unum ovile, & unus pastor. *Innoc. III. in conc. gen. Later. c. 4.*

CAPUT V.

De privileg. 23. Greg. IX. c. 6. eod. tit. in 4. coll. Antiqua Patriarchalium sedium privilegia renovantes, sacra universali synodo approbante sancimus: ut post Romanam Ecclesiam, quæ, disponente Domino, super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum, utpote mater universorum Christi fidelium, & magistra, Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium, Hierosolymitana quartum locum obtineant, servata cuilibet propria dignitate, ita quod postquam eorum Antistites a Romano Pontifice receperint pallium, quod est plenitudinis Pontificalis insigne, præstito sibi fidelitatis, & obedientiæ juramento, licenter & ipsi suis suffraganeis pallium largiantur, recipientes pro se professionem canonicam, & pro Ro-

mana Ecclesia sponsonem obedientiæ ab eisdem. Dominicæ vero crucis vexillum ante se faciant ubique deferri, nisi in urbe Romana, & ubicumque Summus Pontifex præsens extiterit, vel ejus Legatus utrens insignis Apostolicæ dignitatis. In omnibus autem provinciis eorum jurisdictioni subjectis, ad eos, cum necesse fuerit, provocetur: salvis appellationibus ad sedem Apostolicam interpositis, quibus est ab omnibus humiliter deferendum. *Innoc. III. in conc. gen. Lat. cap. 5.*

CAPUT VI.

Optamus, ut a vestræ sanctæ sedis auctoritate, quæ est mater, & caput omnium Ecclesiarum, ad correctionem, & recreationem fidelium orthodoxorum septuaginta capitula Nicæni concilii percipere per præsentis legatos mereamur, &c. Vere novimus, Apostolatus vestri cor gratia sancti Spiritus in tantum esse accensum, ut omnibus oppressis succurratis: quanto magis nobis, qui, licet exigui ordinis, tamen vestri sumus, vobisque obedientes, cum omnibus nobis commissis, & sumus, & semper esse volumus. *Athanasius, & alii ad Marcum Papam, post med.*

CAPUT VII.

Sanctorum voce patet, Pontificum dignitatem sedis ejus Romanæ factam toto orbe venerabilem, dum illi, quicquid fidelium est, ubique submittitur, dum totius corporis caput esse designatur. *Ennod. præ Symmac. post med. Anselm. lib. 1. cap. 24. Cæsar. lib. 5. cap. 2.*

CAPUT VIII.

His, & aliis fulti quamplurimi Dominicis præceptis, cum omnibus hujus sanctæ sedis, quam Dominus caput totius Ecclesiæ constituit, membris, talia fieri prohibemus. Nam & a prædecessoribus nostris inhibuitur legimus, ut nemo contristet doctores. Ipse namque Apostolorum Princeps in ordinatione beati Clementis populum instruens ait: *Quicumque contristaverit doctorem veritatis, peccat in Christum, & patrem omnium exacerbat Deum.* *Alex. epist. 1. ante medium.*

CAPUT IX.

Ostendit Hincmarus ipsi Christianissimo Principi Carolo coram sancta synodo diploma sacrum, ipsius venerandi Principis manibus insignitum, & sigillo subterfirmatum, ex approbatione suæ ordinationis ad eandem sanctam, & Apostolicam, omnium scilicet ecclesiarum matrem, Romanam Ecclesiam. *Synod. apud D. Medardum in causa Hincmari, post med.*

CAPUT X.

In memoriam beati Petri Apostoli, honoramus sanctam, Romanam, & Apostolicam sedem, ut quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat magistra ecclesiasticæ rationis. Quare servanda est cum mansuetudine humilitas, ut licet vix ferendum, ab illa sancta sede imponatur jugum, conferamus *, & pia devotione toleremus. *Tribur. cap. 30.*

CAPUT XI.

Si quæ caulæ difficiliore inter vos ortæ fuerint, ad hujus sanctæ sedis apicem eas, quasi ad caput, referte, ut Apostolico terminentur iudicio, quia

*Dist. 22. Sa-
cro sancta. c.
2. in fine.*

quia sic Dominum velle, ab eoque ita constitu-
tum esse, antedictis testimoniis declaratur. [Hæc
vero Apostolica sedes cardo, & caput omnium
ecclesiarum, a Domino, & non ab alio est con-
stituta, & sicut cardine ostium regitur, sic hujus
sanctæ sedis auctoritate omnes Ecclesiæ, Domi-
no disponente, reguntur. *Anaclet. epist. 3. post
princ. Burchard. lib. 1. cap. 178. Ivo lib. 4. tit.
1. cap. 2. panorm. & part. 5. cap. 294. decr. An-
selm. lib. 1. cap. 2. in fine.*

CAPUT XII.

*De consec. d.
3. Nosse. 21.*

Vos Apostolica auctoritate instruimus, omnes
eadem servare debere, quia & nos eadem serva-
mus, nec debetis a capite quoquo modo disside-
re, &c. *Pius epist. 1. in princ. Ivo p. 4. cap. 3.
decret.*

CAPUT XIII.

Matt. 16. c.

Hanc sanctam sedem Apostolicam omnium
ecclesiarum caput esse Christus præcepit, ipso
dicente Principi Apostolorum Petro: *Tu es Pe-
trus, &c. & porta, &c. & tibi dabo, &c. quod-
cumque ligaveritis, &c. Pius epist. 1. in princ.*

CAPUT XIV.

*De consec. d. 3.
cap. 22.*

Celebritatem sancti Paschæ die Dominica agi
debere, & prædecessores nostri jam statuerunt,
& nos illud vobis eadem die celebrari solemniter
mandamus, quia non decet, ut membra a capite
discrepent, nec contraria gerant. *Victor ep. 1. in
princ. Ivo part. 4. cap. 4. decr. Anselm. lib. 9.
cap. 60.*

CAPUT XV.

*2. q. 6. c. 8.
Ad Roma-
nam.*

Ad sedem Apostolicam ab omnibus, maxime
tamen ab oppressis, appellandum est, & concur-
rendum, quasi ad matrem, ut ejus uberibus nu-
triantur, auctoritate defendantur, & a suis op-
pressionibus releventur, quia non potest, nec de-
bet mater oblivisci filium suum. *Zephyr. ep. 1.
in med. Anselm. lib. 2. cap. 6. Tarrac. lib. 1. c. 276.*

CAPUT XVI.

*d. 12. cap. 1.
* d. bent.
* discedere.*

Non decet * a capite membra disside-
re: sed juxta sacræ Scripturæ testimonium, omnia mem-
bra caput sequantur. Nulli vero dubium est, quod
Apostolica Ecclesia mater sit omnium ecclesia-
rum, a cujus vos regulis nullatenus convenit de-
viare. Et sicut Dei filius venit facere voluntatem
Patris, sic & vos voluntatem vestræ impleatis
matris, quæ est Ecclesia, cujus caput, ut præ-
dictum est, Romana existit ecclesia. Quidquid er-
go sine discretionem justitiæ contra hujus discipli-
nam actum fuerit, ratum haberi, ratio nulla per-
mittit. *Callist. epist. 1. in princ. Anselm. lib. 1.
cap. 12. Tarrac. lib. 1. cap. 277.*

CAPUT XVII.

*25. q. 2.
cap. 11.*

Divinis præceptis, & Apostolicis monemur
instituti, ut pro cunctarum Ecclesiarum statu
impigro vigilemus affectu. Unde consequens est,
debere vos scire, quæ apud Romanam in sacro
aguntur ritu Ecclesiam, ut ejus sequentes exem-
pla, ejus veri filii inventiamini, quæ vestra est
mater vocata. *Fabian. epist. 1. in princ. Leo ep.
4. in princ. Gregor. IV. in epist. incip. Divinis.
Anselm. lib. 1. cap. 34.*

CAPUT XVIII.

Singuli provideant, ne talia audeant perpetra-

re [amputato totius usurpationis excessu, quia
nullus debet præsumere, quæ sibi non videntur es-
se concessa, quam culpam nullo modo potuisset
incidere, si unde consecrationem honoris accipi-
tis, inde legem totius observantiæ sumeretis, &
beati Apostoli Petri sedes, quæ vobis sacerdoti-
alis mater est dignitatis, esset ecclesiastica magi-
stra rationis. *Julius epist. 1. in fin. Anselm. lib.
2. cap. 61. & lib. 6. cap. 127.*

CAPUT XIX.

Qui metropoles tenent sedes, Archiepiscopi
vocantur, & non primates, salva in omnibus A-
postolicæ sedis dignitate, quæ ei ab ipso Domino
est concessa, & postea a Sanctis Patribus roborata. *Felix II. ep. 1. c. 12. Burch. l. 1. c. 163. Ivo
part. 5. c. 273. decr.*

CAPUT XX.

Dum prædictam Romam matrem appellave-
rint Ecclesiam, aut ab ea se audiri exposcerint;
nullus eos aut excommunicare, aut eorum sedes
subripere, &c. præsumat, &c. sed & ipsum in Ni-
cæna synodo constitutum est, &c. Quando tu A-
thanasi, & Paulus CP. Asclepius Gazæ, & Lu-
cianus Hadrianopolites ab Orientalibus Episco-
pis, inconsulto sanctæ memoriæ Julio prædeces-
sore nostro, damnati estis, ad eum, quasi ad to-
tius orbis caput, ut semper huic sanctæ sedi lici-
tum fuit, confugistis. *Felix II. ep. 1. c. 19. Ans.
lib. 2. c. 59. Tarrac. lib. 2. c. 43.*

*2. q. 6. c. 16.
Quotiens.*

CAPUT XXI.

Adverti, sedi Apostolicæ, ad quam relatio
quasi ad caput Ecclesiarum missa currebat, fieri
injuriam, cujus adhuc in ambiguum sententia
duceretur. *Innoc. ep. 22. in princ. ad Episcopos
Macedoniæ.*

CAPUT XXII.

Inquirendo de his rebus, quas omni cum solli-
citudine decet a sacerdotibus, maxime a vero,
justoque, & catholico tractari concilio, antiquæ
traditionis exempla servantibus, &c. ad nostrum
referendum approbastis esse judicium, scientes,
quid Apostolicæ sedi, cum omnes hoc loco positi
ipsum sequi desideremus Apostolum, debeatur,
a quo ipse Episcopatus, & tota auctoritas hujus
nominis emerit. Quem sequentes, tam mala
jam damnare novimus, quam probare laudanda,
vel id vero, quod patrum instituta sacerdotali of-
ficio custodientes, non censetis esse calcanda:
quod illi non humana, sed divina decrevere sen-
tentia, ut quidquid, quamvis de disjunctis, re-
motisque provinciis ageretur, non prius ducerent
finiendum, nisi ad hujus sedis notitiam perveni-
ret, ut tota hujus auctoritate justa pronuntiatio
firmaretur: indeque sumerent ceteræ ecclesiæ
quid præcipere, quos abluere, quos veluti in cœ-
no inmundabili fordidos, mundi digna corpo-
ribus unda vitaret. *Innoc. ep. 25. ad conc. Carth.
in princ.*

CAPUT XXIII.

Bonifacius Episcopus Honorio Augusto. [Ec-
clesiæ meæ, cui Deus noster meum sacerdotium
vobis res humanas regentibus deputavit, cura
constringit, ne causis ejus, quamvis adhuc corpo-
ris incommoditate detineat, propter conventus,
qui

Dist. 97. c. 1.

qui a sacerdotibus universis, & clericis, & Christianæ plebis perturbationibus agitantur, apud aures Christianissimi Principis delin, &c. Ipsa ergo, quæ uni desponsata est, vestra tamen mater est, Ecclesia, hac pietatem vestram legatione, quam suis sacerdotibus commisit, appellat, &c. teste, apud quem, & de cuius sede agitur, sancto Petro, sollicitis pro religionis observantia vocibus clamat. *Bonif. ep. 1. ad Honor. Imper. in princ.*

CAPUT XXIV.

Hanc culpam nullo modo potuissetis incidere, si unde consecrationem honoris accepistis, inde legem totius observantiæ sumeretis: & beati Petri Apostoli sedes, quæ vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset ecclesiastica magistra rationis. *Leo epist. 4. ad Episcop. Sicil. c. 1. Anselm. lib. 9. c. 15.*

CAPUT XXV.

Remeantibus ad nos fratribus, & sacerdotibus nostris, quos ad sanctum concilium sedes beati Petri direxit, agnovimus, dilectionem tuam superno adiutorio, nobiscum, tam Nestorianæ impietatis, quam Eutylianæ vesaniæ, extitisse victricem. Unde gloriamur in Domino, qui nulum nos in nostris fratribus detrimentum sustinere permisit, sed quæ nostro prius ministerio defuerat, universæ fraternitatis irretractabili firmavit assensu, ut vere a se prodiisse ostenderit, quod prius a prima omnium sede formatum, totius Christiani orbis iudicium recepisset: ut in hoc quoque capiti membra concordent, in quo nobis amplius accrescit gaudendi materia, dum & tanto magis se perculit inimicus, quanto contra Christi ministros sævius insurrexit. Nam ne aliarum sedium, ad eam, quam ceteris omnium Dominus statuit præsidere, consensus assentatio videretur, aut alia quælibet subrepere posset diversa suspicio, inventi prius sunt, qui de iudiciis nostris ambigerent. *Leo epist. 61. ad Theodoretum, Cyri Episcopum, in princ.*

CAPUT XXVI.

Satis indignum est, quemquam vel Pontificum, vel ordinum subsequentium hanc observationem refutare, quam beati Petri sedem & sequi videat, & docere, satisque conveniens sit, ut totum corpus Ecclesiæ in hac sibi membra observatione concordet, quam illic vigere conspiciat, ubi Dominus Ecclesiæ totius posuit principatum, &c. *Gelas. epist. 1. c. 11. Vide Vormac. 48. Anselm. lib. 5. c. 4.*

CAPUT XXVII.

Apostolicæ sedis auctoritas, quod cunctis sæculis Christianis, & Ecclesiæ prælata sit universæ, & canonum serie paternorum, & multiplici traditione firmatur. *Gelas. ep. 5. ad Anastas. Aug. in fine.*

CAPUT XXVIII.

Ad sedem Apostolicam missis super quibusdam consultis quasi ad caput, ut inde acciperetis responsa, unde omnis Ecclesia totius religionis sumpsit exordium. *Bela IV. ep. 1. in princ.*

CAPUT XXIX.

Nulli vel tenuiter sentienti, vel pleniter sapienti dubium est, quod Ecclesia Romana fun-

damentum, & forma sit Ecclesiarum. A qua omnes ecclesias principium sumpsisse, nemo recte credentium ignorat. Quoniam licet omnium Apostolorum par esset electio, Beato tamen Petro concessum est, ut ceteris præmineret, unde & cephas vocatur, quia caput est, & primus omnium Apostolorum. & quod in capite præcessit, in membris sequi necesse est. Quam ob rem sancta Romana Ecclesia, ejus merito, Domini voce consecrata, & sanctorum Patrum auctoritate roborata, primatum tenet omnium ecclesiarum. Ad quam tam summa Episcoporum judicia, & negotia, atque querelæ, quam & majores ecclesiarum quæstiones, quasi ad caput semper referenda sunt. Nā & [qui se scit aliis esse præpositum, non moleste ferat, aliquam esse sibi prælatum. Ipsa namque Ecclesia, quæ prima est, ita reliquis ecclesiis vices suas credidit largiendas, ut in partē sint vocatæ sollicitudinis non in plenitudinem potestatis. Unde omnium appellantium Apostolicam sedem Episcoporum judicia, & cunctarum majorum negotia causarum eidem sanctæ sedi reservata esse liquet, præsertim cū in his omnibus ejus semper sit expectandum consultum, cujus tramiti si quis obviare tentaverit, sacerdotum causas se, non sine honoris sui periculo, apud eandem sedem noverit redditurum. *Vigil. ep. un. c. 7. Julius epist. 1. in fin. Leo ep. 82. in fin. Tolet. XI. c. 10. Greg. IV. ad omnes Episcopos German. & Gallia in ep. incip. Divinis. Anselm. lib. 1. c. 9. lib. 2. cap. 18.*

CAPUT XXX.

Orate fratres, ut honor Ecclesiasticis, nostris diebus non evacuetur, nec unquam Romana sedes, quæ instituta Domino caput est omnium ecclesiarum, privilegiis suis usquam careat, aut spoliatur. *Pelag. II. ep. 1. ante medium.*

CAPUT XXXI.

His portitoribus, & testimonia aliquorum sanctorum Patrum, quos hæc Apostolica Christi Ecclesia suscipit, cum eorum libris tradidimus, ut facultatem suggerendi a benignissimo vestræ Christianitatis imperio consecuti, ex his dumtaxat satisfacere studeant, dum Imperialis mansuetudo præceperit, quid hæc spiritalis mater eorum, ac Deo propagati imperii Apostolica Christi Ecclesia credat, & prædicet, non per eloquentiam sæcularem, quæ nec suppetit idiotis hominibus, sed per sinceritatem Apostolicæ fidei, in qua & ab incanabulis edocti, usque in finem propagatori vestri imperii cæli Domino omnes nobiscum deprecamur servire, atque obedire. *Agatho ep. ad const. IV. Imp. post princ. apud syn. VI. act. 4.*

CAPUT XXXII.

Nulli dubium sit, quod non solum Pontificalis accusatio, sed omnis sanctæ religionis relatio ad sedem Apostolicam quasi ad caput ecclesiarum debet referri, &c. *Gregor. IV. Episcopis per Galliam, & Germ. Anselm. l. 1. c. 20.*

CAPUT XXXIII.

Vestra sanctitas piissimis, & triumphatoribus nostris Imperatoribus inducat in animum, ut falsam congregationem illam sine consensu, ac præ-

sen-

De consec. d.
1. Basilicas.
6. 5.

2. 9. 6. c. 12.
14.

sentia Apostolicæ sedis, contra omnem Patrum venerabilium traditionem, contra venerandas imagines, sine ordine, & debita convocatione factam, execreretur, quo omne zizanium ab ecclesia eradicetur, & Jesu Christi Domini nostri verbum impleatur, *Ex porta inferorum, &c. Tu es Petrus, &c.* cuius etiam sedes per totum terrarum orbem primatum obtinens lucet, omniumque ecclesiarum Dei caput existit. Unde & ipse beatus Petrus Apostolus Dei jussu Ecclesiam pascebat, nihil omnino prætermisit, sed ubique principatum obtinuit, & obtinet. Cui etiam, & nostræ beatæ, & Apostolicæ sedi, quæ est omnium ecclesiarum Dei caput, velim beata vestra sanctitas ex sincera mente, & toto corde agglutinetur, utpote quæ revera sit recte sentiens, & pietatis incorruptæ conservatrix. *Hadr. ad Thar. CP. post med. VII. syn. act. 2.*

CAPUT XXXIV.

Dicendum est omnibus Gallis, & per veram obedientiam præcipiendum, ut unaquæque domus saltem unum denarium annuatim solvant beato Petro, si eum recognoscunt Patrem, & pastorem suum more antiquo; nam Carolus Imperator, sicut legitur in tomo ejus, qui in archivio ecclesiæ beati Petri habetur, in tribus locis annuatim colligebat mille, & ducentas libras ad servitium Apostolicæ sedis, excepto hoc, quod unusquisque propria devotione offerebat. *Gregor. VII. lib. 8. registr. epist. 23.*

CAPUT XXXV.

Constantinus, & Helena adeo sanctam matrem vestram, catholicam, & spirituales Romanam ecclesiam exaltarunt, ut plane spes sit, eorum appellationem in vestra cognomena transiuram, &c. *Hadr. ad Const. & Irenem, in princ. VII. syn. act. 2.*

CAPUT XXXVI.

Animadvertendum est, quia non Nicæna, non denique ulla synodus quidquam Romanæ contulit Ecclesiæ privilegii, quæ in Petro noverat eam totius jura potestatis pleniter meruisse, & cunctarum Christi ovium regimen accepisse, sicut beatus Præsul Bonifacius attestatur, universis Episcopis per Thessaliam constitutis scribens. Institutio universalis nascentis Ecclesiæ de beati Petri sumpsit honore principium, in quo regimen ejus, & summa consistit. Ex ejus enim ecclesiastica disciplina per omnes Ecclesias, religionis jam crescente cultura, fons emanavit. Nicæna synodi non aliud præcepta testantur, adeo ut non aliquid super eam ausa sit constituere, cum videret nihil supra meritum suum posse conferri. Omnia denique huic noverat Domini sermone concessa. Si omnia nihil defuit, quod illi non cesserit. Denique si instituta Nicæna synodi diligenter inspiciantur, invenietur profecto, quia Romanæ Ecclesiæ nullum eadem synodus contulit incrementum; sed potius ex ejus forma, quod Alexandrinæ ecclesiæ tribueret particulariter, sumpsit exemplum. Hæc igitur, & his similia, nos pro cunctis Ecclesiis sollicitos reddunt. Hæc etiam de Constantinopolitana Ecclesia impigram curam arripere vehementer hortantur. Hæc in-

quam Ignatium Patriarcham, nulla regula, nulloque ordine ecclesiastico dictante dejectum, tamquam fratrem adjuvare compellunt. Nam & inter cetera is, per quem nobis præcipue ista sunt privilegia collata, *Tu aliquando conversus*, *Luc. 28.* audivit a Domino, *confirma fratres tuos*. Siquidem & ideo in culpam cecidit, ut sciret, qualiter eorum infirmitatis misereri debuisset. Hæc privilegia Photium, vivente Ignatio, in caulas Dominicas non per ostium, sed aliunde ascendentem & pastorem impellentem, & oves dispergentem, nobis & ab honore, quem irregulariter ulurpavit, & a communionem Christianorum amovere, divinitus inspirata jusserunt. *Nic. ad Mich. Imp. post med.*

CAPUT XXXVII.

Quod audiens sancta Romana Ecclesia mater vestra, & totius Christianitatis, sicut scitis, magistra, congregato e diversis partibus concilio multorum sacerdotum, &c. Gotefredum excommunicavit, & anathematis jaculo, una cum omnibus sibi consentientibus transfixit. *Greg. VII. l. 2. registr. ep. 15. in medio.*

CAPUT XXXVIII.

Ut filios carissimos vos adhortor, & moneo, ut vos sicut bonæ soboles, etsi post diurnas scissuras, demum tamen, ut matrem revera vestram Romanam Ecclesiam recognoscatis, & vos fratres Episcopi Romanæ Ecclesiæ ordinem, & officium recipiatis, non Toletanæ, vel cujuslibet aliæ, sed istius, quæ a Petro, & Paulo supra firmam petram per Christum fundata est, & sanguine consecrata, cui portæ inferi, id est, linguæ hæreticorum, numquam prævalere potuerunt, sicut cetera regna Occidentis, & Septentrionis, teneatis. Unde enim non dubitatis vos suscepisse religionis exordium, restat etiam, ut inde recipiatis in ecclesiastico ordine divinum officium. *Greg. VII. lib. 1. registr. epist. 67. ante medium.*

TITULUS V.

DE ELECTIONE, ET CONSECRATIONE PONT. MAX.

CAPUT I.

LIcet de evitanda discordia in electione Summi * Pontificis, manifesta satis a nostris prædecessoribus constituta manaverint, &c. Nos de consilio fratrum nostrorum, & sacri approbatione concilii, aliquid decrevimus adjungendum. Statuimus igitur, ut si inter Cardinales de substituendo Pontifice non potuerit plena esse concordia, & duabus partibus concordantibus, tertia pars noluerit concordare, aut sibi alium præsumpserit ordinare *, ille Romanus Pontifex habeatur *, qui a duabus partibus fuerit electus, & receptus. Si quis autem de tertiæ partis nominatione confusus, quia rem non potest, sibi nomen Episcopi usurpaverit, tam ipse, quam qui eum receperint, excommunicationi subiaceant, & totius sacri ordinis privatione multentur, ita ut viatici eis etiam, nisi tantum in ultimis, communio denegetur. Et nisi resipuerint, cum Dathan, & Abiron, quos terra vivos absorbit, accipiant portionem. Præterea si a paucioribus aliquis, quam a duabus partibus fuerit electus ad Apostolatus officium

*De elect. c. 6. Gregor. IX. cap. 15. eod. tit. in 1. coll. * Romani.*

** nominare. * ab universa Ecclesia accipitur Episcopo.*

Num. 16.

ficiam, nisi major concordia intercesserit, nullatenus assumatur, & prædictæ poenæ subiaceat, si humiliter noluerit abstinere. Ex hoc tamen nullum aliis ecclesiis præjudicium generetur, &c. quia quod in eis dubium venerit, superioris poterit iudicio definiri. In Romana vero Ecclesia aliquid speciale constituitur, quia non potest recursus ad superiorem haberi. *Alex. III. in Conc. Later. c. 1.*

CAPUT II.

Dist. 79. c. 2. Si quis presbyter, aut diaconus, aut clericus, Papa incolumi, & eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano Pontificatu, commodare, aut ** pitatio.* pitatia * promittere, aut sacramentum præbere tentaverit, aut aliquod certe suffragium polliceri, vel de hac causa privatis conventiculis factis deliberare, atque decernere, loci sui dignitate, atque communione privetur. *Symm. in Synod. Rom. I. cap. 3. & 4. Burch. lib. 1. cap. 223. Ivo part. 5. cap. 236. decr. Anselm. lib. 6. cap. 1. Casar. lib. 3. cap. 4. Tarrac. lib. 3. cap. 56.*

CAPUT III.

Dist. 79. c. 10. & 8. 9. 1. in princ. Si, quod absit, transitus Papæ inopinatus evenerit, ut de sui electione successoris non possit ante decernere, si quidem in unum totius inclinaverit ecclesiastici ordinis electio, consecratur electus Episcopus: si enim, ut fieri solet, studia cœperint esse diversa eorum, de quibus certamen emerferit, vincat sententia plurimorum. *Symm. in Synod. Rom. I. cap. 4. Ivo lib. 3. tit. 1. cap. 2. panorm. Anselm. lib. 6. cap. 1. Deus dedit cap. 1. Casar. lib. 3. cap. 4. Tarrac. lib. 3. cap. 57.*

CAPUT IV.

Dist. 79. c. 2. in fin. Si quis ad ecclesiasticam pertulerit notitiam consilia eorum, qui contra hanc synodum de Pontificatus egerint ambitu, & rationabili probatione convicerit, particeps actionis huiusmodi, non solum purgatus ab omni culpa sit, sed etiam remuneratione, quæ non indigna sit, sublevetur. *Symm. in Synod. Rom. I. c. 5. Anselm. lib. 6. c. 1.*

CAPUT V.

** * ** Quia necessitatis causa de Portuensi ecclesia Formosus pro vitæ merito ad Apostolicam sedem provectus est, statujimus, & omnino decernimus, ut id in exemplum nullus adsumat. *Ravenn. concil. sub Jo. IX. cap. 3.*

CAPUT VI.

Dist. 63. c. Quia sancta. 28. Quia sancta Romana Ecclesia, cui Deo auctore præsidemus, plurimas patitur violentias Pontifice obeunte, quæ ob hoc inferuntur, quia absque Imperatoris notitia, & suorum Legatorum præsentia Pontificis fit consecratio, nec canonico ritu, & consuetudine, ab Imperatore directi interfint nuntii, qui violentiam, & scandala in ejus consecratione non permittant fieri, volumus, id ut deinceps abdicatur, & instituendus Pontifex convenientibus Episcopis, & universo clero eligatur, expetente senatu, & populo: qui ordinandus est, sit in conspectu omnium celebrissime electus, ab omnibus, præsentibus Legatis Imperialibus consecratur, nullusque sine periculo juramenta, vel promissiones aliquas nova ad inventionem ab eo audeat extorquere, nisi quæ antiqua exigit consuetudo, ne Ecclesia scandalizetur, vel Imperatoris honorificentia minuatur.

Ravenn. conc. sub Jo. IX. cap. 10. panorm. 13. cap. 1. Steph. Papa.

CAPUT VII.

Nicolaus Episcopus servus servorum Dei, omnibus Episcopis catholicis, cunctoque clero, & populo, &c. Vigilantia universalis regiminis assiduam sollicitudinem omnibus debentes, saluti quoque vestræ providentes, quæ in Romana synodo coram CXIII. Episcopis, nobis præsentibus, sunt constituta, &c. exequutores eorum vos esse optamus, & Apostolica auctoritate jubendo mandamus, &c. Primo est statutum, ut electio Romani Pontificis in potestate Cardinalium Episcoporum sit ita, ut [si quis sine præmissa concordia, ac canonica electione eorum, ac deinde sequentium ordinum, religiosorum, clericorum, & laicorum consensu inthronizatur, non Papa, vel Apostolicus, sed Apostaticus habeatur. *Nicol. II. in conc. Rom. CXIII. Episcoporum cap. 1. Ivo part. 5. cap. 80. decr. Anselm. lib. 6. cap. 13. & in addit. cap. 12. Casaraug. lib. 3. cap. 9.*

Dist. 23. c. 1. In nomine.

Dist. 79. cap. 1. & 9. Si quis.

CAPUT VIII.

Auctoritate Apostolica decernimus, quod in aliis conventibus nostris decrevimus, ut [si quis pecunia, vel gratia humana, vel populari, seu militari tumultu, sine concordia, & canonica electione, ac benedictione Cardinalium Episcoporum, ac deinde sequentium ordinum, religiosorum clericorum, fuerit Apostolicæ sedi inthronizatus, non Papa, vel Apostolicus, sed Apostaticus habeatur. Liceatque Cardinalibus, Episcopis, cum religiosis, & Deum timentibus clericis, & laicis, in vaforem etiam cum anathemate, & humano auxilio, & studio a sede Apostolica repellere, & quem dignum judicaverint, præponere. Quod si hoc intra urbem perficere nequiverint, nostra auctoritate Apostolica extra urbem congregati in loco, qui eis placuerit, eligant quem digniorem, & utiliorem Apostolicæ sedi perspexerint, concessa ei auctoritate regendi, & disponendi res, & utilitatem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, secundum quod eis melius videbitur, juxta qualitatem temporis, quasi jam omnino inthronizatus sit. *Nicol. II. in conc. Rom. CXIII. Episcoporum in fin. Ivo part. 5. cap. 80. decr. Anselm. lib. 6. cap. 11. & 12. in addit. Casaraug. lib. 3. cap. 9. & 10.*

Dist. 79. cap. 1. & 9. Si quis.

CAPUT IX.

Hic ipse Petrus in auribus totius Ecclesiæ hæc protulit verba: *Clementem hunc Episcopum vobis ordino, quem præ ceteris expertus sum Deum colentem, homines diligentem, castum, discendi studiis deditum, sobrium, benignum, iustum, patientem, &c. Clement. ep. 1. in princ.*

CAPUT X.

Tu ad hoc solum vacato, ut opportune, & sine intermissione doceas verbum Dei, per quod salutem consequi possint. Illi vero cum tanta reverentia tua verba suscipiant, tamquam, qui sciant legatum te, & præconem esse veritatis. *Petrus apud Clement. epist. 1. post princ.*

CAPUT XI.

Petrus Princeps Apostolorum adjutores sibi adscivit Linum, & Cletum, non tamen potestatem

8. q. 1. c. 1.

tem

tem Pontificii, aut ligandi, aut solvendi eis normam tradidit, sed successori suo sancto Clementi, qui sedem Apostolicam post eum, & potestatem Pontificalem, tradente sibi B. Petro, tenere promeruit: Linus vero, & Cletus ministrabant exteriora. Princeps autem Apostolorum Petrus verbo, & orationi insistebat, quæ non incongrue ad traditionem Spiritus sancti per manus impositionem pertinet, &c. Linum namque & Cletum nihil legitur umquam ex Pontificali ministerio egisse potestative, sed quantum eis a beato Petro præcipiebatur, solummodo agebant, &c. *Joann. III. ep. un. post princ. Anselm. lib. 1. cap. 55.*

CAPUT XII.

Mortuo Alexandro (II.) post triduanum jejunium, post litanias, & multorum orationem elemosynis conditam, electio facta est. *Gregor. VII. lib. 1. registr. epist. 1.*

CAPUT XIII.

Beatus Petrus Apostolus, & Princeps Apostolorum, &c. primo sedit in cathedra Episcopatus Antiochiæ ann. VII. &c. Romæ ann. XXV. m. II. diebus III. &c. scripsit duas epistolas Catholicas, & canonicas, & Evangelium Marci, &c. Ordinavit duos Episcopos Linum, & Cletum, qui præsentialiter omne ministerium sacerdotale in urbe Roma populo exhiberent, ipse vero oratione, & prædicatione populum erudiens vacabat, &c. Clementem Episcopum consecravit, cui cathedram, & Ecclesiã omnem disponendam commisit dicens: *Sicut mihi gubernandi tradita est a Domino meo Jesu Christo potestas ligandi, solvendique, ita ego tibi committo, ut ordines dispositores diversarum causarum, per quos actus (non) ecclesiastici profligentur, & tu minime curis sæculi deditus reperiaris, sed solum orationi, & prædicationi ad populum vacare stude.* *Damas. in Petri.*

CAPUT XIV.

Marcus constituit, ut Episcopus Ostiensis, qui consecrat Episcopos Urbis, tunc pallio uteretur, & ab eodem Episcopus urbis Romæ consecraretur, *Damas. in Marci.*

CAPUT XV.

Bonifacius II. congregavit synodum in Basilica B. Petri Apostoli, & fecit constitutum, ut sibi successorem ordinaret, quo constituto cum chirographis sacerdotum, & jurejurando ante confessionem beati Apostoli Petri diaconem Vigilium constituit; sed facta iterum synodo, & hoc censuerunt sacerdotes omnes propter reverentiam sanctæ sedis, & quia contra canones fuerat hoc factum, & quia culpa eum respiciebat, ut successorem sibi constitueret, ipse Bonifacius reum se confessus est majestatis, quod diaconem Vigilium sua subscriptione chirographi ante confessionem B. Apostoli Petri successorem constituisset, ac ipsum constitutum in præsentia omnium sacerdotum, & cleri, & senatus incendio consumpsit. *Ex Pontif.*

CAPUT XVI.

Pelagius II. ordinatur absque jussione Principis, eo quod Longobardi obsiderent civitatem Romanam, & multa vastatio ab eis in Italia fie-

ret. Investivit corpus B. Petri Apostoli tabulis argenteis deauratis. *Ex Pontif.*

CAPUT XVII.

Agatho suscepit divalem jussionem secundum suam postulationem, ut succedit, per quam relevata est quantitas, quæ solita erat dari pro ordinatione Pontificis faciendi, sic tamen, ut si contigerit post ejus transitum electionem fieri, non debeat ordinari, qui electus fuerit, nisi prius decretus generalis* introducatur in regiam urbem, secundum antiquam consuetudinem, & cum eorum scientia, & jussione debet ordinatio provenire. *Ex Pontif.*

CAPUT XVIII.

Leo II. sanctissimus vir ordinatus est a tribus Episcopis, id est Andrea Ostienti, Joanne Portuensi, & Placentino Veliternensi, pro eo quod Ecclesia Albanensis Episcopum minime habuit. *Ex Pontif.*

CAPUT XIX.

Convocatis ad se Episcopis, & Cardinalibus *Victor III. Romanus Pont.* monuit, ac jussit, ut juxta Gregorii Papæ statutum, Othonem Ostiensem Episcopum quamprimum eligerent, Pontificemque constituerent. Quem quia præsens aderat, manu apprehensum ceteris Episcopis tradidit dicens: *Accipite eum, & in Romana sede locate, meamque vicem quousque id facere possitis, habetote.* *Ex libro 3. chron. Cassinen. Leonis Ostien. Episcopi cap. 72.*

CAPUT XX.

Ne sedes Apostolica diu luceat proprio destituta pastore, congregati in basilica beati Petri ad vincula, nos sanctæ Romanæ Ecclesiæ catholicæ, & Apostolicæ Cardinales, clerici, acolythi, subdiaconi, diaconi, presbyteri, præsentibus venerabilibus Episcopis, Abbatibus, clericis, & monachis consentientibus, plurimis turbis utriusque sexus, diversique ordinis acclamantibus, eligimus nobis in pastorem, & summum Pontificem virum religiosum, geminæ scientiæ, prudentia pollentem, æquitatis, & justitiæ præstantissimum amatorem, &c. Hildebrandum venerabilem Archidiaconum, quemadmodum ex usque in sempiternum & esse, & dici Gregorium Papam volumus, & approbamus. Placet vobis? Placet. Vultis eum? Volumus. Laudatis eum? Laudamus. *Gregorii VII. registr. ante ep. 1.*

CAPUT XXI.

Victor Honorius inclytus, triumphator, semper Augustus sancto, ac venerabili Bonifacio Papæ urbis Romæ Æternæ. Scripta beatitudinis tuæ debita reverentiæ gratulatione suscepimus, &c. Denique beatitudine tua prædicante id ad cunctorum clericorum notitiam volumus pervenire, ut si quid forte religioni tuæ, quod non optamus, humana sorte contigerit, sciant omnes, ab ambitionibus esse cessandum. At [si duo contra fas temeritate certantes fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitus sacerdotem, sed illum solum in sede Apostolica permanurum, quem ex numero clericorum nova ordinatione divinum iudicium, & universitatis consensus elegerit,

c. 21. d. 63.
c. Agatho.

* decretum
generale. f.

Dist. 97. c. 2.

Dist. 79. c. 8.

gerit, &c. Honor. August. ad Bonif. Papam. Anselm. lib. 6. c. 14.

TITULUS VI.
DE CONCILIORUM GENERALIUM CONVOCATIONE AD PONT. MAX. PERTINENTE.

CAPUT I.

Paschasius, & Lucentius, & Julianus reverendi Episcopi, & Bonifacius reverendus presbyter, Vicarii sedis Apostolicæ per Paschasium dixerunt: „ Synodus (*Ephesina*) proferri „ non potest, in qua illa nefaria delicta relecta „ sunt, & ob hoc ad lectionem videntur esse super- „ flua, quæ ibi sunt acta? “ Si ergo & a beatissimo, & Apostolico Romanæ urbis Episcopo omnia, quæ ibi gesta sunt, vana sunt habita, claret, quia & sanctissimus Episcopus Antiochenæ civitatis extra hæc est, &c. & Principem adeamus, quatenus illud concilium sacra, & pia lege, neque nominari præcipiat, &c. Cecropius Episcopus Sebastopolitanus dixit: „ Illud concilium dicere non „ debemus, quia nec Apostolica auctoritate co- „ actum est, neque rite peractum “ . Episcopi clamaverunt: „ Omnes hæc dicimus “ . *Chalc. act. 10. in fine.*

CAPUT II.

Quomodo magna est, & universalis (*loquitur de quadam Pseudosynodo*) in quam neque omnes consenserunt, & reliquarum ecclesiarum præfati non admiserunt, sed anathemate eam devoverunt? Non habuit cooperarium, ut hæc, quæ nunc celebratur, Romanum Papam, neque illius sacerdotes, neque per Vicarios, neque per provinciales litteras, quemadmodum fieri in synodis debet. Quin etiam neque concordantes sibi habuit Orientis Patriarchas, Alexandrinum inquam, Antiochenum, & Urbis sanctæ Summos Pontifices, neque cum illis etiam mystas, & sacerdotes. *VII. syn. act. 6. tom. 1. post princ. in refutatione pseudosyn. CP.*

CAPUT III.

Dist. 65. c. 6. Mos.

Sancta, & universalis Nicæna prima synodus antiquam consuetudinem jubet servari per Ægyptum, & provincias, quæ sub ipsa sunt; ita ut horum omnium Alexandrinus Episcopus habeat potestatem, dicens, quia in Romanorum civitate hujusmodi mos prævaluit. Qua de causa & hac magna, & sancta synodus, tam in seniori, & nova Roma, quam in sede Antiochiæ, & Hierosolymorum, priscam consuetudinem decernit in omnibus conservare: ita ut earum Præsulis universorum Metropolitanorum, qui ab ipsis promoventur, & sive per manus impositionem, sive per pallii dationem * Episcopalis dignitatis firmitatem accipiant, habeant potestatem videlicet, ad convocandum eos, urgente necessitate, ad synodalem conventum, vel etiam ad coercendum illos, & corrigendum, cum fama eos super quibusdam delictis forsitan accusaverit. Sed quoniam sunt quidam Metropolitanorum, qui ne secundum vocationem Apostolici Præsulis occurrant, a mundi Principibus se detineri sine ratione causantur, placuit talem excusationem omnimodis esse invalidam. *Synod. VIII. c. 17. sub Hadr. II. Tom. V.*

* *plaudatio-nem.*

Nicæn. c. 6. Anselm. lib. 4. c. 44. Casaraug. lib. 2. cap. 65.

CAPUT IV.

Damasus, & ceteri Episcopi Romæ congregati, dilectissimis fratribus in Illyrico constitutis Episcopis, in Domino salutem, &c. Neque præjudicium aliquod fieri potuit per numerum Arimini congregatum: quando constat, neque Romanum Episcopum, cujus ante omnia decebat eos expectare decretum, neque Vincentium, neque alios præbuisse consensum, &c. *Damas. ep. 5. Illyrici Episcopis in medio. Theodor. lib. 2. cap. 22.*

CAPUT V.

Memorati Pontifices *jussu Theodorici Regis congregari* suggererunt ipsum *Symmach.* qui dicebatur imperitus, debuisse synodum convocare, scientes, quia ejus sedis primum Petri Apostoli meritum, vel principatus, deinde secuta jussione Domini, conciliorum venerandorum auctoritas singularem in ecclesiis tradidit potestatem, nec ante dictæ sedis Antistitem minorum subjacuisse iudicio, &c. *Symmach. synod. Rom. IV. in princ. Nicol. ep. ad Mich. Imp. ante med.*

Dist. 17. c. 6. concil. p. 1.

CAPUT VI.

Rege quodam Italiæ Theodorico Papam Symmachum usque ad damnationem impetere volente, & ideo quotquot potuit ex Liguria, Æmilia, Valeria, & ex diversis regionibus, & ex Sicilia insula, hujus rei gratia Episcopos Romam occurrere præcipiente, & his ad se venientibus dicente, plura ad se de Papæ Symmachi artibus horrenda fuisse perlata, & in synodi, si vera esset inimicorum ejus objectio, judicatione constare. Venerabiles Antistites, ipsum, qui dicebatur imperitus, debuisse synodum convocare, perhibuerunt, ferentes quia ejus sedi primum Petri Apostoli meritum, vel principatus, deinde secuta jussione Domini, conciliorum venerandorum auctoritas, & singularem in ecclesiis tradidit potestatem. *Hadrian. II. in synod. Rom. in princ. allocutionis tertiæ, lecta apud syn. CP. VIII. act. 7.*

CAPUT VII.

Scimus, in Nicæna magna synodo CCCXVIII. Episcoporum ab omnibus concorditer esse roboratum, non debere absque Romani Pontificis sententia concilia celebrare, nec Episcopos damnare, licet hæc, & alia quamplura necessaria ab hæreticis, qui nos quotidie infestant, & perdere nituntur, ut facilius nos capere possint, sint synodica capitula incensa, nobisque sublata, &c. *Athanas. & alii ad Felicem II. post princ. Anselm. lib. 2. c. 50.*

CAPUT VIII.

Novam deinde culpam, & quam investigatio nostra transferat, reclusistis, quare Papa sine exempli instituto præcedentis, synodum convocavit, ut de criminum ejus objectione cognoscerent, &c. Hocine ergo nullo constabat exemplo, ut sacerdotum Papa concilium convocaret, cujus arbitrium est collectio synodalis? *Ennod. pro Symmach. ante med.*

CAPUT IX.

Missis cum auctoritate Apostolica Vicariis, & epi-

E

& epi-

& epistolis decretalibus, jussisti fieri Constantino-
poli synodum pro multis quidem necessitatibus
Ecclesie sed præcipue pro restitutione Ignatii,
& damnatione Photii. *Anastasius bibliothecarius*
in præmio VIII. syn. CP. ad Hadr. II. in medio.

CAPUT X.

Apostoli eorumque successores constituerunt,
ut nulla synodus fieret, præter sedis *Apostolica*
auctoritatem, nec ullus Episcopus nisi in legiti-
ma synodo suo tempore *Apostolica* auctoritate
convocata, super quibuslibet criminibus pulsa-
tus audiatur, vel judicetur, &c. *Marcell. ep. 1.*
in princ. Anselm. lib. 2. c. 7.

CAPUT XI.

Dist. 17. c. 1. Synodum, absque hujus sanctæ sedis auctori-
tate, Episcoporum, quamquam quosdam Epi-
scopos possitis congregare, non potestis regulari-
ter facere, neque ullum Episcopum, qui hanc
appellaverit *Apostolicam* sedem, damnare, an-
tequam hinc sententia definitiva procedat, &c.
Nullus Episcopus nisi in legitima synodo suo
tempore *Apostolica*, aut regulari auctoritate
convocata, super quibuslibet pulsatus criminibus
audiatur, vel judicetur, ne innocens damnetur,
aut perdat communionem. *Marcellus ep. 2. post*
princ. Anselm. lib. 2. cap. 62. Ivo part. 4. cap.
240. decr.

CAPUT XII.

Ipsi primæ sedis Ecclesie convocandarum ge-
neralium synodorum jura, & judicia Episcopo-
rum singulari privilegio Evangelicis, & *Apostolicis*,
atque canonicis concessa sunt institutis,
quia semper majores causæ ad sedem *Apostolicam*
multis auctoritatibus referri præceptæ sunt. Et
postea: Porro [dudum a sanctis *Apostolis*, suc-
cessoribusque eorum in præfatis antiquis decre-
tum fuerat statutis, quæ hæcenus sancta, & uni-
versalis *Apostolica* tenet Ecclesia, non oportere
præter sententiam Romani Pontificis concilia
celebrari, nec Episcopum damnari: quoniam
sanctam Romanam Ecclesiam Primatem om-
nium ecclesiarum esse volueruat, &c. *Ex Ni-*
cæn. syn. apud Jul. in epist. 1. in med. contrar.
Orientalis. Capitul. lib. 6. cap. 287. Anselm.
lib. 2. cap. 42.

CAPUT XIII.

Vellem vos magis ad jam dictam canonicam
convenire vocationem, ut coram universali con-
cilio redderetis rationem, cur synodum ad sta-
tum ecclesiarum, & fratrum in Antiochiam sub-
vertendum, & Nicæni magni concilii destructio-
nem fecistis? aut cur nobis inconsultis Episcopos
in eam convocastis? ad quam nec Maximus Hie-
rosolymitanus venit, nec nostra interfuit lega-
tio. Canonibus quippe in Nicæna synodo jubentibus
non debere præter sententiam Romani Pon-
tificis ullo modo concilia celebrari, nec Episco-
pos damnari, aut cur in prædictorum loco fra-
trum alios adulteros posuistis? antequam penes
nos, aut apocrisarios nostros eorum causa cano-
nice examinata, finemque perciperet rectum
&c. Scripsi vobis, & omnibus, qui in Antiochiam
fueratis congregati, arguens vos, &c. cur Atha-
nasium, suosque consecratos ad vestrum con-

cilium convocassetis? canonibus scilicet præci-
pientibus, nihil extra Romanum decerni Ponti-
ficem, cui hæc, & majora ecclesiarum negotia,
tam ab ipso Domino, quam ab omnibus univer-
sorum conciliorum fratribus, speciali, ut jam
dictum est, privilegio contradita sunt. *Jul. epist.*
2. in princ.

CAPUT XIV.

Miror vos tam audaces esse, & tam impuden-
ter egisse, & terminos, ac jura beati Petri *Apo-*
stolorum Principis invasisse: sui enim juris erat,
ut absque ejus sanctæ sedis auctoritate nullus de-
beret aut concilia celebrare, aut Episcopos ad sy-
nodum convocare, vel damnare, &c. quæ omnia
vos temerare non timuistis. Quid ergo est aliud
talis præsumptio, nisi *Apostolorum*, eorumque
successorum decreta transgredi? *Jul. epist. 2. c. 1.*

CAPUT XV.

Quod scripistis, non posse Athanasium a pau-
ciore numero Episcoporum restitui, quam de-
positus fuerat, &c. Odio prædicti Athanasii hanc
regulam protulistis, quæ nullas habet vires, nec
habere poterit: quoniam nec ab orthodoxis Epi-
scopis hoc concilium actum est, nec Romanæ
Ecclesie legatio interfuit: canonibus præcipien-
tibus sine ejus auctoritate concilia fieri non debe-
re, nec ullum ratum est, aut erit umquam con-
cilium, quod non sultum fuerit ejus auctoritate.
Nec recte egistis, quod nobis inconsultis conci-
lium celebrastis, eosque ad concilium vocastis,
& damnare præsumpistis, canonibus jubentibus,
nihil ex his, absque hujus sanctæ sedis auctori-
tate, fieri debere, &c. *Julius epist. 2. c. 29. 30.*
Anselm. lib. 2. cap. 47.

CAPUT XVI.

Synodum sine *sedis Apostolica* auctoritate
fieri non est catholicum, &c. neque ulla umquam
concilia rata leguntur, quæ non sunt sulta *Apo-*
stolica auctoritate. *Damas. epist. 3. cap. 2. Bur-*
chard. lib. 1. cap. 179. Ivo part. 5. cap. 295.
decret. Anselm. lib. 2. cap. 60. Tarr. l. 2. c. 45.

CAPUT XVII.

Scitote, me criminari a quodam Basso, & in-
juste persequi: quod audiens Valentinianus Au-
gustus nostra auctoritate synodum congregari
jussit, & facto concilio cum magna examinatio-
ne satisfaciens omnibus, &c. *Xyst. III. epist. un.*
in princ.

CAPUT XVIII.

Habeatur inter vos Episcopale concilium, &
ad eum locum, qui omnibus opportunus sit, vici-
narum provinciarum convenient sacerdotibus; ut
secundum ea, quæ ad tua consulta respondimus,
plenissimo disquiratur examine, an sint aliqui
inter Episcopos, qui hujus hæreseos contagio
polluantur, a communione sine dubio separandi,
si nefandissimam sectam per omnium sensuum
pravitates damnare noluerint, &c. Dedimus ita-
que litteras ad fratres, & coepiscopos nostros,
Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitanos, at-
que Gallicos* eisque concilium synodi generalis
indiximus. Ad tuæ dilectionis sollicitudinem per-
tinebit, ut nostræ ordinationis auctoritas ad præ-
dictarum provinciarum Episcopos deferatur. *Leo*
epist.

Dist. 17.
Regula, c. 2.

2. 9. 10.
Mandastis.
10.

* *Gallai-*
cos. f.

epist. 91. ad Turibium Astoricenf. Episcopum caput 17.

CAPUT XIX.

Sedes Apostolica Dioscorum secundæ sedis Præfulem sua auctoritate damnavit, &c. & ut synodus Chalcedonenfis fieret, sola decrevit. *Gelas. epist. 6. ad Episcopos Dardan. post princ.*

CAPUT XX.

Dilectissimis fratribus universis Episcopis, qui illicita vocatione Joannis Constantinopolitani Episcopi ad synodum Constantinopolim convenerunt, Pelagius, &c. Relatum est ad Apostolicam sedem, Joannem Constantinopolitanum Episcopum universalem se subscribere, vosque ex hac sua præsumptione ad synodum convocare generale. Cum generalium synodorum convocandi auctoritas Apostolicæ sedis beati Petri singulari privilegio sit tradita, & nulla unquam synodus rata legatur, quæ Apostolica auctoritate non fuerit fulta. Quapropter quidquid in prædicto vestro conventiculo, quia synodus taliter præsumpta esse non potuit, statuis, &c. præcipio omnia vana, & cassata esse, &c. [Multis denuo Apostolicis, & canonicis, atque ecclesiasticis instruis regulis, non debere absque sententia Romani Pontificis concilia celebrari. Quapropter, ut jam dictum est, recte non concilium, sed vestrum conventiculum, vel conciliabulum cassatur, & quidquid in eo actum est, irritum habetur, & vacuum. Vos quoque deinceps videte, ut nullius hortatu talia præsumatis, si Apostolicæ sedis communionem carere non vultis, &c. Universalitatis quoque nomen, quod sibi illicite usurpavit, nolite attendere: nec vocatione ejus ad synodum absque auctoritate sedis Apostolicæ unquam venire, si apostolicæ sedis, & ceterorum Episcoporum communionem vultis frui. *Pelag. II. epist. 1. in princ. Anselm. lib. 2. cap. 34.*

CAPUT XXI.

Quod nulla synodus absque præcepto Romani Pontificis debeat generalis vocari. *Greg. VII. lib. 2. registri in dictato.*

CAPUT XXII.

Tuam sanctitatem principatum in episcopatu divinæ fidei possidentem, sacris litteris in principio justum credimus alloquendam, &c. quatenus omni impio errore sublato, per celebrandam synodum, te auctore, maxima pax circa omnes Episcopos fidei catholicæ fiat. *Valentinianus, & Marcianus ad Leonem ante Chalc. syn.*

CAPUT XXIII.

Maximus Hierosolymitanus non adfuit, sed neque Julius interfuit maximæ Romæ Præsul, neque in locum suum aliquē destinavit; cum ecclesiastica regula jubeat, non oportere præter sententiam Romani Pontificis concilia celebrari. *Socrar. lib. 4. cap. 9. & 19. tripart. Vid. Marcellini historiam.*

TITULUS VII.

PRÆESSE LEGATOS PONT. MAX.
IN CONCILIIIS.

CAPUT I.

Paschasinus Episcopus Ecclesiæ Lilybitanæ vice beatissimi, atque apostolici universalis

Ecclesiæ Papæ urbis Romæ Leonis, sanctæ synodo præsidens, in Dioscori damnatione consensu universalis concilii subscripsi. Lucentius Episcopus Esculanæ Ecclesiæ similiter. Cælius Bonifacius presbyter sanctæ Ecclesiæ Romanæ similiter, &c. Julianus Episcopus Coo, & Legatus Ecclesiæ Romanæ subscripsi. *Chalc. act. 3. ante finem.*

CAPUT II.

Paschasinus Episcopus vice Domini mei beatissimi, atque Apostolici universalis Ecclesiæ Papæ urbis Romæ Leonis synodo præsidens statui, consensu, & subscripsi. Lucentius Episcopus Ecclesiæ civitatis Esculanæ, Vicarius Domini mei beatissimi, atque Apostolici viri universalis Ecclesiæ Papæ urbis Romæ Leonis in synodo Græce relecta subscripsi. Bonifacius presbyter urbis Romæ Vicarius domini mei beatissimi, & Apostolici viri universalis Ecclesiæ Papæ urbis Romæ Leonis cum universa synodo consensu, & subscripsi, &c. Julianus Episcopus, & Legatus sedis Apostolicæ similiter. *Chalcedon. syn. act. 6. in media.*

CAPUT III.

Paschasinus, & Lucentius reverendissimi Episcopi, & Bonifacius reverendus presbyter, insuper & Julianus rever. Episcopus Coensis habentes locum Apostolicæ sedis dixerunt: „ Sanctissimum, & venerandum Episcopum Theodoretum, & sanctissimum, & beatissimum universæ Ecclesiæ Episcopum urbis Romæ Leo, dudum in communionem suscepit „, &c. *Chalcedon. act. 8. post medium.*

CAPUT IV.

Paschasinus, & Lucentius Episcopi, & Bonifacius presbyter tenentes locum sedis Apostolicæ quia missi Apostolici semper in synodis prius loqui, & confirmare soliti sunt, per Paschasinum dixerunt, &c. *Chalc. act. 1. ante fin.*

CAPUT V.

Unde sanctissimus, ac beatissimus Papa, caput universalis Ecclesiæ, Leo per nos, ut Legatos suos, sancta synodo consentiente, Petri Apostoli præditus dignitate, qui Ecclesiæ fundamentum, & petra fidei, & cælestis regni janitor nuncupatur, Episcopali eum dignitate nudavit, &c. *Paschasinus, & alii in fin. epist. de damnatione Dioscori, post epist. Marciani Imper. apud Chalced. syn. act. 16.*

CAPUT VI.

Convenientibus Donato, & Stephano Episcopis, & Marino diacono, & locum tenentibus Hadriani II. sanctissimi Archiepiscopi senioris Romæ, & Ignatio Archiepiscopo CP. novæ Romæ. Hic primo synodus exegit a Legatis Romanæ sedis litteras, quibus nota facerent potestatem suam, ut præsiderent in synodo; at illi prodixerunt epistolam Hadriani Papæ ad Basilium Imperatorem, cujus titulus est: „ Hadrianus Episc. servus servorum Dei, piissimo Imperatori Basilio Augusto Christianissimo, & desiderabilissimo filio. „ Legationis excellentiæ tuæ „, &c. Volumus per vestræ pietatis industriam CP. numerosum celebrari concilium, cui nostri quoque missi præ-

fidentes, & culparum personarumque differentias liquido cognoscentes, juxta quod in mandatis acceperunt, singulorum libere discretionem exerceant, in quo sacro cœtu, execrandi vanitatis concilii, quod adversum hanc sedem actum est, cuncta decernimus exemplaria a possessoribus suis ablata, contemplantibus cunctis igne cremari. Nec superesse apud quemlibet ex his omnibus saltem unum jota, vel unum apicem, nisi quis totius clericatus, immo totius nominis Christiani anathemate percussus, carere voluerit, &c. & dilectos fratres meos Donatum scilicet Ecclesiæ Ostiensis, & Stephanum Ecclesiæ Nepesinæ reverendiss. Episcopos, atque filium meum Marinum Apostolicæ sedis diaconum, consiliarios nostros, tuæ commendamus pietati. Precamur, ut eos ob amorem præcipuorum Apostolorum Petri, & Pauli, a quorum sede mittuntur, benigne suscipias, & tamquam nobismetipsis aures credulitatis accommodes. *Synod. VIII. gen. sub Hadr. II. act. 1. in princ.*

CAPUT VII.

Post lectionem canonum, iterum stans in medio Bahanes magnificentissimus Patricius, & Præpositus per jurisdictionem Christi amicorum Imperatorum dixit ad sanctissimos loci servatores: „ Post lectionem divinorum, & sacrorum canonum, quid deliberat sanctitas vestra adhuc fieri? „ Sanctissimi Vicarii senioris Romæ, ac Orientalium sedium dixerunt: „ Subsequatur „ expositus terminus, in quo cursim omnia continentur, quæ acta sunt in hac sancta synodo, „ & legatur in audientia omnium, si placet huic „ sanctæ synodo. „ Sancta synodus dixit: „ Placet. „ Justum enim, & bonum est. „ *Syn. VIII. gen. sub Hadr. II. act. 10. post canones.*

CAPUT VIII.

Sanctorum Patrum constitutionem prolatam nulla patiamini temeritate violari, servantes omnimodis personæ nostræ in vobis, quos vice nostra transmisiimus dignitatē, ac si qui forte civitatum suarum splendore confisi, aliquid sibi tentaverint usurpare, hoc qua dignum est constantia retundatis. *Leo ad Vicarios suos. Chalc. act. 16. post princ.*

CAPUT IX.

Quoniam pietas vestra apud Ephesum constituit synodale concilium, fratres meos Julianum Episcopum, & Renatum presbyterum, & filium meum Hilarium diaconum misi, qui ad vicem præsentia meæ pro negotii qualitate sufficerent. *Leo ep. 12. ad Theodos. Vid. ep. 13. ad Pulcheriam in fin.*

CAPUT X.

Quamvis ad diem concilii Episcopalis, quem pietas vestra constituit, loquitur cum Theodosio Imperat. occurrere me ratio nulla permittat, cū nec aliqua ex hoc exempla præcefferint, & temporalis necessitas me non patiatur deserere civitatem, præsertim cum tam evidens fidei causa sit, ut rationabilibus causis ab indicenda synodo fuisset abstinendum, tamen in quantum Dominus juvare dignatur, meum studium commodavi, ut clementiæ vestræ statutis aliquatenus pareatur,

ordinatis hinc fratribus meis, qui amputandis scandalis pro causæ æquitate sufficiant, quique præsentia meæ impleant vicem. *Leo ep. 15. ad Theodos.*

CAPUT XI.

Amplectendum est clementissimi Principis loquitur de Marciano Imperat. plenum religionis consiliū, quo sanctam fraternitatem vestram ad destruendas insidias diaboli, & ad reformandam ecclesiasticam pacem voluit convenire, beatissimi Petri jure, atque honore servato, adeo ut nos quoque suis litteris invitaret, ut venerabili synodo nostram præsentiam præberemus, quod quidem nec necessitas temporis, nec ulla consuetudo poterat permittere. Tamen in his fratribus Paschasio, & Lucentio Episcopis, Bonifacio, & Basilio presbyteris, qui ab Apostolica sede directi sunt, me synodo vestra fraternitas existimet præsidere, non abjecta a vobis præsentia mea, qui nunc in Vicariis meis adsum, & jamdudum in fidei catholice prædicatione non desum. *Leo ep. 45. ad syn. Chalced. in princ.*

CAPUT XII.

Quia quidam de fratribus, quod sine dolore non dicimus, contra turbines fallitatis non valere catholicam tenere constantiam, prædictum fratrem, & coepiscopum meum (loquitur de Paschasio Lylibitano Episcopo) vice mea synodo convenit præsidere. *Leo epist. 47. ad Marcian. Imp. prope fin.*

CAPUT XIII.

Fratres mei, qui vice mea Orientali synodo præfederunt (loquitur de synodo Chalcedonensi) quæ vota retulere, significo, confirmata catholica fide, & glorificata Apostolicæ prædicationis triumpho, quod etiam hi, qui ad devianandum seducti fuerant, vel impulsivi, recepta veritatis luce lætantur. *Leo ep. 92. ad Rusticum, & alios Galliciar. Episcopos in fine.*

CAPUT XIV.

Ipsi secundo in Nicæa collectæ synodo Apostolica nostra sedes præfedit, & primâ contra male sentientes spiritalem sagittam emisit. *Nic. ep. ad Mich. Imp. post med.*

CAPUT XV.

Miramur, & multum anxii sumus, quod ut semper consuetum est, valde necessarium fuit, ut si quando Legatus Apostolicæ sedis concilium in remotis partibus celebraverit, sine mora ad annuntiandū omnia, quæ egisset, reverteretur: tuâ fraternitas post peractam synodum, in qua tot negotia emerferunt, nec ad nos rediit, nec eum, qui secum est, remisit. *Greg. VII. lib. 1. registr. epist. 16. in princ.*

CAPUT XVI.

Nostris Osium Episcopum in Nicæno, & Cyrillum in Ephesino concilio Romanorum vice eidem concedentibus functos fuisse Pontificum. Syagrio quoque Augustudunensi Episcopo Lugdunensis Antistitis suffraganeo sanctum Papam Gregorium celebrandi generalis in Gallia concilii vicem suam legitis indulgisse. Sed quid hæc de Episcopis loquimur? cum idem sanctus Papa monachum quendam Hilarum nomine, in Africa par-

par-

partibus, litterarum suarum auctoritate fultum, usque adeo suum fecerit esse Vicarium, ut per eum ibidem concilium generale celebraretur, & quidquid synodus sancta decerneret, ad finem, eo exequire, perduceretur. *Greg. VII. lib. 6. reg. ep. 2. ante medium.*

CAPUT XVII.

Quod Legatus Romani Pontificis omnibus Episcopis præsint in concilio, etiam inferioris gradus, & adversus eos sententiam depositionis dare possit. *Greg. VII. lib. 2. registr. in dictato.*

CAPUT XVIII.

Volumus, atque Apostolica auctoritate præcipimus, ut Legatum nostrum, Amatam videlicet Olorensem Episcopum, cui vicem nostram in partibus vestris in *Britannia* commissimus, studeat vestra fraternitas reverenter convocare, & ut illo agente concilium congregetur. *Gregor. VII. lib. 7. ep. 10. in princ.*

TITULUS VIII.

DE CONFIRMATIONE CONCILIORUM
A PONTIF. MAX.

CAPUT I.

Beatissimo Papæ urbis Romæ cum omni reverentia colendo Silvestro, Osius Episcopus provinciæ Hispaniæ, civitatis Cordubens. & *Macarius Episcopus Ecclesiæ CP.* & Victor, & Vincentius presbyteri urbis Romæ ordinati ex directione tua, &c. Quidquid constituimus in concilio Nicæno, precamur vestri oris consortio confirmetur. *Nicæn. conc. ad Silv. in fin. Ans. lib. 1. cap. 58.*

CAPUT II.

Silvester Episcopus sedis Apostolicæ, & sanctæ Ecclesiæ catholicæ reverendæ religionis urbis Romæ fratribus, & coepiscopis, qui in Nicænum concilium convenerunt, in Domino salutem. Gaudeo promptam vos benignitatem servare, nam & confirmo, figoque ad doctrinæ vestræ, reclamantes de mysterio, vel unitate Trinitatis, chrisimatis vos secundum dicta, & doctrinam Evangelicam, sanctam accepisse gratiam, de quo examinationis probo veritate fuisse, & esse manura, quæ in vestrum, nostrumque manavere mysterium, meum chirographum, & discipulorum meorum offero in vestro sancto concilio, quidquid constituistis una parem dare consensum, &c. *Silvester in ep. ad syn. Nicæn.*

CAPUT III.

Silvester Episcopus sanctæ, & Apostolicæ sedis Præful urbis Romæ dixit: „ Quidquid in Nicæna Bithiniæ constitutum est, &c. confirmamus. Omnes, qui ausi fuerint dissolvere definitionem ejus concilii, anathematizamus “. *Silvester in conc. CCLXXV. Episcopor. c. 1.*

CAPUT IV.

Damasus, & ceteri Episcopi, Romæ congregati dilectissimis fratribus in Illyrico constitutis Episcopis in Domino salutem, &c. Neque præjudicium aliquod fieri potuit per numerum Arimini congregatum, quando constat, neque Romanum Episcopum, cujus ante omnia decebat eos expectare decretum, neque Vincentium, qui tantis annis Episcopatum inviolabiliter custodi-

vit, neque alios talibus præbuisse consensum, maxime dum, qui per circumventionem declinasse videbantur, ipsi denuo urentes meliori consilio, hæc sibi displicere testati sunt. *Damas. epist. 5. in princ. & in med.*

CAPUT V.

Hoc itaque gestum in *Concil. Carthagin.* domine frater, sanctæ charitati tuæ intimandum duximus, ut statutis nostræ mediocritatis etiam Apostolicæ sedis adhibeatur auctoritas, &c. *Aurelius, & alii in concil. Chartag. ad Innocent. in princ.*

CAPUT VI.

Ephesinæ synodi, cui sanctæ memoriæ Cyrilus Episcopus tunc præsedet, in Nestorium specialiter statuta permaneant. *Leo ep. 45. ad syn. Chalced. in fin.*

CAPUT VII.

Cum vestro præcipue opere sit effectum, ut per synodale concilium damnatis impij dogmatis defensoribus, omnes vires sacrilegus error amittere: loquitur de hæresi Eutychiana, ad ejusdem devotionis pertinet palmam, si malum, quod in suis ducibus est oppressum, etiam in quibuscumque reliquiis deleatur. Quod facilius clementia vestra arbitretur implendum, si per universas ecclesias definitiones sanctæ synodi Chalcedonensis Apostolicæ sedi placuisse doceantur. De quo quidem ratio non fuit ambigendi, cum ei fidei omnium subscribendo consensus accesserit, quæ a me secundum formam Apostolicæ doctrinæ, & paternæ traditionis emissa est, & per fratrem meum Lucianum Episcopum talia, & ad gloriam vestram, & ad Constantinopolitanum Antistitem scripta direxi, quæ evidenter ostenderent, me, ea, quæ de fide catholica in prædicta synodo definita fuerant, approbare; sed quia in eisdem litteris ea, quæ per occasionem synodi male sunt attentata, reprehenderam, maluit prædictus Antistes meam gratulationem tacere, quam suum ambitum publicare, &c. Quia vero omnibus modis obediendum est pietati vestræ, religiosissimæque voluntati constitutionibus synodalibus, quæ mihi de confirmatione fidei Catholicæ, & hæreticorum damnatione placuerunt, libens adjeci sententiam meam. *Leo ep. 57. ad Marcianum Augustum.*

CAPUT VIII.

Quod piissimus Imperator ad omnes Episcopos, qui Chalcedonensi synodo interfuere, voluit me scripta dirigere, quibus quæ illic de fidei sunt regula definita firmare, libenter implevi, ne fallax cujusquam simulatio sententiam meam haberi vellet incertam, cum per CP. Episcopum, cui lætitiæ meam largiter indicavi in omnium potuerit notitiam pervenire, quod scripseram, nisi maluisset meum gaudium tacere, quam repulsam sui ambitus publicare. *Leo ep. 58. ad Pulcheriam Augustam in fin.*

CAPUT IX.

Omnem fraternitatem vestram nosse non ambigo, definitiones sanctæ synodi, quæ ob confirmationem fidei in Chalcedonensi civitate celebrata est, toto corde me fuisse complexum, &c.

&c. Hoc autem non solum ex ipso beatissimæ confessionis affectu, sed etiam & ex epistolis, quas post reditum meorum ad Constantinopolitanæ urbis Episcopum dedi, potuisset agnoscere, si vobis responsum sedis Apostolicæ manifestare voluisset. Ne ergo per malignos interpretes dubitabile videatur, utrum, quæ in synodo Chalcedonensi per unanimitatem vestram de fide statuta sunt, approbem, hæc ad omnes fratres, & coepiscopos nostros, qui prædicto concilio interfuerunt, scripta direxi, quæ gloriosissimus, & clementissimus Princeps in notitiam vestram mittere, pro catholicæ fidei amore dignabitur, ut & fraterna universitas, & omnium fidelium corda cognoscant, me non solum per fratres, qui vicem meam exequuti sunt, sed etiam per approbationem gestorum synodaliū propriam vobiscum iniisse sententiam, in sola videlicet fidei causa, quod sæpe dicendum est, propter quam generale concilium, & ex præcepto Christianorum Principum, & ex consensu Apostolicæ sedis placuit congregari, damnatis hæreticis, qui si corrigi voluissent, nulla penitus resideret de vera Domini nostri Jesu Christi incarnatione dubitatio. Unde si quis ausus fuerit, vel Nestorii perfidiam tueri, vel Eutychetis ac Dioscori impium dogma defendere, a catholicorum communione resecetur. *Leo epist. 59. ad Synod. Chalc.*

CAPUT X.

Epistolam meam ad Chalcedonensem synodum datam, præsentibus Episcopis, & clericis lectam fuisse, tuis epistolis retulisti, sed usque ad illud capitulum, quo ea, quæ de fide acta sunt, meus videtur firmasse consensus, unde miratus sum, quod reliqua, quæ secuta sunt, non pariter in notitiam eorum, quibus sunt lecta, prolata sint, cum maxime omnibus innotescere debuisset, improbum a nobis ambitum notatum fuisse, ut a novis usurpationibus constituta inviolata servarentur. *Leo ep. 66. ad Julian. Episc.*

CAPUT XI.

25. q. 1. c. 1. Confidimus, quod nullus jam veraciter Christianus ignoret, uniuscujusque synodi constitutum, quod universalis Ecclesiæ probavit assensus, nullam magis exequi sedem præ ceteris oportere, quam primam, quæ & unamquamque synodum sua auctoritate confirmat, & continuata moderatione custodit, pro suo scilicet Principatu, quem beatus Petrus Apostolus Domini voce perceptum, Ecclesia nihilominus subsequente, & tenuit semper, & tenebit. *Gelas. ep. 6. ad Episcopos Dardania in princ. Anselm. lib. 1. cap. 49. & lib. 12. cap. 69. Tarrac. lib. 1. cap. 283.*

CAPUT XII.

Sanctam, universalem, & magnam sextam synodum Apostolica sedes beati Petri Apostoli veneranter suscipit; idcirco & nos, & per nostrum officium hæc veneranda sedes Apostolica concorditer, ac unanimiter his, quæ definita sunt ab ea, consentit, & beati Petri auctoritate confirmat, sicut supra solidatam petram, qui Christus est, ab ipso Domino adeptus firmitatem, &c. *Leo II. ep. ad Constant. IV. Imper. in med. post VI. synod. gen.*

CAPUT XIII.

Omnia nostrorum conventum, & universalis hujus, atque catholicæ synodi consensum, & consonantiam, &c. confirmat coangelicis præceptionibus, & admonitionibus vestris, ut per sapientissimum magisterium vestrum etiam aliis universis ecclesiis perfonet, & suscipiatur veritatis verbum, & justitiæ decretum. *Syn. VIII. gen. CP. sub Hadr. II. in epist. ad eundem Hadr.*

CAPUT XIV.

Non dicatis, non eguisse vos in causa pietatis Romanæ Ecclesiæ, quæ collecta concilia sua auctoritate firmat, sua moderatione custodit, unde quædam eorum, quia consensum Romani Pontificis non habuerunt, valetudinem perdidit. Quomodo non egeat quælibet synodus Romanæ sedis, quando in Ephesino latrocinio, cunctis Præsulibus, & ipsis quoque Patriarchis prolagentibus, nisi magnus Leo, imitator scilicet illius Leonis, de quo scriptum est: *Vicit Leo de tribu Juda: divinitus excitatus, os aperiens, totum orbem, & ipsos quoque Augustos concuteret, & ad pietatem comoneret, religio catholica penitus corruisset?* *Nicol. ad Michael. Imp. post med. Apoc. 5.*

CAPUT XV.

Volumus charitatem tuam litteris suis significare, utrum vestra recipiat, quod Ecclesia universalis amplectitur, fidem scilicet quatuor conciliorum, quæ a sanctis Patribus comprobata, a Romanis Pontificibus Silvestro, Leone, aliisque Apostolica sunt auctoritate firmata, inter quos nihilominus beatissimus Gregorius Papa Doctor egregius majoribus Ecclesiæ Alexandrinæ, Antiochenæ, aliisque in epistola sua sese eam tenere his verbis testatus est, *Quia corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem;* sicut sancti Evangelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere, & venerari me fateor, &c. Quintum quoque concilium pariter veneror. *Gregor. VII. lib. 8. registr. ep. 1. post princ.*

CAPUT XVI.

Beatus Leo direxit fidei catholicæ tomum, & exposuit damnans omnes hæreses. Idem beatissimus Leo Archiepiscopus multas epistolas fidei misit, quæ hodie archivio Ecclesiæ Romanæ reconditæ tenentur. Hic firmavit frequenter suis epistolis synodum Chalcedonensem. Ad Marcianum Augustum misit epistolas XII. ad Leonem Augustum epistolas XIII. ad Flavianum Episcopum epistolas IX. ad Episcopos per Orientem epist. XVIII. per quas fidem synodi confirmavit. *Ex Pontif.*

CAPUT XVII.

Hilarius fecit decretalem, & per universum Orientem sparfit, & epistolas de fide catholica, confirmans tres synodos, Nicænam, Ephesinam, & Chalcedonensem. *Ex Pontif.*

TITULUS IX.

DE RESTITUTIONE DAMNATORUM,
ET EJECTORUM A SYNODIS, ET
DE DAMNANDIS A PONTIF.
MAX. SINE SYNODIS.

CAPUT I.

UT provincialis synodus retractetur per Vicarios

carios urbis Romani Episcopi, si ipse decreverit. *Nican. LIX. apud Julium ep. 2. cap. 21.*

CAPUT II.

Deinde lecta est definitio Episcoporum Orientis super depositione Ignatii, quæ facta fuerat prius, quam Vicarii senioris Romæ venissent, quæ conveniebat cum ea, quæ facta fuerat a synodo Romana præsentate Nicolao Papa. *VIII. syn. act. 1. sub Hadr. II. in fine.*

CAPUT III.

Afferuntur exempla restitutorum a Romana Ecclesia, qui ab aliis fuerant depositi. *CP. VIII. al. IX. sub Jo. VIII. act. 2. in ep. ejusdem Papæ. Ivo in prologo panorm. & decr.*

CAPUT IV.

Petrus Cardinalis Legatus affert exempla restitutorum ab Ecclesia Romana, Flavianum CP. Joannem Chrysof. Cyrillum Hierosolym. & Polychronium, & alios. *Apud Syn. CP. VIII. al. IX. act. 2.*

CAPUT V.

Definivit sancta synodus, ut si qui ex Italia clerici, vel laici, vel Episcopi in Asia, vel Europa, vel Libya * commorantes, a sanctissimo Papa Joanne sub vinculo, aut depositione, aut anathemate positi sint, hi etiam sint apud sanctissimum Patriarcham CP. Photium in eodem genere pœnæ, hoc est, vel depositi, vel anathemate vincti. Quos vero Photius sanctiss. noster Patriarcha clericos, vel laicos, vel ex majoribus, vel ex minoribus Pontificibus in quacumque parœcia sub excommunicatione, vel depositione, vel anathemate posuerit, etiam sanctiss. Papa Joannes, & quæ sub eo est, sancta Dei Romanorum Ecclesia habeat eos in eodem genere pœnæ, nullum tamen privilegiis sedis sanctissimæ Romanorum Ecclesiæ, & ejus Antistitis præjudicium, aut nunc, aut futuris temporibus oriatur. *Synod. VIII. vel IX. CP. sub Jo. VIII. cap. 1.*

CAPUT VI.

Pietatis affectu hic sanctiss. Papa sub gesta synodica revocavit Apostolica auctoritate, multos ab aliis Episcopis excommunicatos, & a Tyrannis ejectos, ad communionem, & restituit eos in Ecclesiis, quibus fuerant olim instituti, sub satisfactione, atque purgatos eos recepit, dans exempla futuris, eruendi sacerdotes de persequentiis manibus. *Ex decretis Sivestri, in epologo in fin.*

CAPUT VII.

Ebbo Archiepiscopus Remensis ab Archiepiscopatu dejectus fuit, insuper & ab Apostolica sede, sicuti in gestis Pontificum coram Principe, synodo relectum est, a Sergio Papa confirmante dejectionem illius damnatus existit, ut in laicatum modo communiione permaneret. *Suesson. apud D. Medardum in caussa Hincmari.*

CAPUT VIII.

9.9.3.4.19. Fratres, quos timore terreno injuste damnatis, & scitote a nobis juste esse restitutos. Quibus ex sancti Petri, & Apostolica auctoritate, omnia, quæ eis ablata sunt, integerrime reddi præcipimus, si non vultis vos, & Principes vestri, a collegio nostro, & membris Ecclesiæ separari.

Xyst. II. ep. 2. in med. Burch. lib. 1. cap. 192. Ivo part. 5. cap. 247. decr. Anselm. lib. 2. cap. 23. Cæsar. lib. 5. cap. 7.

CAPUT IX.

Ideo summopere a me, cui vice Apostolorum Principis universalis Ecclesiæ cura commissa est, providendum est, auxiliante ipso summo Apostolo, ne deinceps talia fiant. Quoniam [ideo huic sanctæ sedi præfata privilegia specialiter sunt concessa, tam de congregandis conciliis, & judiciis, ac restitutionibus Episcoporum, quam de summis Ecclesiarum negotiis, ut ab ea omnes oppressi auxilium, & injuste damnati restitutionem sumant, & talia ab improbis ne præsumantur absque ultione, nec exerceantur absque damnatione, &c. Nec recte egistis, quod nobis insultis concilium celebrastis, eosque ad concilium vocastis, & damnare præsumpistis, canonibus jubentibus nihil ex his, absque hujus sanctæ sedis auctoritate fieri debere, &c. *Julius ep. 2. c. 30.*

CAPUT X.

Olim, & ab initio in conciliis celebratis tantam nos percepimus a beato Petro Apostolorum Principe fiduciam, ut auctoritatem habeamus, ad veritatem pro nostra pace defendendam, quatenus nulli liceat, sic eam munitam in aliquo commovere, dum repente læsio removeretur. *Leo ad Theodos. in princ. ante Chalcedonens. synod.*

CAPUT XI.

Revocare se a sua opinione debuerat *Eutyches*, nec ita Ecclesiæ Præsules commovere, ut [damnationis sententiam mereretur accipere, quam utique si in sua sententia voluerit permanere, nullus poterit relaxare; sedis enim Apostolicæ moderatio hanc temperantiam observat, ut & severius agat cum obduratis, & veniam cupiat præstare correctis. *Leo epist. 13. ad Pulcherianam, post medium.*

CAPUT XII.

Nec illa præterimus, quod Apostolica sede frequenter, ut dictum est, more majorum, etiam sine ulla synodo. præcedente, & solvendi, quos synodus inique damnaverat, & damnandi nulla existente synodo, quos oportuit, habuerit potestatem, Athanasium, Joannem Constantino- politanum, Flavianum, &c. *Gelas. epist. 6. ad Episcopos Dardaniæ ante medium. Anselm. lib. 1. cap. 48. & lib. 2. cap. 16. & lib. 12. cap. 69.*

CAPUT XIII.

Theodorus Cæsareæ Cappadociæ Episcopus multorum criminum reus a Vigilio Romano Pontifice excommunicatur, & deponitur, & Menas CP. Episcopus, reliquique omnes Archiepiscopi, & Episcopi ad ejus dicecesim pertinentes, eorundem fere criminum participes, ab eodem Vigilio excommunicantur. *Vigilius post epist. primam.*

CAPUT XIV.

Vitalianus Joannem Episcopum Lampeon a Paulo Archiepiscopo, & synodo Cretensi injuste damnatum, in pristinum dignitatis gradum restituit. *Vital. ep. 1. ad Paulum Archiepiscopum Cretensem, & ep. 2. ad Vaanum, & ep. 4. ad Georgium Episcopum Syracusanum.*

CA-

* Africa
Hæc synodus damnata fuit a S. Rom. Pontifice maxime hic canonum.

2.9.6. cap. 10. & 17.

24.9.2.6.5.

9.9.3. Cun- Sta. 17. in fine.

CAPUT XV.

Quod absentes Papa possit deponere. *Gregor. VII. lib. 2. registr. in dictato.*

CAPUT XVI.

Quod absque synodali conventu possit Romanus Pontifex Episcopus deponere, & reconciliare. *Greg. VII. lib. 2. registr. in dictato.*

CAPUT XVII.

Ergo [c]oncilia sacerdotum ecclesiasticis legibus quotannis decreta per provincias, quia presentiam Papae non habent valitudinem perdidissent? legite infanissimi, aliquando in illis, praeter Apostolici apicis sanctionem, aliquid constitutum, & non de majoribus negotiis, ad collationem, si quid occurrerit, praeterea sedis arbitrio fuisse servatum; sic enim habes, [si quis Episcoporum judicio provinciali depositus fuerit, Romanum Papam, si placet, rursus appellet, & ipse, si videtur, reparat judicia in opitulatione damnati. *Ennod. pro Symmac. post med. Sardin. c. 5. Ivo par. 4. c. 242. & par. 5. c. 27. decr. Anselm. lib. 2. c. 57.*

CAPUT XVIII.

Sedes Apostolica discens tantam injustitiam (loquitur de depositione Ignatii Patriarchae) impune deferi minime passa est, sed scribit, a tali praesumptione cessandum, suoque decreto Photium non obedientem cum complicibus sacra dignitate nudat, & cum fautoribus anathema esse decernit. *Anast. Biblioth. in praefatione conc. CP. VIII. sub Hadr. II.*

TITULUS X.

DE MAJORIBUS NEGOTIIS AD PONT. MAX. REFERENDIS.

PARS PRIOR.

CAPUT I.

Apostolicae sedis dispositioni omnes majores ecclesiasticas causas, & Episcoporum judicia antiqua Apostolorum, eorumque successorum, atque canonum auctoritas reservavit. *Nic. XXVIII. apud Jul. cap. 2. Capitul. lib. 7. c. 156. in add. Burch. lib. 1. c. 144. Ivo part. 5. c. 257. decret.*

CAPUT II.

Cum quis ex rationabili causa putaverit appellandum, iudex superior de appellatione cognoscat, & si minus eum rationabiliter appellasse cognoverit, illum ad inferiorem remittat, & in expensis alteri parti condemnet. Alioquin ipse procedat, salvo constitutionibus de majoribus causis ad sedem Apostolicam perferendis. *Inn. III. in conc. Later. c. 35.*

CAPUT III.

Nos inimici nostri implicaverunt afflictionibus, & quotidie facere moluntur, & apprehendere, aut ferris nos constringi minantur, nisi eorum consentiamus erroribus, quod nequaquam vobis inconsultis agere praesumimus, canonibus quippe jubentibus, absque Romano nos de majoribus causis nihil debere decernere Pontifice. *Athan. & alii ep. ad Felicem II. in princ.*

CAPUT IV.

Vestrae sedi Episcoporum judicia, & summorum finem Ecclesiasticorum negotiorum in honore

re beatissimi Petri, Patrum decreta omnium cunctam reservare sententiam. *Steph. Archiep. & alii ad Damas.*

CAPUT V.

Unaquaque provincia suos debet justos, & non iniquos habere iudices, & non extraneos, nisi Apostolicae sedis hujus decreverit auctoritas, &c. Quod si difficiliore ortae fuerint quaestiones, aut Episcoporum, vel majorum judicia, aut majores causae fuerint, ad sedem Apostolicam, si appellatum fuerit, referantur. Quoniam Apostolus hoc statuerunt iussione Salvatoris, ut majores, & difficiles quaestiones semper ad sedem deferantur Apostolicam, super quam Christus universam construxit Ecclesiam, dicente ipso ad beatum Principem Apostolorum Petrum: *Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & reliqua. Anaclet. ep. 1. in fin. Anselm. lib. 3. cap. 80.*

CAPUT VI.

Ad Primates post sedem Apostolicam summa negotia conveniant, &c. Episcoporumque causa & summorum negotiorum judicia, salva Apostolicae sedis auctoritate, iustissime terminentur. *Anaclet. ep. 2. cap. 4. Vide Gregor. VII. lib. 6. registr. ep. 35. ad Rothomag. Episcopum, & alios. Ivo lib. 4. tit. 3. c. 1. panorm. & part. 5. c. 53. decret. Caesar. lib. 2. c. 73.*

CAPUT VII.

Si quae causae difficiliore inter vos ortae fuerint, ad hujus sanctae sedis apicem eas, quasi ad caput referre. *Anaclet. ep. 3. in med. Burch. lib. 1. cap. 178. Ivo lib. 4. tit. 1. c. 2. panorm. & part. 5. c. 294. decret.*

CAPUT VIII.

Dilectissimis fratribus universis Africae regionis Episcopis, Evaristus. Dilectio vestra normam secuta prudentium, ad sedem Apostolicam referre maluit, quasi ad caput, quid debere de rebus dubiis custodire potius, quam usurpatione praesumere. *Evarist. ep. 1. in princ. Vide Innoc. ep. 3. in princ.*

CAPUT IX.

Relatum est ad hujus sanctae, & Apostolicae sedis apicem, cui summorum dispositiones causarum, & omnia negotia ecclesiarum ab ipso Domino tradita sunt, quasi ad caput, ipsoque dicente Principi Apostolorum Petro: *Tu es Petrus, &c. quod quidam aemuli Christi, sacerdotes Dei ad iudices publicos accusare praesumant, &c. Alex. ep. 1. in princ. Ans. lib. 2. cap. 35.*

CAPUT X.

Judicia Episcoporum, majoresque Ecclesiae causae, a sede Apostolica, & non ab alia, sicut Apostoli, & sancti successores eorum statuerunt, cum aliis Episcopis sunt terminandae. Quia licet in alios transferatur Episcopos, beato tamen Apostolo Petro dictum est: *Quaecunque ligaveris &c. & quaecunque solveris, &c. & reliqua privilegia, quae soli huic sanctae sedi concessa sunt, & in constitutis Apostolorum, eorumque successorum, aliisque quamplurimis cum eis concipientibus habentur inserta. Septuaginta enim Apostoli sententias praefixerunt cum aliis quamplurimis*

Dist. 17. c. 31.

2. q. 6. c. 35.

2. q. 6. c. O. mnes. cap. 3.

Matt. 16. c.

11. q. 1. c. 15.

Matt. 16. c.

Matt. 16. c.

* sexaginta. Dist. 16. c. 2. Sexaginta.

De appell. c. 59. apud Greg. IX. c. 3. eod. tit. in 4. coll.

mis Episcopis, & servandas censuerunt. *Zephyr. ep. 1. in princ. Burch. lib. 1. cap. 154. & 157. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 11. & lib. 2. tit. 11. cap. 17. panorm. & part. 5. cap. 245. & 267. & part. 4. cap. 107. in fine decr. Anselm. lib. 2. cap. 6. & lib. 3. cap. 65. & 66. & 41. Casar. lib. 1. cap. 29.*

CAPUT XI.

Dist. 10. Urbes. c. 1. Ad Primates Episcoporum negotia, salva in omnibus Apostolica auctoritate, & majores causæ post Apostolicam sedem sunt referendæ. *Steph. ep. 2. c. 5. Anselm. lib. 6. c. 109.*

CAPUT XII.

Semper dubia, & majora negotia terminum ab hac sancta sede a tempore Apostolorum, qui eam suis documentis instruxerunt, accipere consueverunt, & ideo recte fecisti, quod hujus sanctæ sedis consultis te, ceterosque firmari, & instrui voluisti. *Felix ep. 3. in princ.*

CAPUT XIII.

Quæcumque difficiles quæstiones per singulas provincias exortæ fuerint, semper ad sedem Apostolicam referantur. *Cajus ep. un. in fin. Anselm. lib. 2. c. 39.*

CAPUT XIV.

Matt. 16. c. 24. 9. Romanus. 15. 2. 9. 6. Ad Romanam. c. 6. Sedes Apostolica primitus apud vos fuit, quæ postea, jubente Domino, Romanam translata est, cui adminiculante gratia Divina, hodierna præsidemus die. Nec ab ejus dispositione vos deviare oportet, ad quam cuncta majora ecclesiastica negotia, Divina disponente gratia, iussa sunt referri, ut ab ea regulariter disponantur, a qua sumptere principia. Si vestra vero Antiochena, quæ olim prima erat, Romanæ cessit sedi, nulla est, quæ ejus non subjecta sit dictioni. *Marcellus ep. 1. in princ. Anselm. lib. 1. cap. 15. & lib. 2. c. 7.*

CAPUT XV.

Dei ordinatione taliter ordinatum esse credimus, ne omnes posterorum cuncta sibi vindicarent, sed semper majores causæ, sicut sunt Episcoporum, & potiorum curæ negotiorum, ad unam beati Petri Principis Apostolorum sedem confluerent, ut inde suscipiant finem judiciorum, unde acceperunt initium institutionum, ne quandoque a suo discreparent capite. *Miltiad. ep. singul. post princ. Burch. lib. 1. c. 2. Ivo part. 5. c. 46. decr.*

CAPUT XVI.

Ad sedem Apostolicam, quasi ad matrem, atque apicem, omnes majores Ecclesiæ causæ, & judicia Episcoporum recurrant. *Jul. ep. 1. in med.*

CAPUT XVII.

Scitote, hunc typhum deinceps non esse passuros, ut ea, quæ ad hanc specialiter sanctam pertinent sedem, sicut judicia Episcoporum, & majores Ecclesiæ causæ, vos patiamur nobis inconsultis invadere, absque vestri status periculo. *Jul. ep. 1. ad Oriental. ante finem.*

CAPUT XVIII.

Scripti vobis, & omnibus, qui in Antiochiam fueratis congregati, arguens vos primum de injuriis litterarum, deinde, cur Athanasium, suosque confectatores ad vestrum concilium convocassetis, canonibus scilicet præcipientibus, nihil extra *Tom. V.*

Romanum decerni Pontificem, cui hæc, & majora ecclesiarum negotia, tam ab ipso Domino, quam ab omnibus universorum conciliorum fratribus, speciali, ut jam dictum est, privilegio contradita sunt. *Jul. ep. 2. post princ.*

CAPUT XIX.

Sedi Apostolicæ majores causæ reservatæ sunt, atque solidatæ. *Dam. Ep. 3. in med.*

CAPUT XX.

Licet vobis sint nota Patrum decreta, mirari tamen non possumus vestræ solertiam circa instituta majorum, ut cuncta, quæ possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos quasi ad caput, ut semper fuit consuetudo, deferre non desinatis, ut inde capiatis responsa, unde accepistis institutionem, & normam recte vivendi. Unde & vos non immemores canonum esse recordamur, qui & id ipsum fieri præcipiunt, non ut vobis scientiæ ecclesiasticæ regulæ aliquid desit, sed ut auctoritate sedis Apostolicæ fulti, in nullo ab ejus devietis regulis. *Damas. ep. 4. in princ.*

CAPUT XXI.

Nec alicui liceat, sine præjudicio tamen Romanæ Ecclesiæ, cui in omnibus causis debetur reverentia custodiri, relictis his sacerdotibus, qui in eadem provincia Dei ecclesias nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias, &c. Si autem majores causæ in medium fuerint devolutæ, ad sedem Apostolicam, sicut synodus statuit, & vetus consuetudo exigit, post judicium Episcopale referantur. *Innoc. ad Victoric. ep. 2. c. 3. Vide Nic. XVIII. apud Jul. Capit. lib. 6. c. 287. them. 8. & lib. 7. c. 109. Anselm. lib. 2. c. 53. & lib. 3. c. 75. Tarrac. lib. 2. c. 20.*

*3. 9. 6. Non liceat. 14. * debet, f.*

CAPUT XXII.

Dilectio tua institutum secuta prudentium, ad sedem Apostolicam referre maluit, quid de rebus dubiis custodire deberet potius, quam usurpatione præsumpta, quæ sibi viderentur, de singulis obtinere. *Innoc. epist. 3. in princ.*

CAPUT XXIII.

Mirari non possumus, dilectionem tuam fequi instituta majorum, omniaque quæ possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos quasi ad caput, atque ad apicem Episcopatus referre: ut consulta videlicet sedes Apostolica ex ipsis rebus dubiis certum aliquid faciendum pronuntiet, Quod & nos libenter accipimus, & dilectionem tuam memorem canonum approbamus. *Innoc. epist. 4. in princ.*

CAPUT XXIV.

Cum majora negotia, & difficiliore causarum exitus liberum tibi esset sub nostræ sententiæ expectatione suspendere; nec ratio tibi, nec necessitas fuit, in id, quod mensuram tuam excederet deviandi. *Leo epist. 82. in princ. ad Anastasium Thessalonicens. Legatum sedis Apostolicæ.*

CAPUT XXV.

Si forte inter ipsos, qui præsent, de majoribus peccatis causa nascatur, quæ provinciali nequeat examine definiri; fraternitatem tuam de totius negotii qualitate Metropolitanos curabit instruere, & si coram positis partibus, nec tuo fuerit res sepita iudicio, ad nostram cognitionem

Dist. 18. De concil.

quidquid illud est, transferatur. *Leo epist. 82. c. 7. ad Anastas. Episc. Thessalon. Legatum sedis Apostolicæ. Burch. l. 1. c. 43. Ivo lib. 4. tit. 2. c. 1. panorm. & part. 4. c. 2. 1. decret.*

CAPUT XXVI.

Si in eo, quod fratribus tractandum, definiendumve credideris, diversa eorum fuerit a tua voluntate sententia, ad nos omnia sub gestorum testificatione referantur, ut remotis ambiguitatibus, quod Deo placeat, decernatur. *Leo epist. 82. cap. 11. ad Anastasium Thessalonicens. Legatum sedis Apostolicæ.*

CAPUT XXVII.

Si emerferint causæ, quæ ad statum ecclesiarum, & ad concordiam pertineant sacerdotum, illic sub timore Domini volumus ventilentur, & de componendis atque compositis omnibus ad nos relatio plena mittatur, ut ea, quæ juxta ecclesiasticum morem juste, & rationabiliter fuerint definita, mea quoque sententia roborentur. *Leo epist. 85. ad Episc. Mauritanæ, c. 5. in fin.*

CAPUT XXVIII.

Ad sanctam Romanam Ecclesiam tam summa Episcoporum judicia, & negotia, atque querelæ, quam & majores ecclesiarum quæstiones, quasi ad caput semper referenda sunt. *Vigil. epist. un. caput 7.*

CAPUT XXIX.

Majores, & difficiles quæstiones, ut sancta synodus statuit, & beata * consuetudo exigit, ad sedem Apostolicam semper referantur. *Pelagius Secundus epist. 1. in fine. Anselm. lib. 2. c. 34.*

CAPUT XXX.

Non aliud nobis convenit prædicare, præter quod a sanctis Patribus sumus edocti: si vero & novi aliquid, inimici astutia agente, acciderit, quod tua sancta fraternitas minime per canonum instituta discernere possit, hoc nobis non pigeat insinuare, quatenus Deo juvante, quæque ad emendationem novæ plebis esse possunt, tibi absque tarditate respondere maturemus. *Zach. epist. 6. in fin. ad Bonif. Episc.*

CAPUT XXXI.

In his omnibus aderit misericordia Dei missis nostris, & futuro Episcopo vestro, qui vos instruat, & quid agere debeatis, abundanter erudiat. Sed & illi sive nunc, sive post hæc semper in rebus dubiis, & negotiis majoribus sedem, totius Ecclesiæ more, consulent Apostolicam, & ab illa instructi, in quibus oportet, instituent, & quæ Dei sunt, sedula prædicatione docebunt. *Nic. ad Conf. Bulgar. cap. 106.*

CAPUT XXXII.

Quod majores causæ cujuscumque ecclesiæ ad Apostolicam sedem referri debeant. *Greg. VII. lib. 2. registr. in dictato.*

TITULUS X.

DE VARIIS NEGOTIIS AD PONT.

MAX. REFERENDIS.

PARS POSTERIOR.

CAPUT I.

DE presbyteris, diaconibus, seu clericis, qui inter se causam habuerint, nullo modo præsumant publicis actoribus interpellationem

facere, nisi suo Episcopo; & si forsitan Episcopus contra eum habuerit, ad vicinum Episcopum confugium faciat, juxta canonum statuta, & si minime convenerit, ut decidatur inter eos contentio, apud Apostolicam veniat sedem. *Zachar. in syn. Rom. cap. 12.*

CAPUT II.

Quoties defuncto Pastore alicujus ecclesiæ, alius ei canonice subrogandus, instantia visitoris Episcopi, qui ei ab Apostolica, vel Metropolitana sede directus est, clerus, & populus, remota omni sæculari ambitione, timore, atque gratia, Apostolicæ sedis, vel Metropolitanæ sui consensu, Pastorem sibi secundum Deum eligant, qui si correptus aliquo vitio aliter agere præsumperit, electionis perperam factæ omni fructu carebit, & de cetero nullam electionis potestatem habebit. Electionis vero potestas omnis in deliberatione sedis Apostolicæ, sive Metropolitanæ sui consistat. *Gregor. VII. in concil. Rom. ann. VII. sui Pontificatus, c. 6.*

CAPUT III.

Nullus laicus decimas suas, aut ecclesiam, aut quidquid ecclesiastici juris est, sine consensu Episcopi, vel Romani concessionem Pontificis, monasteriis, aut Canonicis offerre præsumat: quod si quis Episcopus, improbitatis, & avaritiæ causa, consentire noluerit, Romano Pontifici nuntietur, & cum ejus licentia, quod offerendum est, offerat. *Vrb. II. in concil. apud Melfham, caput 5.*

CAPUT IV.

Inventas reliquias de novo nemo publice venderi præsumat, nisi prius auctoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ. *Innoc. III. in conc. Lateran. gen. cap. 62.*

CAPUT V.

Eleemosynarum quoque quæstiones, &c. admitti, nisi Apostoli, vel dicecesani Episcopi litteras veras exhibeant, prohibemus. Et tunc præter id, quod in ipsis continebitur litteris, nihil populo proponere permittantur. Formam vero, quam communiter talibus Apostolica sedes indulget, duximus exprimendam, ut secundum eam dicecesani Episcopi suas litteras moderentur, &c. Infra hunc quoque dierum numerum indulgentiarum litteras præcipimus moderari, quæ pro quibuslibet causis aliquotiens conceduntur, cum Romanus Pontifex, qui plenitudinem obtinet potestatis, hoc in talibus moderamen consueverit observare. *Innoc. III. in concil. gen. Lateran. caput 62.*

CAPUT VI.

Laurentius Episcopus Mediolanensis ecclesiæ dixit: „Ista scriptura nullum Romanæ civitatis potuit obligare Pontificem, quia non licuit „laico statuendi in ecclesia, præter Papam Romanum habere aliquam potestatem, cui obsequendi manet necessitas“, &c. *Synod. Rom. III. Symmac. c. 3. Deus dedit c. 1. & 4. Anselm. lib. 5. c. 8. & cap. 9. Cæsar. lib. 7. cap. 113.*

CAPUT VII.

Silvanus Episcopus Calaguræ postponens Patrum regulas, & vestra instituta despiciens, nullis

De reliq. c. ult. Greg. IX. c. 2. De immun. eccl. in 4. coll.

De pœnit. c. 14. Greg. IX. & c. 5. eodem tit. in 4. collect.

Dist. 96. cap. 10. §. Cum que. 16. q. 7. Non placuit. 23.

Dist. 17. Multis. cap. 5. in fin. * vetus, f.

lis petentibus populis Episcopum ordinavit, alterum fratrem nostrum presbyterum, cui invito & repugnanti imposuerat manus, Episcopum fecit, &c. Proinde quia his præsumptionibus, quæ unitatem dividunt, quæ schisma faciunt, velociter debet occurrere, quæsumus sedem vestram, ut quod super hac parte observare velitis, Apostolicis affatibus instruamur, quatenus fraternitate collecta, prolatis in medium venerandæ synodi constitutis, contra rebellionis spiritum vestra auctoritate subnixi, quod oporteat, & de ordinatore, & de ordinato fieri, intelligere Deo juvante possimus. *Ascanius, & alii epist. 11. ad Hilar. in med. & fin.*

CAPUT VIII.

Hæc ad sanctitatem tuam de concilio Numidiæ scripta dixerimus, imitantes Carthaginensem ecclesiam, & Carthaginensis provinciæ coepiscopos nostros, quos ad sedem Apostolicam, quam beatus illustras, de hac causa scripsisse comperimus. *Ep. Milevit. concil. ad Innoc. in fine, post epist. 25.*

CAPUT IX.

Petitur confirmatio canonis a Papa Bonifacio & Episcopis illarum partium de sacris libris. *Carthag. 24. G. Carth. III. c. 47. L.*

CAPUT X.

Quotiens dubitatur de Paschate per Metropolitanos, a sede Apostolica sacra constitutio teneatur. *Aurel. IV. cap. 1.*

CAPUT XI.

Si quilibet, sive sit presbyter, sive sit diaconus aliquam perturbationem machinando, & nostro ministerio insidiando, redarguatur falsam ab Apostolico detulisse epistolam, vel aliud quid, quod inde non convenerit, salva fide, & integra circa Apostolicum humilitate, penes Episcopum fit potestas, utrum eum in carcerem, aut in aliam detrudat custodiam, usquequo per epistolam, aut per idoneos suæ partis Legatos, Apostolicam interpellat sublimitatem, ut potissimum sua sancta legatione dignetur decernere, quid de talibus iusto ordine lex Romana statuat definire, ut & is corrigatur, & ceteris modus imponatur. *Tribur. caput 30.*

CAPUT XII.

Fabianus Episcopus urbis Romæ omnibus Orientalibus Episcopis, & cunctis fidelibus in Domino salutem. Exigit dilectio vestra sedis Apostolicæ consulta, quæ vobis denegare non possumus, nec debemus. Hoc autem & prædecessores nostros multarum regionum Episcopos egisse liquet, & nos, qui in eandem sedem Domino largiente collocati sumus, agere debere, fraterna charitas, & obedientiæ debitum compellit. *Fabian. epist. 2. in princ.*

CAPUT XIII.

Scitote, omnes suggestiones vestras fidei catholicæ profuturas, me dignanter suscepisse, ut ipsarum quoque opera, & pax Christiana reparari, & error impius possit aboleri, & si amplius de talibus, aut de his similibus aliquid fuerit deliberandum, celeriter ad nos relatio dirigatur, ut pertractata qualitate horum, nostra, quid observari de-

beat, sollicitudo constituat. *Euseb. epist. 1. in fin.*

CAPUT XIV.

Cum omni festinatione vos omnes ad hujus sanctæ sedis reverentiam volo concurrere, quatenus gestorum apud vos integritatem per vos ipsos possitis ostendere. *Julius epist. 2. in princ.*

CAPUT XV.

Inter ceteras Ecclesiæ Romanæ curas, & Apostolicæ sedis occupationes, quibus diversorum consulta fideli, ac medica disceptatione tractamus, &c. frater, & coepiscopus noster Julius dilectionis vestræ litteras, quas ex Milevitano concilio cura fidei propensiore misistis, mihi inopinanter ingessit, Carthaginensis etiam synodi querelæ parilis scripta subjungens. *Innoc. epist. 26. ad Milevit. concil. in princ.*

CAPUT XVI.

Quotiens fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres, & coepiscopos nostros, non nisi ad Petrum, id est, sui nominis, & honoris auctorem, referre debere, velut nunc retulit vestra dilectio, quod per totum mundum possit ecclesiis omnibus in commune prodesse. *Innocent. in epist. 26. ad concil. Milevit. ante med. Anselm. lib. 1. c. 27. & lib. 2. cap. 54.*

CAPUT XVII.

Ne pro suo libitu Episcopi jura studeant aliena pervadere absque sedis Apostolicæ justa dispositione mandante. *Gelas. epist. 1. cap. 5.*

CAPUT XVIII.

Ne absque præcepto sedis Apostolicæ Ecclesiæ, vel oratoria consecrentur. *Gelas. epist. 1. cap. 27. De cons. d. 1. 1. De locorum. cap. 2.*

CAPUT XIX.

Quantum ad religionem pertinet, non nisi Apostolicæ sedi, juxta canones, debetur summa iudicii totius. *Gelas. epist. 4. ad Faustum in fine.*

CAPUT XX.

Petistis per Hilarium Chartularium nostrum a beatæ memoriæ prædecessore nostro, ut omnes vobis retro temporum consuetudines servarentur, quæ a beati Petri Apostolorum Principis ordinationum initiis hætenus vetustas longa servavit. Et [nos quidem juxta seriem relationis vestræ [consuetudinem, quæ tamen contra fidem catholicam nihil ulurpare dignoscitur, immotam * permanere concedimus. *Greg. lib. 1. epist. 75. post princ. & epist. 54. ad Lugdun. Archiep. & epist. 179. ad Gualterium Beluacen. Burch. lib. 3. cap. 124. Ivo lib. 2. tit. 12. cap. 21. Panorm. & part. 4. cap. 66. & cap. 204. decr. Casar. aug. lib. 1. cap. 26.*

TITULUS XI.

EPISCOPOS, ET METROPOLITANOS, ET PRIMATES CONSTITUERE, PONTIFICIS MAX. EST.

CAPUT I.

Quod non aliæ Metropolitanæ Ecclesiæ, vel Primates sint, nisi illæ, quæ prius Primates erant, & post Christi adventum auctoritate Apostolica, & synodali Primatum habere meruerunt. *Nican. XLVII. apud Jul. epist. 2. cap. 12.*

CAPUT II.

Omnes generaliter alloquamur, qui iuste, &

Eph. 4. a. pie volunt vivere in communione sanctæ Ecclesiæ Catholicæ, quæ est unum corpus Christi, cui unus est Dominus, una fides, unum baptisma, quæ cum generaliter ab uno capite Christo super petram, id est, super confessionem Petri, sit ædificata, manifestum tamen est, in omnem Italiam, Gallias, & Hispaniam nullum instituisse ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Petrus, aut ejus successores constituerunt sacerdotes. Et quoniam Ecclesia in nostris quoque partibus, ut dictum est, super hanc petram soliditatem non tantum fundata, sed ab eo, ejusque successoribus etiam edocta, cum Dei gratia ipsius beati Petri suffragantibus meritis, firmitatem fidei, quam primo percepit, hætenus inconcussam servare studuit, nullaque perfidorum consortia recepit. *Troslejan. cap. 15. Vid. Inn. epist. 1.*

CAPUT III.

Episcopos per singulas civitates, quibus ille, *hoc est Petrus*, non miserat, nobis mittere præcepit, &c. Vos autem per vestras dioceses Episcopos sacrate, & mittite, quia nos ad alias partes agere curabimus. Aliquos ad Gallias, Hispaniasque mittemus, & quos ad Germaniam, & Italiam, & ad reliquas gentes, &c. *Clem. epist. 1. in med. Vid. Anacler. epist. 1. cap. 4.*

CAPUT IV.

Illi, qui in Metropoli a Beato Petro Apostolo, ordinante Domino, & prædecessore nostro sancto Clemente, seu a nobis constituti sunt, non omnes Primates, vel Patriarchæ esse possunt. Sed illæ urbes, quæ præfatis, & præfatis temporibus primatum tenuere, Episcoporum, Patriarcharum, aut Primatum nomine fruuntur. *Anacl. ep. 3. c. 3.*

CAPUT V.

Flagitavit a nobis pro suis syllabis prædictus sanctissimus vir *Bonifacius* per Apostolicam auctoritatem vestras confirmari sedes (*loquitur de tribus sedibus Episcopalibus, quæ a Bonifacio Legato sedis Apostolicæ fuerant constitutæ.*) Pro quo nos ardenti animo & divino juvamine, ac auctoritate beati Petri Apostolorum Principis, cui data est a Deo, & Salvatore nostro Jesu Christo ligandi, solvendique potestas peccata hominum in cælo, & in terra, confirmamus, atque solidas permanere vestras Episcopales sedes sancimus, intercedente * ipsius Principis Apostolorum auctoritate, &c. ut nullus audeat contra eandem vestram venire ordinationem. *Zach. ep. 1. in princ.*

CAPUT VI.

De civitate illa, quæ nuper Agrippina vocabatur, nunc vero Colonia, juxta petitionem Francorum, nostræque auctoritatis præceptum, nomini tuo Metropolim confirmavimus, & tuæ Sanctitati direximus, pro futuris temporibus ad ejusdem Metropolitanæ Ecclesiæ stabilitatem. *Zach. epist. 4. in fin.*

CAPUT VII.

Statuimus per Apostolicam auctoritatem Episcopales illic in *Germania* esse sedes, quæ per successionem Episcopos mereantur, & populis præfint, atque in quibus verbum prædicationis subjectis insinuetur, id est, in castello, quod di-

citur Wirtzburg, & alterum in oppido, quod nominatur Buraburg, tertium in loco, qui dicitur Erphesfurt, ita ut nulli post hæc liceat cuiquam hæc, quæ a nobis sancita sunt, quoquo modo violare, quæ auctoritate beati Petri Apostoli firma esse decrevimus. *Zach. epist. 6. ad Bonif. in princ.*

CAPUT VIII.

Secundum tuæ Sanctitatis petitionem tribus Episcopis tuis singulas confirmationis epistolas misimus, quas per tuæ Sanctitatis manus eis largiri volumus. *Zach. epist. 6. in fine.*

CAPUT IX.

Vos five Patriarcham, five Archiepiscopum, five Episcopum vobis ordinari postuletis, a nemine nunc velle congruentius, quam a Pontifice sedis beati Petri, a quo & Episcopatus, & Apostolatus sumpsit initium, hunc ordinare valetis. In quo hic est ordo servandus, ut videlicet a sedis Apostolicæ Præsule sit nunc vobis Episcopus consecrandus, qui, si Christi plebs, ipso præstante, crescit, Archiepiscopatus privilegia per nos accipiat. *Nicol. ad Consult. Bulgar. cap. 73.*

CAPUT X.

Quod soli Romano Pontifici licet, pro temporis necessitate, novas leges condere, novas plebes congregare, de Canonica Abbatiam facere, & e contra, divitem Episcopatum dividere, & inopes unire. *Greg. VII. lib. 2. registr. in dictato.*

TITULUS XII.

EPISCOPORUM MUTATIO AD PONT. MAX. PERTINET.

CAPUT I.

Episcopus non dimittat ecclesiam, ad quam ^{7. 9. 1. Sicut. cap. 11.} sacratu est, absque inevitabili necessitate, aut Apostolica, vel regulari mutatione, nec alteri se ambitus causa conjungat. *Evarist. epist. 2. in princ. Burch. lib. 1. cap. 76. Ivo part. 5. cap. 182. decret. Anselm. lib. 6. cap. 102. Tarrac. lib. 3. cap. 67.*

CAPUT II.

Si utilitatis causa fuerit mutandus Episcopus ^{7. 9. 1. c. 39. Sicut. in fin.} non per se hoc agat, sed fratribus invitantibus, & auctoritate hujus sanctæ sedis faciat, non ambitus causa, sed utilitatis. *Callist. epist. 2. ante med. Burch. lib. 1. cap. 80. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 27. panorm. part. 5. cap. 186. decr.*

CAPUT III.

Significasti etiam litteris tuis, quendam fratrem, nomine, & actu Dei servum, causa utilitatis te velle mutare in locum, & civitatem defuncti, licet quidam dicant, hoc fieri non licere, nisi consensum Apostolicæ sedis habuisses. Quapropter scias, frater dilectissime, aliud esse causam necessitatis, & utilitatis, & aliud causam præsumptionis, & propriæ voluntatis. Non ergo mutat sedem, qui non mutat mentem. Quis enim unquam audet dicere, sanctum Petrum Apostolorum Principem non bene egisse, quando mutavit sedem de Antiochia in Romam? aut quis eum negat ob id sanctum non esse, aut dignitatem, aut meritum unquam Apostolatus, tam in cælis, quam in terris perdidisse? *Pelag. II. epist. 2. in princ.*

CA-

*Matt. 16. b.*** interdicentes. f.*

CAPUT IV.

Quod Romano Pontifici liceat de sede ad sedem, necessitate cogente, Episcopos transmutare. *Greg. VII. lib. 2. registr. in dict.*

TITULUS XIII.

PONTIFEX MAX. OMNES JUDICAT, ET JUDICATUR A NEMINE.

CAPUT I.

V. d. 21. cap. ult. in tantum.

Præsumpsit Dioscorus & excommunicationem dictare adversus sanctissimum, & beatissimum Archiepiscopum magnæ Romæ Leonem, &c. Unde *idem* Leo per nos, & præsentem sanctam synodum, una cum ter beatissimo, & omni laude digno beato Petro Apostolo, qui est petra, & crepido catholicæ Ecclesiæ, & ille, qui est rectæ fidei fundamentum, nudavit eum tam Episcopatus dignitate, quam etiam & ab omni sacerdotali alienavit ministerio. *Chalced. act. 3. in damnatione Dioscori. Nic. epist. ad Mich. Imp. ante med.*

CAPUT II.

Ubi supra.

Quoniam super alias suas nequitas adversus ipsam Apostolicam sedem *Dioscorus* latravit, & excommunicationis litteras adversus sanctissimum, & beatissimum Papam Leonem facere conatus est, &c. decenter ab universali concilio sacerdotio est nudatus, & ab episcopali dignitate pronuntiatus est alienus. *Chalc. in epist. ad Valentinian. & Marcian. Imp. act. 3. Nic. ep. ad Mich. Imp. ante med.*

CAPUT III.

Contra ipsam, cui vineæ custodia a Salvatore commissa est, extendit *Dioscorus* insaniam, id est, contra tuam quoque Apostolicam Sanctitatem, & excommunicationem meditatus est contra te, qui corpus Ecclesiæ unire festinas, &c. *Chalced. syn. in ep. ad Leonem, in med. act. 3.*

CAPUT IV.

Quoniam quidem apparuit Photium post prolatam contra se justissimam sententiam, & damnationem a Sanctiss. Papa Nicolao, &c. concilium vanitatis colligentem depositorias accusationes, & crimina contra beatissimum Papam Nicolaum commovisse, & anathema procaciter, & audacter contra eum, & cunctos communicantes ei sæpe promulgasse, &c. „Anathematizamus „Photium“, &c. Quemadmodum & fortissimus pietatis athleta Martinus sanctissimus Papa Romanus tales synodice perpulit. *VIII. syn. c. 6. sub Hadr. II.*

CAPUT V.

Luc. 10. c.

Dominicum sermonem, quem Christus sanctis Apostolis, & discipulis suis dixit: *Quia qui vos recipit, me recipit, & qui vos spernit, me spernit*: ad omnes etiam, qui post eos secundum ipsos facti sunt Summi Pontifices, & pastorum Principes, in Ecclesia catholica, dictum esse credentes, [definimus, neminem prorsus mundi potentium, quemquam eorum, qui Patriarchalibus sedibus præfunt, inhonorare, aut movere a proprio throno tentare, sed omni reverentia, & honore dignos judicare, præcipue quidem sanctissimum Papam senioris Romæ, deinceps autem Constantinopoleos Patriarcham, deinde vero

Dist. 22. cap. ult.

Alexandriæ, ac Antiochiæ, atque Hierosolymorum, sed nec alium quemquam * conscriptiones contra sanctissimum Papam senioris Romæ, ac verba complicare, vel componere sub occasione quasi diffamatorum quorundam criminum, quod & nuper Photius fecit, & multo ante Dioscorus. Quisquis autem tanta jactantia, & audacia usus fuerit, ut secundum Photium & Dioscorum, in scriptis, vel sine scriptis, injurias quasdam contra sedem Petri Principis Apostolorum moveat, æqualem, & eandem, quam illi, condemnationem accipiat. Si vero quis aliqua potestate fruens, vel potens pellere tentaverit præfatum Apostolicæ cathedræ Papam, aut aliorum Patriarcharum quemquam, anathema sit. Porro si synodus universalis fuerit congregata, & facta fuerit etiam de sancta Romanorum Ecclesia quævis ambiguitas, & controversia, oportet venerabiliter, & cum convenienti reverentia, de opposita * questione sciscitari, & solutionem accipere, & aut proficere, aut protectum facere, non tamen audacter sententiam, dicere contra senioris Romæ Summos Pontifices. *VIII. synod. sub Hadr. II. cap. 21. Anselm. lib. 2. cap. 72. Deusdedit cap. 3.*

* *Quemcumque.*

* *ausus.*

* *proposita.*

CAPUT VI.

Salva in omnibus Apostolica auctoritate, nullus Episc. alterius parochianum ordinet, vel judicet. *Nic. XXVI. apud Jul. ep. 2. c. 6. Xyst. II. ep. 2.*

CAPUT VII.

Synodus univ. hoc dixit cunctorum judicio: „Tu eris iudex, ex te enim damnaberis, ex te justificaberis, tamen in nostra præsentia, illic vero dum veneris ad iudicium tuum, ex te tunc damnaberis, ex te justificaberis. Tu enim iudex, tu reus.“ &c. Respondit Petrus, & dixit ad Marcellinum Episcopum: „Jam audi Pontifex, & judica causam tuam, quoniam ex ore tuo justificaberis, & ex ore tuo condemnaberis, quoniam nulla membra sana esse possunt, si caput mestum fuerit“, &c. Juste ore suo condemnatus est, & ore suo anathema suscepit Maranatha, quoniam ore suo condemnatus est, nemo enim unquam judicavit Pontificem, nec Præsul sacerdotem suum, quoniam prima sedes non judicabitur a quoquam, &c. *Acta conc. Sinuessa sub Marcell. Nicol. in epist. ad Mich. Imp. ante medium.*

V. d. 21. e. 8. Nunc autem.

* *tui eris.*

CAPUT VIII.

Non damnabitur Præsul, nisi in LXXII. testibus. Neque Præsul summus a quoquam judicabitur, quoniam scriptum est: *Non est discipulus supra magistrum.* Presbyter autem Cardinalis, nisi XLIV. testibus, Diaconus Cardinarius constitutus urbis Romæ, nisi in XXVI. Subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, ostiarius, nisi in VII. testibus non damnabitur. *Synod. Roman. CCLXVIII. Episcoporum sub Silvestr. in epilo-go, c. 3. Vid. Nic. ep. ad Mich. Imp. ante medium. Hadr. c. 52. & 63. ad Episc. Mediom. & Mag. syn. sub Arn. cap. 12. Capitul. lib. 1. cap. 139. Burch. lib. 1. cap. 151. Ivo lib. 4. tit. 8. c. 7. pan. & part. 5. c. 264. & part. 6. c. 334. deer. Deusdedit. c. 3.*

2. q. 4. c. 2.

Luc. 6. f.

CAPUT IX.

9.9.3. 6. 13. Nemo dijudicet primam sedem, quoniam omnes sedes a prima sede justitiam desiderant temperari. Neque ab Augusto, neque ab omni clero, neque a Regibus, neque a populo judicabitur. *Silo. in syn. Rom. CCLXXXIX. Episc. c. 20. Ivo lib. 4. tit. 1. c. 5. pan. Deusd. c. 3. Anf. lib. 1. c. 19. & lib. 4. c. 39. Casaraug. lib. 5. c. 1. Tarrac. lib. 1. c. 281.*

CAPUT X.

De damnatione Acacii CP. Episcopi vide Felicem in epistola ad eundem, quæ cum LXII. Episcopis scripta est.

CAPUT XI.

Dist. 17. c. 6. Confilia, §. 1. Cum ex diversis provinciis ad urbem Romam convenire sacerdotes regia præcepisset auctoritas, ut de iis, quæ venerabili Papæ Symmacho Apostolicæ sedis Præfuli ab adversariis ipsius dicebantur impingi, sanctum concilium judicaret legitime, &c. Memorati Pontifices, quibus alligandi imminabat occasio, suggererunt ipsum, qui dicebatur impetitus, debuisse synodum convocare, scientes, quia ejus sedi primum Petri Apostoli meritum, vel principatus, deinde secuta jussione Domini conciliorum venerandorum auctoritas, singularem in Ecclesiis tradidit potestatem, nec antedictæ sedis Antistitem minorum subjacuisse judicio, in propositione simili, facile forma aliqua testaretur, &c. Cum Dei nostri obtestatione decernimus, ut Symmachus Papa sedis Apostolicæ Præful, quantum ad homines respicit, quia totum, causis obfistentibus superius designatis constat arbitrio Divino fuisse dimissum, sit immunis, & liber, & Christianæ plebi sine aliqua de objectis oblatione, in omnibus ecclesiis suis, ad jus sedis suæ pertinentibus tradat Divina mysteria, quia eum ob impugnationum suorum impetitionem, propter superius designatas causas obligari non potuisse cognovimus, &c. „ Laurentius „ Episcopus ecclesiæ Mediolanensis huic statuto „ nostro, in quo totam causam Dei judicio „ commisimus, subscripsi. Petrus Episcopus Ec- „ clesiæ Ravennatis huic statuto nostro, in quo „ totam causam Dei judicio commisimus, sub- „ scripsi „, &c. *Syn. Rom. IV. sub Symmacho in princ. & in fin. Nicol. ep. ad Mich. Imper. ante med.*

CAPUT XII.

Conciliabulum vanitatis a Photio, & hujus fautore Michaelē, videlicet tyrannice imperante CP. nuper adversus Apostolicæ sedis reverentiam, & privilegium congregatum, utpote veritatis inimicum, & omni falsitate repletum, cum & sibi consentientium animas interficiens Ephesino latrocinio comparandum fore statuimus, & ipsius execranda gesta quibuscumque habeantur monumentis inserta, summi judicis Domini Jesu Christi, sanctorum Apostolorum Principum Petri, & Pauli, nostræque mediocritatis auctoritate penitus abolenda decernimus, ita ut igni tradantur, & anathemate perpetuo percillantur. Similiter & de ceteris scripturis, quæ viris jam nominatis auctoribus contra eandem sedem tempore diverso sunt editæ, gerendum definimus. *Hadrian. II. in*

synod. Rom. can. 1. apud syn. VIII. generalem act. 7. ante finem.

CAPUT XIII.

Romanum Pontificem de omnium ecclesiarum Præfulibus judicasse legimus, de eo vero quemquam judicasse non legimus. Licet enim Honorio ab Orientalibus post mortem anathema sit dictum, sciendum tamen est, quia fuerat super hæresi accusatus, propter quod solum licitum est minoribus majorum suorum motibus resistendi *, vel pravos sensus libere respuendi *, quamvis & ibi nec Patriarcharum, nec ceterorum Antistitem quispiam * de eo fas fuerit proferendi sententiam, nisi ejusdem primæ sedis Pontificis consentus præcessisset auctoritas. *Hadr. II. in syn. Roman. apud syn. CP. VIII. act. 7. in princ. allocutionis tertiæ.*

CAPUT XIV.

Episcopi jussu Theodorici Regis congregati negarunt Romanæ sedis Antistitem minorum subjacuisse judicio. Ad postremum vero ipsi venerabiles Præsules, cum viderent, quod non sine sui discrimine potuissent contra caput se erigere, quidquid de sæpe fati Symmachi Papæ actibus delatum fuerat, totum Dei judicio reservarunt: ita ut singulariter quique in subscriptione sua hoc patenter judicent, perhibentes: „ Laurentius „ Episcopus ecclesiæ Mediolanensis huic statuto „ nostro, in quo totam causam Dei judicio „ commisimus, subscripsi. Similiter Petro Episcopo Ravennatis, & ceteris subscribentibus. *Hadr. II. in syn. Rom. allocutione tertia post princ. apud syn. CP. VIII. act. 7.*

CAPUT XV.

Ostendam Dioscorum contra gestum in metropoli Nicæna concilium temerarium exitisse, &c. excommunicationem namque faciens contra sanctissimum, & beatissimum Apostolicæ sedis magnæ Romæ Episcopum suavitè subscribere, &c. *Chalc. syn. act. 3. in libello Theodori diaconi ad Leonem Pap. & Chalced. conc. in med.*

CAPUT XVI.

Anatolius Archiepiscopus CP. dixit: „ Propter fidem non est damnatus Dioscorus, sed „ quia excommunicationem fecit domino Archiepiscopo Leoni, & tertio vocatus est, & „ non venit, & ideo damnatus est. *Chalc. act. 5. post med.*

CAPUT XVII.

Maximus Exconsul dixit: „ Non licet adversus Pontificem dare sententiam „, &c. *Synod. Rom. sub Xysto III. in causa ejusdem Xysti. Nicol. in ep. ad Mich. Imp. ante med.*

CAPUT XVIII.

Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminare, sed sedis istius Præfulis suo sine quæstione reservavit arbitrio. Voluit Beati Petri Apostoli successores cælo tantum debere innocentiam, &c. *Enn. pro Symm. Ivo lib. 4. tit. 1. c. 7. pan. & part. 5. c. 10. decr. Anselm. lib. 1. c. 24. Casar. lib. 5. c. 2. Tarrac. lib. 1. c. 284.*

CAPUT XIX.

Audivimus, vos a sede sancti Petri injuste pulsum, exilio destinatum &c. „ Quid putas de nobis „ fieri,

* resistere, f.

* respuere, f.

* cuiuspiam, f.

Dist. 21. c.

ult. in fine.

9.9.3. 6. 14.

9. 4. 3. 6. 15. fieri, Pater summe, cum de summo Pastore, & Vicario sancti Petri talia fiunt? *Amator Episc. ad Silverium.*

CAPUT XX.

9. 4. 3. 6. 15. Facta subditorum judicantur a nobis, nostra vero judicat Deus. *Anter. ep. singul. post med. Anselm. lib. 1. c. 53.*

CAPUT XXI.

11. 9. 1. 6. 4. Judices alii esse non debent, nisi quos ipse, qui impetitur, elegerit, aut quos suo cum consensu hæc sancta sedes, aut ejus Primates auctoritate hujus sanctæ sedis delegaverint. *Julius ep. 2. c. 34. ex conc. Nicæn. Ivo lib. 4. tit. 11. c. 2. pamm. Anselm. lib. 3. c. 21.*

CAPUT XXII.

3. 9. 9. 6. 7. Nec extra propriam fiat provinciam primo discussionis accusatio, sine Apostolica præceptione, cui in omnibus causis debet reverentia custodiri, quoniam & antiqua docet hoc Patrum regula, in qua & Imperialia pariter statuta concipiunt, &c. & reliqua talia, & his similia, salva tamen in omnibus Apostolica auctoritate, ut nihil in his definiatur prius, quam eis placere cognoscatur, qua omnes fultos esse oportet, & si quid eis grave, intolerandumque acciderit, ejus semper est expectanda censura. *Damas. ep. 3. c. 8. Interpres Cod. Theod. lib. 9. tit. 1. const. 10. Ivo part. 6. c. 347. decr.*

CAPUT XXIII.

Damnatus a Romano Pontifice non potest ab alio absolvi. *Gelas. ep. 3. in tomo de anathematis vinculo, cujus initium est: Ne forte, ante finem.*

CAPUT XXIV.

9. 4. 3. 6. 16. Nobis opponunt canones, dum nesciunt quid loquantur. Contra quos hoc ipso venire se produnt, quod primæ sedi sana, rectaque suadenti parere fugiunt. [Ipsi sunt canones, qui appellationes totius Ecclesiæ ad hujus sedis examen voluere deferri. Ab ipsa nusquam profus appellari debere sanxerunt, ac per hoc illam de tota Ecclesia judicare, ipsam ad nullius commere judicium, nec de ejus unquam præceperunt judicio judicari, sententiamque illius constituerunt non oportere dissolvi, cujus potius decreta sequenda mandarunt. *Gelas. ep. 4. ad Faustum ante medium. Nicol. ad Mich. Imp. ante fin. Ivo lib. 4. tit. 1. c. 10. pan. & part. 5. c. 9. & c. 19. decr. & ep. 1. ad Richerium Archiep. Senon. Anselm. lib. 1. c. 72. & lib. 2. c. 56.*

CAPUT XXV.

Dist. 22. c. 5. Qua traditione major. Apostolicam sedem in judicium vocant? an secundæ sedis Antistites, & tertiæ, ceterique bene sibi conscii sacerdotes depelli debuerunt? & qui religionis existit inimicus, depelli non debuit? Viderint ergo, si alios habent canones, quibus suas ineptias exequantur. Ceterum illi, qui sacri, qui ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, sedem Apostolicam ad judicium vocare non possunt. *Gelas. ep. 4. ad Faustum in medio. Ivo part. 5. c. 9. decr. & ep. 1. ad Richerium Senon.*

CAPUT XXVI.

9. 4. 3. 6. 17. Nec plane tacemus, quod [cuncta per mun-

dum novit Ecclesia, quoniam quorumlibet sententiis ligata Pontificum sedes beati Petri Apostoli jus habeat resolvendi, utpote quæ de omni Ecclesia fas habeat judicandi, neque cuiquam de ejus liceat judicare judicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellare voluerunt; ab illa autem nemo sit appellare permissus. *Gelas. ep. 6. ad Episcopos Dard. ante med. Vid. Nic. ad Episcopos Gallia in ep. inc. Quamvis Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 8. pan. Anselm. lib. 1. cap. 47. & lib. 2. c. 16. & c. 24. & lib. 12. c. 69. Tarrac. lib. 1. c. 283.*

CAPUT XXVII.

Neque Præsul summus a quoquam judicabitur, quia dicente Domino: *Non est discipulus supra magistrum. Hadr. ad Episc. Mediomatr. c. 52. & 68. Magunt. sub Arnulph. cap. 12.*

CAPUT XXVIII.

Ne sine auctoritate canonica quidquam profecti videamur, sancti Chalcedonenfis concilii sanctiones ad memoriam reducamus, quæ ita decernunt, &c. „ Si adversus provinciam Metropolitanam Episcopus, vel clericus habet querelam, petat Primate dioceseos, aut sedem Regiæ urbis Constantinopolitanæ, “ &c. Cum dixisset, Petat Primate dioceseos, præceptum posuit eadem sancta synodus, regulamque constituit. Cum vero disjunctiva conjunctione addidisset, aut sedem Regiæ urbis Constantinopolitanæ, liquet profecto, quia hoc secundum permissionem indulgit, &c. Quanto magis ad potioris auctoritatis judicium tenditur quærimonia, tanto adhuc amplius majus culmen petendum est, quousque gradatim perveniatur ad eam sedem, cujus causa aut a se negotiorum meritis exigentibus in melius commutatur, aut solius Dei sine quæstione reservatur arbitrio. Quem autem Primate dioceseos sancta synodus dixerit, præter Apostoli primi Vicarium, nullus penitus intelligitur. Ipse est enim Primas, qui & primus habetur, & summus. Quæ viritum, si locus exegerit, in subditis demonstrabimus. Ne vero moveat, quia singulari numero dioceseos dictum est, sciendum est, quia tantundem valet dixisse, Primate dioceseos, quantum si perhibuisset, dioceseon. *Nicol. epist. ad Mich. Imper. post med. Chalced. c. 9. Capitul. lib. 7. c. 151. in additis. Ivo part. 6. c. 360. decr.*

CAPUT XXIX.

Patet sedis Apostolicæ, cujus auctoritate major non est, judicium a nemine fore retractandum, neque cuiquam de ejus liceat judicare judicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerunt: ab illa autem nemo sit appellare permissus. Juxta quod & Bonifacius, atque Gelasius sanctissimi Præsules, non suis ad inventionibus, sed Ecclesiæ Romanæ consuetudinem non ignorantes dicunt: Bonifacius quidem Rufo, & ceteris Episcopis per Thessaliam, & alias provincias constitutis scribens: „ Nemo “, ait: „ umquam Apostolico culmini, de cujus judicio non licet retractare, manus obvias audacter intulit, nemo in hoc rebellis extitit, nisi, qui de se voluit judicari “. *Nicol. ad Michael.*

Luc. 6. 6.

11. 9. 1. c. 47. Si clericus, in fin.

9. 4. 3. 6. 17.

chael. Imp. post med. Ivo lib. 4. tit. 1. c. 10. pan. C part. 5. c. 19. decr. Anselm. lib. 1. c. 72.

CAPUT XXX.

Nulla regula, nullaque consuetudo demonstrat, sedis Apostolicæ semel prolatam sententiam, ipsa non annuente, ultra posse mutari. *Nicol. epist. ad Mich. Imp. ante fin.*

CAPUT XXXI.

Nemo fidelium injuriam beati Petri Principali impune corrumpit*, in cujus videlicet contumeliam, ut sanctus Bonifacius Papa scribit, quisquis surgit, habitator cælestium non potest esse regnorum: *Tibi, inquit, dabo claves regni cælorum*, in quod nullus absque gratia genitoris intrabit, & rursus: *Nemo unquam Apostolico culmini*, de cujus inquit iudicio non licet retractari, *manus obvias audacter intulit, nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit iudicari.* *Hadrian. II. in synod. Rom. allocut. III. post medium apud synod. CP. VIII. act. 7. Vidend. Nicolaus ad Mich. Imp. prope finem.*

CAPUT XXXII.

Petrus, & sui successores liberum de omni Ecclesia habent iudicium, cum nemo debeat eorum dimovere statum, quia summa sedes a nemine iudicatur. *Leo IX. epist. ad Mich. c. 32.*

CAPUT XXXIII.

Quod a nemine Romanus Pontifex iudicari debeat. *Gregor. VII. lib. 2. registr. in dictato.*

CAPUT XXXIV.

Quod sententia Romani Pontificis a nullo debeat retractari, & ipse omnium solus retractare possit. *Idem ibidem.*

CAPUT XXXV.

Silverio veniente Pataram venerabilis Episcopus civitatis ipsius venit ad Imperatorem, & iudicium Dei contestatus est de tantæ sedis Episcopi expulsionem, multos esse dicens in hoc mundo Reges, & non esse unum, sicut ille Papa est super Ecclesiam mundi totius, a sua sede expulsus. *Liberat. c. 22. in medio.*

TITULUS XIV.

SOLUS PONTIFEX MAX. JUDICAT OMNES EPISCOPOS.

CAPUT I.

Apostolicæ sedis dispositioni omnes majores ecclesiasticas causas, & Episcoporum iudicia antiqua Apostolorum, eorumque successorum, atque canonum auctoritas reservavit. *Nicæn. XVIII. apud Jul. ep. 2. c. 2. Capitul. lib. 7. cap. 156. in add. Burch. lib. 1. cap. 144. Ivo part. 5. cap. 257. decr.*

CAPUT II.

Salvo in omnibus Romanæ Ecclesiæ privilegio, nullus Metropolitanus, absque ceterorum omnium comprovincialium Episcoporum instantia, aliquorum audiat causas eorum* quia irritæ erunt, immo & causam in synodo pro facto dabit. *Nicæn. LI. apud Julium epist. 2. c. 14.*

CAPUT III.

Salva Apostolicæ Ecclesiæ auctoritate, nullus Episcopus extra suam provinciam ad iudicium devocetur, sed evocatus ipse canonice in loco omnibus congruo, tempore synodali, ab omni-

bus comprovincialibus Episcopis audiatur, qui concordem super eum, canonicamque proferre debent sententiam, cum idem clericis, & laicis concedatur, si ipse Metropolitanus, aut iudices suspectos habuerit, aut infensos senserit, apud Primates dioceseos, apud Romanæ sedis Pontifices iudicetur. *Nicæn. LIV. apud Julium epist. 2. cap. 17. Burch. lib. 1. cap. 170. Ivo part. 5. cap. 280. decr.*

CAPUT IV.

Primates accusatum discutientes Episcopum non ante sententiam proferant damnationis, quam Apostolica freti auctoritate, aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes, & canonicè examinatos regulariter testes convincatur. *Nicæn. LXVI. apud Jul. epist. 2. cap. 26.*

CAPUT V.

Sancimus, omnia, quæ a Nicolao Pont. Rom. & Hadriano II. synodice per diversa tempora exposita sunt, & promulgata, tam pro defensione, ac statu CP. ecclesiæ, & summi sacerdotis ejus, Ignatii videlicet Patriarchæ, quam etiam pro Photii neophyti, & invaloris expulsionem, ac condemnationem servari semper, ac custodiri immutata pariter & illæsa. *Syn. VIII. gen. sub Hadrian. II. cap. 2.*

CAPUT VI.

Ascendentibus* ad nos de diversis mundi partibus Episcoporum quærelis, intelleximus graves & grandes Abbatum excessus. *Innoc. III. in conc. gen. Lat. cap. 60.*

CAPUT VII.

Si quis Episcopus in aliquo negotio condemnatus sit, & putet se bonam causam habere, si rursus iudicium innovetur, Petri Apostoli memoria honoretur, & scribatur a iudicantibus Julio Episcopo Romæ, ut per vicinos Episcopos, scribatur Episcopo Romæ, vel a iudicantibus, vel a vicinis Episcopis: l. ut si videatur oportere, iudicium renovetur, & cognitores ipse præbeat. Si non videatur renovari, oportet, ut firma maneat, quæ iudicata sunt. *Sard. 3. G. 4. L.*

CAPUT VIII.

Si quis Episcopus depositus sit iudicio Episcoporum vicinorum, & velit se defendere in urbe Rom. l. non prius in ejus sede alius substituatur, quam Romanus Episcopus cognoscat, & definiat. *Sard. 4. G. 5. L.*

CAPUT IX.

Antiquis regulis sancitum est, ut quidquid quamvis in remotis, aut longinquis positis provinciis, super Episcoporum quærelis, aut accusationibus ageretur, non prius tractandum, vel accipiendum esset, quam ad notitiam almæ sedis vestræ fuisset deductum, ut hujus auctoritate iusta, quæ fuisset, pronuntiatio infirmaretur, aut firmaretur. Indeque fumerent normæ, unde ecclesiæ sumpserunt prædicationis exordium, ne passim ab insidiatoribus columnæ everterentur Ecclesiæ. Certum est enim eidem sanctæ sedi vestræ in honorem beatissimi Petri, Patrum decreta peculiarem decrevisse reverentiam Dei, pro rebus inquirendis, atque determinandis, quas sollicitè decet justèque ab ipso Præsulum examinari vertice Apostolico, cujus sol.

* Accedentibus.
De excess. Prælat. 12.
Gregor. IX.
C. un. eod. tit. in 4. coll. 6. q. 4. O. f. us. 6. ult.

9. q. 3. c. 4.
Salvo.

* Episcoporum, f.

sollicitudo semper fuit, & est, tam mala damnare, quam probare damnanda. *Athan. & alii epist. ad Felicem II. in medio. Ivo part. 5. c. 15. decr. Anselm. lib. 2. cap. 52.*

CAPUT X.

Beatissimo domino, & Apostolico culmine sublimato, sancti Petri Patrum Damaso Papæ, & summo omnium Præsulum Pontifici, Stephanus Archiepiscopus concilii Mauritanæ, & universi Episcopi de tribus conciliis Africanæ provincie. Notum vestræ facimus Beatitudini, quod quidam fratres in confinio nobis positi, quosdam fratres nostros, venerabiles videlicet Episcopos, vobis inconsultis a proprio deiiciunt gradu, vel deiicere moliantur, cum vestræ sedi Episcoporum judicia, & summorum finem ecclesiasticorum negotiorum in honore beatissimi Petri, Patrum decreta cunctam reservare sententiam, inquirendi reverentia de Dei rebus, quas omni cura, & sollicitudine observare debemus. Maxime vero iuste debent ab ipso Præsulum examinari vertice Apostolico, cujus verusta sollicitudo est, tam mala damnare, quam relevare laudanda.

9.9.3. c.12.

[Antiquis enim regulis sancitum est, ut quidquid horum, quamvis in remotis, vel in longinquo positus ageretur provinciis, non prius tractandum vel accipiendum sit, nisi ad notitiam almæ sedis vestræ fuisset deductum, ut ejus auctoritate, juxta quod fuisset pronuntiatum, firmaretur, &c. Deus ergo creator omnium conservet longævum Apostolatium vestrum ad stabilitatē ecclesiarum sanctarum, & orthodoxæ fidei, vosque Pastorem bonum, &c. *Stephanus, & alii ad Damasum, in princ. Athan. & alii ad Felic. II. in medio. Ivo part. 5. cap. 15. decr. Anselm. lib. 2. c. 52.*

CAPUT XI.

Cessa ab hujusmodi tua impia præcipitatione, non addas scandalum scandalo, & non eris causa perditionis magis simplicium hominum, ne præsidens noster Felix secundum canones sententiam dicat contra te, &c. *Justinian. Episcopus Sicilia ad Petrum Antiochen. Episcop. post medium, ante V. synod.*

CAPUT XII.

3.9.2. Audivimus. c. 4.

Sin autem adversus Episcopos aliquam quarrelam habueritis, &c. inquirendum erit, & auctoritate hujus sanctæ sedis terminandum. *Evar. epist. 2. in princ. Vid. Clem. epist. 1. Burch. lib. 1. c. 140. Ivo part. 5. cap. 254. decr. Anselm. lib. 3. cap. 82. Casar. lib. 5. cap. 53. Tarrac. lib. 2. cap. 38.*

CAPUT XIII.

8.9.5. c. 5. Quilibet, in med.

Ab hac sancta sede, a sanctis Apostolis tueri, defendi, & liberari Episcopi jussi sunt, ut sicut eorum dispositione, ordinante Domino, primitus sunt constituti, sic hujus sanctæ sedis, cujus dispositioni eorum causas, & judicia servaverunt protectione, futuris temporibus sint ab omnibus perversitatibus semper liberi, unde culpantur hi, qui aliter circa fratres egerint, quam hujus sedis rectoribus placere cognoverint. *Xyst. epist. 2. in medio.*

CAPUT XIV.

9.9.3. Si autem. 6.

Si Metropolitanus incorrigibilis, & comprom. V.

vincialibus inobediens apparuerit, ad hanc Apostolicam sedem, cui omnia Episcoporum judicia terminare præcepta sunt, ejus contumacia referatur, ut vindicta de eo fiat, & ceteri timorem habeant. Si autem propter nimiam longinquitatem, aut temporis incommoditatem, vel itineris asperitatem, grave ad hanc sedem ejus causam deferre fuerit, tunc ad ejus Primatem causa deferatur, & penes ipsum hujus sanctæ sedis auctoritate judicetur: similiter si aliquis Episcoporum suum Metropolitanum suspectum habuerit, apud Primatem diocesanos, aut apud hanc Apostolicam sedem audiatur. *Anicet. ep. 1. in princ. Burch. lib. 1. cap. 63. Ivo libro 4. tit. 4. cap. 1. panorm. & part. 5. cap. 54. decr. Anselm. lib. 2. cap. 21. in Rom.*

CAPUT XV.

De accusationibus clericorum, quia omnes eorum accusationes difficile est ad sedem Apostolicam deferre, finitiva * Episcoporum tantum judicia huc deferantur, ut hujus sanctæ sedis auctoritate finiantur, sicut ab Apostolis, eorumque successoribus multorum consensu Episcoporum jam definitum est, nec in eorum ecclesiis alii aut præponantur, aut ordinentur ante quam hic eorum iuste terminentur negotia. Quoniam [quamvis liceat apud provinciales, & Metropolitanos, atque Primates eorum ventilare accusationes, vel criminationes, non tamen licet definire secus, quam prædictum est, &c. *Eleuth. ep. 1. in princ. Vide Nicæn. 19. apud Julium. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 12. panorm. & part. 6. cap. 316. decr.*

* finitiva.

3.9.6. c. 7.

CAPUT XVI.

Decuerat, ut si aliquid egissent contra suum ordinem (loquitur de quibusdam Episcopis, qui damnati fuerant) mandare nobis, & expectare, quid ad vestra consulta rescriberemus, in tantum, ut si etiam quidquam grave, intolerandumque committerent, nostra præstolaretur censura, ut nihil prius, aut aliquid aliud decerneretis, quam quod nobis placere cognoveritis. *Xyst. II. epist. 2. ante fin. ad Episcopos Hispan.*

CAPUT XVII.

Ea vos judicare ad Apostolicam delatum est sedem, quæ præter nostram vobis definire non licet auctoritatem, Episcoporum causas. Unde ita constitutum liquet a tempore Apostolorum, & deinceps placuit, ut [accusatus, vel judicatus a provincialibus in aliqua causa Episcopus licenter appellet, & adeat Apostolicæ sedis Pontificem &c. *Victor ep. 1. in princ. Xyst. II. ep. 1. post med. Capitul. lib. 7. cap. 155. in addit. Burch. lib. 1. cap. 144. & 176. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 2. panorm. & part. 5. cap. 257. decr. Anselm. lib. 2. cap. 9. & 11. Casar. lib. 5. cap. 60.*

3.9.6. c. 5.

CAPUT XVIII.

In institutis legitur Apostolicis [„ Si quis putaverit se a proprio Metropolitano gravari, „ apud Patriarcham, vel Primatem diocesanos, „ aut penes universalis Apostolicæ Ecclesiæ judicetur sedem “. Nihil aliud est fratres talis præsumptio, nisi Apostolorum, suorumque successorum terminos transgredi, eorumque decreta violare. Culpantur enim, ut scriptum est, fratres,

2.9.6. c. 7. & 15.

tres, qui aliter circa Episcopos judicare præsumant, quam Apostolicæ sedis Papæ fieri placuerit. Et quis est, qui judicat eum, quem Dominus sibi, & huic sanctæ sedi reservari voluit judicandum? &c. *Victor ep. 1. in medio. Vid. Nic. 19. & 21. apud Julium epist. 2. cap. 4. & Xyst. II. epist. 1. post med. Hadr. cap. 6. ad Episcopum Mediom. Capitul. lib. 7. cap. 15. in addit. Burch. lib. 1. cap. 144. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 2. panorm. & part. 5. cap. 257. decr. Anselm. lib. 2. cap. 9. & 11.*

CAPUT XIX.

2. q. 2. c. 5. Patriarchæ, vel [Primates accusatum discutientes Episcopum, non ante sententiam profertant finitivam, quam Apostolica auctoritate, aut reum se ipsum confiteatur, aut per, &c. *LXXII. testes vincantur, &c. Finis vero ejus causæ ad sedem Apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur, nec antea finiatur, sicut ab Apostolis, vel successoribus eorum olim statutum est, quam ejus auctoritate fulciatur. Ad eam quoque ab omnibus maxime tamen ab oppressis appellandum est, & concurrendum quasi ad matrem, ut ejus uberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & a suis oppressionibus releventur, quia non potest, nec debet mater oblivisci filium suum. Judicia enim Episcoporum a sede Apostolica sunt terminanda. Zeph. epist. 1. post princ. Burch. lib. 1. cap. 154. & 157. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 11. panorm. & part. 5. cap. 245. & 267. decr. Anselm. lib. 2. cap. 6. & lib. 3. cap. 65. & 66. Cæsar. lib. 5. cap. 41. Tarrac. lib. 1. cap. 276. & lib. 2. cap. 52.*

CAPUT XX.

Si a fide devierit Episcopus, erit corrigendus prius secreta a subditis suis; quod si incorrigibilis, quod absit, apparuerit, tunc erit accusandus ad Primates suos, aut ad sedem Apostolicam. *Fabian. epist. 2. in fin.*

CAPUT XXI.

Nullus Episcopus, nisi in legitima synodo suo tempore Apostolica auctoritate convocata, super quibuslibet criminibus pulsatus audiatur, vel judicetur, quia, ut dictum est, Episcoporum judicia, & summarum causarum negotia, sive cuncta dubia, Apostolicæ sedis auctoritate sunt agenda, & finienda, & omnia comprovincialia negotia hujus sanctæ universalis, & Apostolicæ Ecclesiæ sunt retractanda judicio, si hujus Ecclesiæ Pontifex præceperit. Nec cui liceat, sine præjudicio Romanæ Ecclesiæ, cui in omnibus causis debetur reverentia custodiri, relictis his sacerdotibus, qui in eadem provincia Dei ecclesias nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias, vel aliarum provinciarum Episcoporum judicium experiri, vel pati, sed omnibus ejusdem provinciæ Episcopis congregatis, judicium auctoritate hujus sedis terminetur. Quod tamen, ut præfatum est, per ejus Vicarios, si libuerit, erit tractandum, & quidquid injuste actum est, reformandum. Pastoralis ergo cura officii nos admonet, destitutis succurrere, &c. *Marcellus epist. 1. in princ. & epist. 2. in med. Anselm. lib. 1. cap. 15. & lib. 2. cap. 7.*

CAPUT XXII.

Episcopos nolite judicare, nolite condemnare absque sedis hujus auctoritate; quod si feceritis, irrita erunt vestra judicia, & vos condemnabimini. Hoc enim privilegium huic sanctæ sedi a temporibus Apostolorum statutum est servare, quod illæsum manet usque in hodiernum diem. Episcopus ergo, quos sibi Dominus tamquam oculos elegit, & columnas Ecclesiæ esse voluit, quibus etiam ligandi, & solvendi dedit potestatem, suo judicio reservavit, hocque privilegium beato clavigero Petro sua vice solummodo commisit. Quod ejus juste prærogativum succrescit sedi futuris hæreditandum, atque tenendum temporibus, quoniam & inter beatos Apostolos fuit quædam discretio potestatis, & licet cunctorum par electio foret, beato tamen Petro concessum est, ut aliis præmineret, eorumque, quæ ad querelam venirent, causas, & interrogationes prudenter disponeret. Quod, Dei ordinatione, taliter ordinatum esse credimus, ne omnes in posterum cuncta sibi vindicarent, sed semper majores causæ, sicut sunt Episcoporum, & potiorum curæ negotiorum, ad unam beati Principis Apostolorum Petri sedem confluerent, ut inde suscipiant finem judiciorum, unde acceperunt initium institutionum, ne quandoque a suo discreparent capite. *Milriad. epist. 1. in princ. Burch. lib. 1. cap. 2. Ivo part. 5. cap. 46. decr.*

CAPUT XXIII.

Et nos scitote hunc typhum * deinceps non esse passuros, ut ea, quæ ad hanc specialiter sanctam pertinent sedem, sicut judicia Episcoporum, & majores Ecclesiæ causas vos patiamur nobis inconsultis invadere, absque vestri status periculo: sed si quis ab hodierna die, & deinceps Episcopum, præter hujus sanctæ sedis sententiam damnare, aut propria pellere sede præsumserit, sciat se irrecuperabiliter esse damnatum; & proprio carere perpetim honore, eosque, qui absque hujus sedis sunt ejecti sententia, vel damnati, hujus sanctæ sedis auctoritate scitote pristinam recipere communionem, & in propriis restitui sedibus, quoniam & prius, a tempore scilicet Apostolorum, hæc huic sedi sanctæ concessa sunt, & postea in memorata Nicæna synodo propter pravorum hominum infestationes, atque hæreticorum persecutiones, & insidiantium molimina fratrum, sunt concorditer ab omnibus corroborata, ut magis singuli provideant, ne talia audeant perpetrare, & caveant, si non propter Deum, & amorem fratrum, tamen propter opprobrium hominum, &c. Quam culpam nullo modo potuissetis incidere, si unde consecrationem honoris accipitis, inde legem totius observantiæ sumeretis, & beati Apostoli Petri sedes, quæ vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset ecclesiasticæ magistrationis. *Jul. epist. 1. ante fin. Anselm. lib. 2. c. 43.*

CAPUT XXIV.

Ecclesiasticam sequentes regulam, vos loquitur cum Episcopis Orientalibus Arianis & illos Athanasium, & alios, Romæ regulariter, ad judicium die statuta, non sub angusto temporis spatio, ut excusatio locum non inveniatur, litteris, & apo-

* typhum.

& apocrifariis evocavimus. Illique vocatione suscepta ad diem præstitutum venire, sed vos, ne vestris mendaciis caperemini, vestraque calumnia enudaretur, venire distulistis. *Jul. epist. 2. in princ.*

CAPUT XXV.

Miror vos tam audaces esse, & tam impudenter egisse, & terminos, ac jura beati Petri Apostolorum Principis invasisse. Sui enim juris erat, ut absque ejus sanctæ sedis auctoritate nullus deberet, aut concilia celebrare, aut Episcopos ad synodum convocare, vel damnare, &c. Quæ omnia vos temerare non timuistis. Quid ergo est aliud talis præsumptio, nisi quod Apostolorum eorumque successorum decreta transgredi non timuistis? &c. *Julius epist. 2. cap. 1. Anselm. lib. 2. cap. 46.*

CAPUT XXVI.

Quamquam comprovincialibus Episcopis una cum eorum Metropolitano suæ provinciæ, causas Episcoporum liceat concorditer agitare, non tamen, sicut in prædicta Nicæna te præsentate Athanasi constitutum est synodo, licet definire absque Romani Pontificis auctoritate. Quod si secus a quibusdam præsumptum fuerit, ipsi, qui hoc egerint, suæ præsumptionis suscipiant damnum, & illi, qui ab eis perperam excommunicati, aut damnati fuerint, auctoritate hujus sanctæ sedis, & beati præceptoris nostri clavigeri Petri potestate solvantur, atque restituantur; ipsi enim ait Dominus: *Quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in calis.* [Quotiens Episcopi se a suis comprovincialibus, vel a Metropolitano putaverint prægravari, aut eos suspectos habuerint, mox Romanam appellent sedem, ad quam eos absque ulla detentione, aut suarum rerum ablatione libere ire liceat, & dum prædictam Romanam matrem appellaverint Ecclesiam, aut ab ea se audiri exposcerint, nullus eos aut excommunicare, aut eorum sedes subripere, aut eorum res auferre, aut aliquam eis vim inferre præsumat, antequam eorum causa Romani Pontificis auctoritate finiatur. Quod si aliter a quoquam præsumptum fuerit, nihil erit, sed viribus carebit. Nam nec hoc perperam præsumimus, sed & ipsum in Nicæna synodo constitutum, & antecessores nostros egisse, bene Athanasi nostri, &c. His, & aliis quamplurimis documentis manifestum est, nullum damnari, aut suis spoliari rebus debere Episcopum, qui hanc sanctam sedem interpellaverit, aut sibi defensoricem adsciverit, donec judicium de eo nostræ Apostolicæ auctoritatis, hoc est, Principis Apostolorum Petri agnoscat. Quia solummodo Christus Jesus huic sanctæ sedi, id est Apostolicæ hoc facere commisit, utpote quoniam solus, atque præ omnibus præfatus Princeps Apostolorum creditus est, atque percipere meruit a Rege Regum Christo Deo claves regni cælorum. *Felix II. epist. 1. cap. 18. & 19. Anselm. libro 2. cap. 59. Tarrac. lib. 2. cap. 43.*

CAPUT XXVII.

Damasus servus servorum Dei, atque per gratiam ejus Episcopus sanctæ catholicæ Ecclesiæ urbis Romæ, Stephano Archiepiscopo concilii

Mauritaniæ, universis Episcopis Africanæ provinciæ, &c. Pro qua re oportet juxta vestram prudentem commonitionem, magis autem secundum Domini divinam præceptionem, nos qui supra domum ejus, hoc est, universalem Ecclesiam catholicam Episcopale suscepimus ministerium sollicitè vigilare, ut ne quid de sacris ejus muneribus, id est, Apostolicis viris, Apostolorumque successoribus, atque ministris quisquam, &c. nobis inconsultis damnari valeat. Scitis firmamentum adeo fixum, & immobile, atque titulum lucidissimum suorum sacerdotum, id est omnium Episcoporum Apostolicam sedem esse constitutam, & verticem ecclesiarum. *Tu es Petrus, ait Dominus & super firmamentum tuum Ecclesiæ columna, qui Episcopi intelliguntur, confirmatæ sunt, & tibi claves regni cælorum commisi, atque ligare, & solvere potestatem, quæ in cælis sunt, & quæ in terris promulgavi, &c.* [Discutere namque Episcopos, & summas ecclesiasticorum negotiorum causas Metropolitano una cum omnibus suis comprovincialibus, ita ut nemo ex eis desit, & omnes in singulorum concordent negotiis, licet, sed definire eorum, atque ecclesiasticarum summas querelas causarum, vel damnare Episcopos, absque hujus sanctæ sedis auctoritate, minime licet: quam omnes appellare, si necesse fuerit, & ejus fulciri auxilio oportet. *Damas. ep. 3. in princ. Burch. lib. 1. c. 179. Ivo part. c. 295. decr. Anselm. lib. 2. c. 60. Tarrac. lib. 2. c. 45.*

CAPUT XXVIII.

Quæ illicite contra præfixos fratres (loquitur de quibusdam Episcopis) egerunt, cito corrigant, & quos nobis inconsultis læterunt, nobis inconsultis plena satisfactione sanent, & cito sibi eos reconcilient, si noluerint Apostolicæ sedis suscipere censuram. Nam si quid fortasse in eis, aut contra eos emerferat, nostrum fuerat expectandum examen, ut nostra, ut semper huic fuit sedi concessum privilegium, aut condemnarentur auctoritate, aut fulcirentur auxilio. Neque enim suo prohibitu nostra debuerant jura pervadere, absque Apostolicæ sedis dispositione mandante. A talibus deinceps omnes se abstineant sacerdotes, qui noluerint ab Apostolicæ Petræ, super quam Christus, ut prædictum est, universalem construxit Ecclesiam, cui Episcoporum summa judicia, atque majorum causarum reservatæ sunt, atque solidatæ, censura, ac sacerdotali honori secludi. *Damas. ep. 3. c. 7. themate ultimo.*

CAPUT XXIX.

Quidquid vestra caritas de causa *Maximi Episcopi* duxerit decernendum, cum ad nos relatum fuerit, nostra, ut condecet, necesse est auctoritate firmetur. *Bonif. ep. 2. in fin. Burch. lib. 1. c. 161. Ivo part. 5. c. 271. decr.*

CAPUT XXX.

Ad Ecclesiam Romanam summa Episcoporum negotia, & judicia, quasi ad caput semper referenda sunt. *Vigil. ep. unic. cap. 7. Anselm. lib. 2. cap. 18.*

CAPUT XXXI.

Oportebat tuam fraternitatem (loquitur cum

Mat. 16. s. 2. q. 6. c. 16.

Mat. 16. s.

3. q. 6. c. 6.

2. q. 6. c. 12. Qui se scit.

Paulo Archiepiscopo Cretensi) secundum canonum vigorem, tempore, quo se petiit *Joannes Episcopus Lampeon* ad nos venire, cum absolvere tuis litteris, quem non solum noluisti canonice absolvere ad Principis Apostolorum limina, sed magis respondisti ei indecenter, inquires: *Quia non competenter quæris*. Quæ ergo sancti sanxerunt Patres indecentia sunt? an placencia tibi decentia sunt? *Vitalian. ep. 1. in med.*

CAPUT XXXII.

Si adversus provinciæ Metropolitanum Episcopus, vel clericus habuerit querelam, petat primatem dioceseos, & apud ipsum judicetur, aut apud sedem Apostolicam. *Hadr. ad Episc. Mediom. c. 26. Capitul. lib. 7. cap. 321.*

CAPUT XXXIII.

Dist. 12. c. 2. Præceptis. Nulli dubium sit, quod non solum Pontificalis accusatio, sed omnis sanctæ religionis ratio ad sedem Apostolicam, quasi ad caput ecclesiarum debeat referri. *Gregor. IV. Episcopis per Galliam, & Germaniam. Ans. lib. 1. c. 20.*

CAPUT XXXIV.

29. q. c. 4. Nullum, in fin. Si is, quem damnandum est dixerint homines, fuerit Episcopus, qui suam causam in præsentia Romanæ sedis Episcopi petierit, nullus per illum finitivam dare sententiam præsumat. *Leo IV. ep. ad Episc. Britann.*

CAPUT XXXV.

Ceterum, ut calamum ad Constantinopolitanos Præsules specialiter ostendamus, aut nunquam omnino, aut certe vix eorum aliquis, sine consensu Romani Pontificis reperitur ejectus, qui tamen hætenus inter depositos annumeretur, & non ab hæreticis, vel tyrannis pulsus, aut interemptus commemoretur. Denique, ut ex his paucos commemoremus nonne Maximus, postquam multum a Damaso Papa laboratum est, Constantinopoli pulsus est? Nonne Nestorius? Nonne Acacius? Nonne Anthimus, Sergius, Pyrrus, Paulus, Petrus, sedis Apostolicæ discurrentibus consultationibus ac decretis ejecti sunt? *Nicol. ep. ad Mich. Imp. paulo ante med.*

CAPUT XXXVI.

Quoniam de persona Ignatii, atque Photii nihil discretius, atque mitius, nec non & salubrius arbitramur, ut uterque Romam ad renovandum examen veniat, hoc magnopere volumus, & ut vos annuatis, salubriter admonemus, &c. Porro ne dicatis, præter Ecclesiæ legem, Ignatium, vel Photium Romam venire sanxisse, scitote, nos antiqui Patris, & prædecessoris nostri Julii in hoc secutos esse exemplum. Qui juxta quod in epistola sua reperitur, his, qui convenerant Antiochiæ, hoc præcipisse dignoscitur, & Theodoritus historiographus in his hoc ipsum verbis ostendit: „ Verum, inquires, Eusebius, ejusque confortes, calumnias in Athanasium factas Julio Romano Pontifici destinaverunt, qui ecclesiasticam sequens regulam, etiam ipsos Romam venire præcepit, & venerab. Athanasium ad judicium regulariter evocavit. Ille continuo vocatione suscepta venit. Quod si ad hoc dicitis. Ille quidē vocavit, sed ipsi venire contempserunt: audite sequentia, & videbitis, utrum in laudem

an in vituperium, ista sit illis putata contemptio. Subjunct enim idem historiographus, dicens: „ Calumniarum vero farcinatores Romam quidem profecti non sunt, scientes, facile suum „ posse capi mendacium“. *Nicol. ep. ad Mich. Imp. ante fin.*

CAPUT XXXVII.

Photium, qui licet sit a decessore meo, & a nobis pro criminibus ante patris jure damnatus, & anathematizatus, nunc tamen, quia recentioribus excessibus priores iniquitates transcendit, & ponens in cælum os suum, adversus veneranda sedis Apostolicæ privilegia nova temeritate prorupit, cui resistere minime formidavit: Apostolicæ auctoritatis censura iterato damnatus, & anathematis nexibus innodamus. Si tamen viva voce, ac propria Apostolicæ sedi in omnibus obedire sponderit, & profanum conciliabulum a se CP. celebratum damnaverit, laicæ communionis gratiam non negamus. *Hadr. II. relatus in VIII. syn. CP. act. 7. ante finem.*

CAPUT XXXVIII.

Quod solus Romanus Pontifex possit deponere Episcopos, vel reconciliare. *Greg. VII. lib. 2. registr. in dictato.*

CAPUT XXXIX.

Quod Romani Pontificis præcepto, & licentia, subjectos* liceat accusare. *Idem ibidem.*

CAPUT XL.

Sub Simplicii Episcopatu venit relatio de Græcia ab Acacio CP. Episcopo, & affirmavit Petrum Alexandriæ urbis Euthychianismam hæreticum; facta petitione ab Acacio Episcopo chirographo constructa. Eodem tempore fuit Ecclesia, hoc est prima sedes Apostolica executrix. Tunc Simplicius damnavit Petrum Alexandrinum, &c. *Ex Pontif.*

CAPUT XLI.

Gelasius fecit synodum, & misit per tractum Orientis, & iterum damnavit in perpetuum Acacium, & Petrum si non pœnitentes sub satisfactione libelli postularent pœnitentiam, secundum humanitatem primæ sedis Ecclesiæ. *Ex Pontif.*

CAPUT XLII.

Non modicum detrimentum est ex his, quæ gesta sunt, ut fides, &c. perturbata sit ad arbitrium unius hominis, qui in synodo Ephesinæ civitatis odium, & contentiones potius exercuisse narratur, militum præsentia, & metu impetens CP. civitatis Episcopum Flavianum, eo quod libellum ad Apostolicam sedem miserit, & ad omnes Episcopos harum partium, per eos, qui directi fuerunt in concilio a Reverendissimo Episcopo Romæ, qui secundum definitiones Nicæni concilii consueti sunt interesse. *Galla Placidia ad Theodos. filium ante Chalced. concil. post princ.*

TITULUS XV.

AD PONT. MAX. APPELLATUR.

AB OMNIBUS.

CAPUT I.

UT [omnes Episcopi, qui in quibusdam gravioribus pulsantur, vel criminantur causis, quo-

* Subjectis.

2. q. 6. c. 5.

quo-

quotiens necesse fuerit, libere Apostolicam appellent sedem, atque ad eam quasi ad matrem confugiant, ut ab ea, sicut semper fuit, pie fulciantur, defendantur, & liberentur, cujus dispositioni omnes majores ecclesiasticas causas, & Episcoporum judicia antiqua Apostolorum, eorumque successorum, atque canonum auctoritas reservavit, &c. *Nicæn. XVIII. apud Julium in ep. 2. contra Orient. cap. 2. Capitul. lib. 7. c. 156. in addit. Burch. lib. 1. cap. 144. Ivo part. 5. cap. 257. decret. & lib. 4. tit. 12. cap. 2. pan.*

CAPUT II.

1. 9. 6. c. 5. Quoniam culpantur Episcopi, qui aliter erga fratres egerint, quam ejusdem sedis Papæ fieri placuerit, placuit, ut [accusatus, vel judicatus a comprovincialibus in aliqua causa Episcopus, licenter appellet, & adeat Apostolicæ sedis Pontificem, qui aut per se, aut per Vicarios suos ejus retractari negotium procuret, & dum iterato judicio Pontifex causam suam agit, nullus alius in ejus loco ponatur, aut ordinetur Episcopus. Quoniam, quamquam a comprovincialibus Episcopis accusati, causam Pontificis scrutari liceat, non tamen definiri inconsulto Romano Pontifice permissum est, cum Beato Petro Apostolo, & non ab alio, quam ab ipso dictum sit Domino:

Matth. 16. c. Quæcumque ligaveris, &c. Nicæn. XIX. apud Julium ep. 2. c. 3. Capitul. lib. 7. cap. 155. & 156. in addit. Burch. lib. 1. c. 144. & 176. Ivo lib. 4. tit. 12. c. 2. pan. & part. 5. c. 257. decret. Anselm. lib. 2. c. 11. & 75. & 81. Casar. lib. 5. cap. 60.

CAPUT III.

2. 9. 6. c. 7. Si quis putaverit, se a proprio Metropolitanò gravari, apud Primatem dioceseos, aut penes universalis Apostolicæ Ecclesiæ Papam judicetur. *Nicæn. XXI. apud Julium, epist. 2. cap. 4. Victor epist. 1. in medio. Xyst. II. epist. 1. ante fin. Hadr. cap. 6. ad Episcopum Mediom. Capit. lib. 7. cap. 151. in addit. Burch. lib. 1. cap. 144. Ivo part. 5. c. 257. decret. & lib. 4. tit. 12. c. 2. in fine, Panorm. Anselm. lib. 2. c. 9. & 11.*

CAPUT IV.

Placuit, ut si accusatus, vel damnatus Episcopus appellaverit Romanum Pontificem, id statuendum est, quod ipse juste censuerit. *Nicæn. XXI. apud Jul. epist. 2. cap. 10. Fabian. epist. 3. post princ. Burch. lib. 1. c. 144. Ivo part. 5. c. 257. decret.*

CAPUT V.

2. 9. 6. Si quis Episc. cap. 35. Placuit, ut si Episcopus accusatus fuerit, & judicaverint congregati Episcopi provinciæ illius, & de gradu suo dejecerint eum, & appellare Episcopo placuerit, & confugere ad beatissimum Episcopum Romanum, & voluerit audiri, & justum putaverit, ut renovetur examen; scribere his Episcopis dignetur, qui in finitima provincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod si is, qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua moverit Episcopum Romanum, ut e latere suo presbyterum mittat, erit in potestate Episcopi Romani quid velit, & quid existimet suscipiendum, & si decreverit mittendos esse, qui præsentibus cum

Episcopis judicent, habentes auctoritatem ejus, a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit sufficere Episcopos, ut negotio terminum imponant, faciat, quod sapientissimo consilio suo judicaverit. *Nicæn. synod. apud Zosim in commonitorio, refertur in concilio Carthag. VI. cap. 3. L. & ante canones Carthag. Græcos, & in epistola Carth. cap. 135. G. concilii Carthag. VI. ad Bonifacium. L. Vide eadem verba Sard. cap. 5. G. 7. L. Ennod. pro Symmac. Nicol. epist. 2. non edita ad Episcopos apud Convicin. Ivo part. 5. cap. 27. decret. Anselm. lib. 2. cap. 57.*

CAPUT VI.

Si quis Episcopus deponatur judicio Episcoporum comprovincialium, & dicat rursus sibi defensionem competere in urbe Roma, L. non ante post appellationem, L. in sedem ejus alter constituatur, quam Romanus Episcopus cognoscendus definierit. *Sard. IV. G. 5. L.*

CAPUT VII.

Similiter a supradictis Patribus est definitum consonanter, ut si quisquam Episcoporum, aut Metropolitanum, aut comprovinciales, vel judices suspectos habuerit, vel vestram sanctam Romanam interpellet sedem, cui ab ipso Domino potestas ligandi, ac solvendi, speciali est privilegio super alios concessa. Ipsa enim firmamentum a Deo fixum, & immobile percepit, quoniam ipsam formam universorum titulorum lucidissimam Dominus Jesus Christus vestram Apostolicam constituit sedem, ipsa est enim sacer vertex, in quo omnes vertuntur, sustentantur, relevantur, &c. *Athan. & alii ad Felicem II. ante medium.*

CAPUT VIII.

Si quis Episcoporum judicio provinciali depositus fuerit, Romanum Papam, si placet, rursus appellet, & ipse, si videtur reparat judicia in opitulatione damnati. *Ennod. pro Symmac. post med. ex can. 5. concil. Sardin.*

CAPUT IX.

2. 9. 6. c. 3. Omnis oppressus libere sacerdotum, si voluerit, appellet judicium, & a nullo prohibeatur, sed ab his fulciatur, & liberetur, &c. Quod si difficiliore ortæ fuerint quæstiones, aut Episcoporum, vel majorum judicia, aut majores causæ fuerint, ad sedem Apostolicam, si appellatum fuerit, referantur. *Anacl. epist. 1. ante fin.*

CAPUT X.

2. 9. 6. c. 4. Si quis vestrum (Episcopi) pulsatus fuerit in aliqua adversitate, licenter hanc sanctam, & Apostolicam appellet sedem, & ad eam quasi ad caput suffugium habeat, ne innocens damnetur, aut ecclesia sua detrimentum patiatur. Si autem 8. 9. 5. Qui lib. cap. 1. ei necesse fuerit, eamque appellare minime ausus fuerit, & vocatus tamen ab hac sancta sede fuerit, non renuat venire, sed confestim, ut ei nuntiatum fuerit, venire festinet, & causas, pro quibus vocatus est, prudenter disponat, atque si necesse aliquid corrigere fuerit, cum his, quos hic primos invenerit, corrigat. Ad Ecclesiam tamen suam non prius revertatur, quam litteris Apostolicis, vel formatis pleniter instructus, atque

que purgatus sit, si fuerit unde, ut postquam domum reversus fuerit, cognoscant vicini sui, qualiter hic sua, aliorumque causa discussa fuerit, quatenus ea absque aliqua ambiguitate nuntiare, & prædicare omnibus possit. *Xyst. epist. 2. in med. Ivo part. 3. cap. 3. decret. Anselm. lib. 2. cap. 8. Caesar. lib. 5. c. 4. Tarr. lib. 1. c. 180.*

CAPUT XI.

3. 9. 6. c. 5. Ita constitutum liquet a tempore Apostolorum, & deinceps. Placuit ut [accusatus, vel judicatus, &c. ut XIX. Nicæn. apud Jul. Et alibi in institutis legitur Apostolicis. [Si quis putaverit se a proprio Metropolitano gravari, apud Patriarcham, vel Primatem dioeceseos, aut penes universalis Apostolicæ Ecclesiæ judicetur sedem, &c. *Victor epist. 1. Nicæn. XXI. apud Jul. Chal. cap. 9. Aquisgr. cap. 86. Hadr. cap. 6. ad Episcopum Mediom. Xystus II. epist. 1. Capitul. lib. 7. cap. 151. in addit. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 12. panorm. Anselm. lib. 2. cap. 9. C. 11. Caesar. lib. 9. cap. 6.*

CAPUT XII.

2. 9. 6. Ad Romanam. cap. 8. Ad sedem Apostolicam ab omnibus, maxime tamen ab oppressis, appellandum est, & concurrendum, quasi ad matrem, ut ejus uberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & a suis oppressibus releventur. *Zephyr. epist. 1. in med. Anselm. lib. 2. cap. 7. Tarrac. lib. 1. c. 276.*

CAPUT XIII.

Placuit, ut si Episcopus accusatus appellaverit Apostolicam sedem, id statuendum, quod ejusdem sedis Pontifex censuerit. *Fabian. epist. 3. post princ. Xystus III. epist. unic. cap. 5. Hadr. ad Episc. Mediom. c. 21. Capitul. lib. 7. c. 315. C. in additis c. 353.*

CAPUT XIV.

Nullus sacerdotum causam suam alieno committat iudicio, nisi ad sedem Apostolicam fuerit appellatum. *Cornel. epist. 2. ante finem. Ivo lib. 4. tit. 5. cap. 3. panorm.*

CAPUT XV.

3. 9. 6. Ultra. c. 4. C. 16. Nemi. nem. in fin. Omnis accusatio intra provinciam audiatur, & a comprovincialibus terminetur, nisi ad Apostolicam sedem fuerit tantum appellatum. *Steph. epist. 2. ante med. Vid. Hadr. cap. 10. in epist. ad Episc. Mediom. C. de Theod. lib. 9. tit. 1. const. 5. Capitul. lib. 7. cap. 143. in addit. C. lib. 6. cap. 287. Ivo lib. 4. tit. 5. cap. 4. panorm. C. epist. 29. ad Richerium Senon. Anselm. lib. 3. c. 74. Tarrac. lib. 2. c. 19.*

CAPUT XVI.

2. 9. 6. c. 5. In hac sancta sede dudum a multis Episcopis constitutum erat, & modo ad vestrum, & ceterorum fratrum auxilium est denuo roboratum: ut [omnes Episcopi, qui in quibusdam, &c. (ut Nicæn. XVIII. XIX. XXI. apud Julium) Xyst. II. epist. 1. in med.

CAPUT XVII.

2. 9. 6. c. 6. Ad Rom. Ad sedem Apostolicam omnes, quasi ad caput, juxta Apostolorum eorumque successorum, sanctiones, Episcopi, qui voluerint, vel quibus necesse fuerit, suffugere, eamque appellare debent, ut inde accipiant tuitionem, & liberationem, unde acceperunt informationem, atque con-

secrationem. Quod omnibus minime convenit denegare Episcopis, sed absque ulla custodia, aut excommunicatione, vel damnatione, vel spoliatione, libere ire concedatur. *Marcellus epist. 1. in princ. Anselm. lib. 2. cap. 7.*

CAPUT XVIII.

Nullum Episcopum, qui hanc appellaverit Apostolicam sedem damnare potestis, antequam hinc sententia definitiva procedat. Nam si sæculares in publicis judiciis, libellis utuntur appellatoriis, quanto magis sacerdotibus hæc eadem agere licet, qui super illos sunt? *Marcellus epist. 2. in med. Ivo part. 4. cap. 240. decret. Anselm. lib. 2. cap. 62.*

CAPUT XIX.

Si se viderit quisquam vestrum prægravari, hanc sedem appellet, huc recurrat, ut semper inflitata fuit consuetudo: quia ex voluntarie eis compatiemur, & libenter prout Dominus dederit, adminiculum feremus. Nec a quoquam, fratres, inhibeat, aut objurgetur, qui nostræ confors communionis esse voluerit, sed magis ei veniendi auxilium præstetur, quia sufficit unicuique objurgatio, quæ fit a plurimis. *Miltiad. epist. 1. in princ.*

CAPUT XX.

Similiter in jam facta synodo Nicæna) statutum est, ut [ultra provinciæ terminos accusandi licentia non progrediatur, nisi ad hanc Apostolicam sedem fuerit provocatum, ad quam omnes qui voluerint, libere, & absque ullo impedimento a quibusdam agendo confluere debent, &c. *Julius epist. 2. cap. 32. Hadr. cap. 10. ad Episcopum Mediom. Cod. Theod. lib. 9. tit. 1. const. 5. Capitul. lib. 6. c. 287. them. 7. Ivo lib. 4. tit. 5. cap. 4. panorm. C. epist. 29. ad Richerium Senonen. Ans. lib. 3. c. 74. Tarrac. lib. 2. c. 19.*

CAPUT XXI.

Quotiens Episcopi se a suis comprovincialibus vel a Metropolitano putaverint prægravari, aut eos suspectos habuerint, mox Romanam appellent sedem, ad quam eos absque ulla detentione aut suarum rerum ablatione libere ire liceat, & dum prædictam Romanam matrem appellaverint Ecclesiam, aut ab ea se audiri exposcerint, nullus eos aut excommunicare, aut eorum sedes subripere, aut eorum res auferre, aut aliquam eis vim inferre præsumat, antequam eorum causa Romani Pontificis auctoritate finiatur. Quod si aliter a quoquam præsumptum fuerit, nihil erit, sed viribus carebit. Nam nec hoc perperam præsumimus, sed & ipsum in Nicæna synodo constitutum est, &c. *Felix II. epist. 1. cap. 19. Ans. lib. 2. c. 59. Tarr. lib. 2. c. 43.*

CAPUT XXII.

His, & aliis quamplurimis documentis manifestum est, nullum damnari, aut suis spoliari rebus debere Episcopum, qui hanc sanctam sedem interpellaverit, aut sibi defensatricem adsciverit, donec iudicium de eo nostræ Apostolicæ auctoritatis, hoc est, Principis Apostolorum Petri agnoscat, &c. *Ibid.*

CAPUT XXIII.

Damnare Episcopos, absque hujus sanctæ sedis

3. 9. 6. Di-
scutere. c. 6.

dis auctoritate, minime licet: quam omnes appellare, si necesse fuerit, & ejus fulciri auxilio oportet. *Dam. epist. 3. in princ. Burch. lib. 1. c. 179. Ivo part. 5. c. 295. decret. Anselm. lib. 2. c. 64. Tarr. lib. 2. c. 45.*

CAPUT XXIV.

Omnes partium nostrarum ecclesiarum, omne mansuetudini vestrae cum gemitibus, & lacrymis supplicant sacerdotes; ut quia & nostri legati fideliter reclamarunt, loquitur de pseudosynodo Ephesina, & eidem libellum appellationis Flavianus Episcopus dedit, generalem synodum jubentis intra Italiam celebrari, quae omnes offensiones ita aut repellat, aut mitiget, ne aliquid ultra sit vel in fide dubium, vel in charitate divisum, &c. Quam aut post appellationem interpositam hoc necessarie postuletur, canonum Nicenae habitorum decreta testantur, quae a totius mundi sunt sacerdotibus constituta. *Leo ep. 23. ad Theod. Imp. circa finem.*

CAPUT XXV.

Causam Lupicini Episcopi illic jubemus audiri, cui multum, & saepius postulanti communionem hac ratione reddidimus; quoniam cum ad nostrum iudicium provocasset, immerito eum pendente negotio a communione videbamus fuisse suspensum. Adjectum etiam illud est, quod huic temere superordinatus esse cognoscitur, qui non debuit ordinari, antequam Lupicinus in praesenti positus, aut confutatus, aut certe confessus justae posset subjacere sententiae, ut vacantem locum, quemadmodum disciplina ecclesiastica exigit, is, qui consecratur, exciperet. *Leo ep. 85. ad Episcopos Afric. c. 2. Capitul. l. 7. c. 157. in additis.*

CAPUT XXVI.

Nobiscum vestra fraternitas recognoscat, Apostolicam sedem, pro sui reverentia, a vestrae etiam provinciae sacerdotibus innumeris relationibus esse consultam, & pro diversarum, quemadmodum vetus consuetudo posebat, appellatione causarum, aut retractata, aut confirmata fuisse iudicia. *Leo epist. 87. ad Episcopos Viennens. provinc. post princ.*

CAPUT XXVII.

Ipsi sunt canones, qui appellationes totius Ecclesiae ad hujus sedis, examen volvere deferrunt. Ab ipsa vero nusquam prorsus appellari debere sanxerunt, ac per hoc illam de tota Ecclesia iudicare ipsam ad nullius commere iudicium, &c. *Gelas. ep. 4. ad Faust. ante med. Nicol. in epist. ad Michael. Imp. Ivo part. 5. c. 9. decret. & in ep. 1. ad Richerium Senonen. Archiep. Anselm. lib. 2. cap. 56.*

CAPUT XXVIII.

Ad sedem Beati Petri de qualibet mundi parte canones appellare voluerunt, ab illa autem nemo sit appellare permissus. *Gelas. epist. 6. ad Episc. Dard. ante med.*

CAPUT XXIX.

Omniū appellantium Apostolicam sedem Episcoporum iudicia, & cunctarum majorum negotia causarum, eidem sanctae sedi Rom. reservata esse liquet. *Vigilius ep. unic. cap. 7. Ans. Luc. lib. 2. c. 18.*

CAPUT XXX.

Nullus audeat condemnare Apostolicam sedem appellantem. *Greg. VII. lib. 2. registr.*

TITULUS XVI.

PONTIFEX MAX. IMPERATORES, ET REGES POTEST EXCOMMUNICARE, ET PRIVARE DITIONE, ILLORUMQUE SUBDITOS FIDELITATIS SACRAMENTO SOLVERE.

CAPUT I.

Quod Romano Pontifici liceat Imperatores deponere. *Gregor. VII. lib. 1. registr. in dictato.*

CAPUT II.

Quod a fidelitate iniquorum possit Romanus Pontifex subjectos absolvere. *Greg. VII. lib. 2. registr. in dictato.*

CAPUT III.

Ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti, per tuam potestatem, & auctoritatem (cum Petro Apostolo loquitur.) Henrico Regi filio Henrici Imperatoris, qui contra tuam Ecclesiam, inaudita superbia insurrexit, totius regni gubernacula Teutonicor. & Italiae contradico, & omnes Christianos a vinculo juramenti, quod sibi fecerunt, vel facient, absolvo, & ut nullus ei sicut Regi serviat interdico, dignum est enim, ut qui studet honorem Ecclesiae tuae imminuere, ipsum honorem amittat, quem videtur habere, & quia sicut Christianus contempsit obedire, nec ad Deum rediit, quem dimisit, participando excommunicatis, & multas iniquitates faciendo, meaque monita, quae pro sua salute sibi misi, te teste spernendo, seque ab Ecclesia tua, tentans eam scindere, separando, vinculo anathematis eum vice tua alligo. *Gregor. VII. lib. 3. registr. post epist. 5.*

CAPUT IV.

Zacharias Papa Regem Francorum deposuit, & Francigenas a vinculo juramenti, quod sibi fecerant, absolvit. *Greg. VII. lib. 4. registr. ep. 2. post princ.*

CAPUT V.

Ad oppidum Canusii, in quo moratus sum cum paucis, advenit (Rex Henricus.) ibique per triduum ante portam castris deposito, omni regio culta, miserabiliter, utpote discalciatus, & laneis indutus persistens, non prius cum multo fletu Apostolicae miserationis auxilium, & consolationem implorare destitit, quam omnes, qui ibi aderant, ad pietatem, & compassionis misericordiam movit, denique instantia compunctionis ejus, & tanta hominum, qui aderant supplicatione devicti, tandem eum relaxato anathematis vinculo, in communionis gratiam, & sinum sanctae matris Ecclesiae accepimus. *Greg. VII. lib. 4. registr. ep. 12. in med.*

CAPUT VI.

Confidens de iudicio, & misericordia Dei ejusque piissime matris semper Virginis Mariae, sultus vestra auctoritate (cum Petro & Paulo Apostolis loquitur.) Henricum, quem Regem dicunt, omnesque fautores ejus, excommunicationi subiicio, & anathematis vinculis alligo, & iterum regnum

9. 7. 3. c. 16.

Vide 9. 9. 3. c. 17. & 18.

2. 9. 6. c. 12. Qui se.

gnum Teutonicorum, & Italiae ex parte omnipotentis Dei, & vestra; interdicens ei omnem potestatem, & dignitatē illi regiam tollo, & ut nullus Christianus ei sicut Regi obediat, interdico; omnesque qui juraverunt, vel jurabunt, de regni dominatione, & juramenti promissione absolvo. Ut Rodolphus regnum Teutonicorum regat, & defendat, quem Teutonici elegerunt sibi in Regem ad vestram fidelitatem, ex parte vestra dono, largior, & concedo, omnibus sibi fideliter adherentibus absolutionem omnium peccatorum, vestramque benedictionem in hac vita, & in futuro vestra fretus fiducia largior. *Gregor. VII. in conc. Rom. anni VII. in fine.*

CAPUT VII.

Anno ab incarnatione Domini millesimo octuagesimoprimo celebrata est synodus Romae, in qua Henricum, & omnes fautores ejus, qui in praeterita excommunicatione animum induraverant, iterum excommunicavit, & anathematizavit. *Greg. VII. in conc. Rom. ann. VIII.*

CAPUT VIII.

Beatus Gregorius Papa Reges a sua dignitate cadere statuit, qui Apostolicae sedis decreta violare praesumpserint, scribens ad quendam Senatorem Abbatem his verbis: „ Si quis Regum, „ sacerdotum, judicum, atque saecularium personarum hanc constitutionis nostrae paginam „ agnoscens, contra eam venire tentaverit, „ testatis honorisque sui dignitate careat“. *Gr. VII. lib. 8. registr. ep. 21. post princ. Gregor. I. lib. 11. ep. 10. in fin.*

CAPUT IX.

15. 9. 6. 2. 2.
Alius.

Zacharias, Regem Francorum, non tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo, quod tantae potestati non erat utilis, a regno deposuit, & Pipinum Caroli Magni Imperatoris patrem in ejus loco substituit, omnesque Francigenas a juramento fidelitatis quod illi fecerant, absolvit. *Greg. VII. lib. 8. registr. ep. 21. ad Herimannum Meren. Episc. ante med.*

CAPUT X.

Ab hac hora, & deinceps fidelis ero per rectam fidem Beato Petro Apostolo, ejusque Vicario Papae Gregorio, qui nunc in carne vivit, & quodcumque mihi ipse Papa praeeperit, suis videlicet verbis, per veram obedientiam fideliter, sicut oportet Christianum, observabo. De ordinatione vero ecclesiarum, & de terris, vel censu, quae Constantinus Imperator, vel Carolus sancto Petro dederunt, & de omnibus ecclesiis, vel praediis, quae Apostolicae sedi ab aliquibus viris, vel mulieribus aliquo tempore sunt oblata, vel concessa, & in mea sint, vel fuerint potestate, ita conveniam cum Papa, ut periculum sacrilegii, & perditionem animae meae non incurram, & Deo sanctoque Petro adjuvante Christo dignum honorem, & utilitatem impendam. *Apud Greg. VII. lib. 9. registr. post epist. 3. Juramentum Imperatoris.*

CAPUT XI.

Si dominus temporalis requisitus, & monitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab haeretica feditate, per Metropolitanum, & com-

provinciales Episcopos excommunicationis vinculo innodetur, & si satisfacere contempserit infra annum, significetur hoc Summo Pontifici, ut ex tunc ipse vasallos ab ejus fidelitate denuntiet absolutos, & terram exponat catholicis occupandam. *Inn. III. in conc. gen. Later. c. 3.*

TITULUS XVII.

DE DECRETIS, ET DECRETALIBUS PONTIFICUM MAXIMORUM.

CAPUT I.

Obedite praepositis vestris, & subjacete illis: ipsi enim pervigilant pro animabus vestris, tamquam rationem reddituri: Paulus magnus Apostolus praecipit. Itaque beatissimum Papam Nicolaum, tamquam organum sancti Spiritus habentes, nec non & sanctum Hadrianum Papam successorem ejus definimus, atque sancimus, ut ea omnia, quae ab eis synodice per diversa tempora exposita sunt, & promulgata editis causis, tam pro defensione, ac statu CP. Ecclesiae, & summi sacerdotis ejus, Ignatii videlicet sanctissimi Patriarchae, quam etiam pro Photii neophiti, & invaloris expulsionem, & condemnationem servari semper, & custodiri immutata pariter, & illaesa, & nullum Episcoporum, aut Archipresbyterorum, vel diaconorum, aut quempiam de catalogo clericorum evertere, & reprobare aliquid horum audere. Quisquis autem post hanc definitionem nostram comprehensus fuerit, spernes quidquam capitulorum, & decretorum, quae ab illis exposita sunt, siquidem sacerdos fuerit, aut clericus, a proprio decidat honore simul, & ordine, monachus autem, vel laicus, cujuscumque sit dignitatis, segregetur, donec poenitentes profiteatur se conservaturum praedictorum editionem. *Syn. VIII. c. 2. sub Hadr. II.*

CAPUT II.

Qualiter, & quando debeat Praelatus procedere ad inquirendum, & puniendum subditorum excessus, ex auctoritatibus novi, & veteris Testamenti colligitur evidenter, ex quibus postea processerunt canonicae sanctiones, sicut olim aperte distinximus, & nunc sacri approbatione concilii confirmamus. *Innoc. III. in concil. gen. Lat. c. 8.*

CAPUT III.

Item epistolam Leonis Papae ad Flavianum CP. Episcopum destinatam, cujus textum quispian si usque ad unum jota disputaverit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit. Item opuscula, atque tractatus omnium orthodoxorum Patrum, qui in nullo a sanctae Ecclesiae Romanae consortio deviarunt, nec ab ejus fide, vel praedicatione se juncti sunt, sed ipsius communionis per gratiam Dei, usque in ultimum diem vitae suae fuere participes, legendos discernimus. Item decretales epistolas, quas beatissimi Papae pro diversis temporibus ab urbe Romana pro diversorum Patrum consolatione dederunt, venerabiliter recipiendas. *Gelas. & LXX. in syn. Nicol. ad Episcopos Galliae. Burch. lib. 3. c. 220. Ivo lib. 2. tit. 11. c. 3. panorm. & part. 4. c. 64. & part. 5. c. 33. decr. Ans. lib. 6. c. 193. Caesar. lib. 1. c. 48.*

De accus. 24.
Greg. IX. &
c. 4. eod. tit.
in 4. collect.

Dist. 15.
Sancta. c. 3.
§. Item.

Dist. 19. c. 1.
§. Consonat.

De heret. c.
13. Gr. IX.
cap. 2. eod.
tit. in 4. col-
lect.

CA.

CAPUT IV.

Ego pro lege Dei, pro paternis conservandis canonibus, pro veneratione Apostolorum, pro privilegiis defendendis sedis Apostolorum, proque sanctæ mentionis decessoris mei Papæ Nicolai prædicanda memoria, & sequentibus actibus, atque celebrandis definitionibus, non solum rara incommoda perpeti, verum etiam more sanctorum prædecessorum meorum Pontificum in promptu habeo, si necesse sit, mortis sustinere discrimen. *Hadr. II. in syn. Rom. allocutione prima post med. lect. apud syn. VIII. CP. act. 7.*

CAPUT V.

Vos hæc, & alia sanctorum Patrum statuta fideliter, & Christiana reverentia observate, si vultis de sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Apostolicæ sedis pace, & communionem, atque benedictione gaudere. *Nicol. II. in conc. Rom. CXIII. Episcoporum.*

CAPUT VI.

Amplector omnem divinam scripturam, scilicet veteris, & novi Testamenti, & decreta sanctorum Patrum Romanorum Pontificum, & præcipue decreta domini mei Gregorii, & beatæ memoriæ Papæ Urbani. Quæ ipsi laudaverunt, laudo, quæ ipsi tenuerunt, teneo, quæ confirmaverunt, confirmo, quæ damnaverunt, damno, quæ repulerunt, repello, quæ interdixerunt, interdico, quæ prohibuerunt, prohibeo, in omnibus, & per omnia, & in his semper perseverabo. *Paschalis II. in Syn. Lateran.*

CAPUT VII.

Quis sacerdotum contra decreta talia, quæ a sede Apostolica processerunt, agere præsumat? vel quis, quod pejus est, contra sententiam, quam vas electionis Paulus Apostolus, Spiritu sancto ministrante, promulgavit, aliud conscribere ulla ratione præsumat? Cum dicat ipse per Spiritum sanctum: „ Qui prædicaverit præter id „ quod prædicavi, anathema sit “: & quorum auctoritas valere possit, nisi quos sedes Apostolica semper aut intromisit, aut apocryphos fecit? *Turon. II. cap. 21.*

CAPUT VIII.

Permaneant in suo vigore conciliorum omnium constituta, simul & synodica sanctorum Præfulum Romanorum epistolæ. *Tolet. III. c. 1.*

CAPUT IX.

Quid a nobis sacramenti baptismi diversitate faciendum sit, Apostolicæ sedis informemur præceptis, non nostram, sed paternam institutionem sequentes. *Tolet. IV. cap. 5.*

CAPUT X.

Nos pari tenore, & reverentia traditiones sanctorum Apostolorum, seu Reverendissimorum Patrum, qui in supradictis conciliis adfuerunt, omni cum veneratione suscipimus, amplectitur, defendimus, prædicamus, præcipue sanctæ memoriæ Leonis Apostolicæ sedis Præfulis dicta. *Mansuetus Episcopus, & syn. Mediolan. ep. ad Constantinum VI. Imperatorem.*

CAPUT XI.

De veneratione, quæ debetur Pontifici Maximo, & ipsius decretis, vide multa apud synodum *Tom. V.*

habitam in monasterio D. Medardi Sueffion. in causa Hincmari.

CAPUT XII.

Hæc præcepta nemo credat absque sui periculo negligere, vel dissimulare, quia in iudicio Dei ignis æterni tormenta sustinebit, qui ecclesiastica decreta neglexerit. *Clemens epist. 1. in fine.*

CAPUT XIII.

State fratres, & tenete traditiones Apostolorum, & Apostolicæ sedis, &c. *Anter. ep. 1. in fine.*

CAPUT XIV.

Ipsæ Deus te, tuosque, & divina, & Apostolicæ sedis instituta illibata servare, & nos, atque omnes fideles ad potiora semper conscendere concedat, &c. Hæc illis partibus, quibus moraris, & in omnibus quibus potueris, cunctis nota facito, & observare Apostolica mandato auctoritate, quia & nostri, nobisque commissi, in sancta, Apostolica, & universali Ecclesia, omnes hæc observare, nunc, & futuris temporibus professi sunt. *Steph. epist. 1. in fin.*

CAPUT XV.

„ Nolite errare fratres, doctrinis variis, & extraneis nolite abduci “. En instituta Apostolorum, & Apostolicorum virorum, canonesque habetis, his fruimini, his circumdamini, his delectamini, his armamini, &c. Satis indignum est, quemquam, vel Pontificum, vel ordinum subsequendum, hanc regulam refutare, quam beati Petri sedem, & sequi videat, & docere. *Jul. ep. 1. in fin. Gelas. ep. 1. c. 11. Ans. lib. 1. c. 8. & lib. 5. cap. 4.*

CAPUT XVI.

Divinis, & Apostolicis constitutionibus pareatis, & in nullo patiamini providentissima canonum decreta violari, quatenus & Nicænorum canonum constituta, & quæ a nobis, vel a prædecessoribus nostris sunt provide, & salubriter decreta, intemerata permaneant in futuro. *Liber. epist. 2. in fin. ad omnes Episcopos.*

CAPUT XVII.

Omnia hæc decretalia, & cunctorum decessorum nostrorum constituta, quæ de ecclesiasticis ordinibus, & canonum promulgata sunt disciplinis, ita a vobis, & omnibus Episcopis, ac cunctis generaliter sacerdotibus custodiri debere mandamus, ut si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegari. *Damas. epist. 4. in fin. Numidiæ Episcopis. Anselm. lib. 4. cap. 47.*

CAPUT XVIII.

Scripta Sanctitatis tuæ debita veneratione suscepimus, in quibus sitire venerationem, ac prudentiam tuam Apostolica instituta cognovimus. Qua de re quædam ex his, quæ petisti, misimus, & quædam adhuc cum iterum miseris, mittere cupimus. Nullum tamen a beati Petri Principis Apostolorum sine, prædecessorum nostrorum prætermisimus, de quorum statutis aliquid tibi per Ammonium presbyterum, & Felicem diaconum sub certis signaculis non mitteremus. Quæ te & custodire optamus, & aliis prædicanda, ac publicanda mandamus, ut ab omnibus inviolate debita veneratione custodiantur, & inviolate servantur, atque ab omnibus futuris temporibus diligenter

Dist. 11. c. 3.

Hebr. 14. d

De consecr. d. 1. c. 5. Basilicas.

25. q. 1. cap. 12.

ligenter venerentur, quia violatores voluntarii canonum graviter a sanctis Patribus judicantur, &c. His itaque rite deliberatis*, & ad ecclesiarum vestrarum notitiam nostra deliberatione perlatis, parere vos eorundem sanctorum canonum regulis convenit, &c. *Damas. ad Aurel. ante concilia.*

CAPUT XIX.

Ad singulas causas, de quibus per filium nostrum Basianum presb. ad ecclesiam Romanam, utpote ad caput tui corporis retulisti, sufficientia, quantum opinor, responsa reddidimus. Nunc fraternitatis tuæ animum ad servandos canones, & tenenda decretalia constituta, magis, ac magis incitamus, &c. & quamquam statuta sedis Apostolicæ, vel canonum venerabilia definita, sacerdotum nulli Domini ignorare sit liberum, utilius tamen esse poterit, si ea, quæ ad te specialiter nomine generaliter scripta sunt, per unanimi- tatis tuæ sollicitudinem in universorum fratrum nostrorum notitiam perferantur. *Syric. epist. 1. in fin.*

CAPUT XX.

Antiquæ traditionis exempla servantes, & ecclesiasticæ memores disciplinæ, nostræ religionis vigorem, non minus nunc in consulendo, quam antea cum pronuntiaretis veneratione firmatis, qui ad nostrum referendum approbatis esse judicium, scientes, quid Apostolicæ sedi, cum omnes hoc loco positi ipsum sequi desideremus Apostolum, debeatur, a quo ipse Episcopatus, & tota auctoritas hujus nominis emerit. Quem sequentes, tam mala jam damnare novimus, quam probare laudanda, vel id, velut quod vera Patrum instituta sacerdotali officio custodientes, non censeatis esse calcanda, quod illi non humana, sed divina decrevere sententia, ut quidquid, quamvis de disjunctis remotisque provinciis cogere- tur, non prius ducerent finiendum, nisi ad ejus sedis notitiam perveniret, ut tota hujus auctori- tate, justa quæ fuerit pronuntiatio, firmaretur, indeque sumerent ceteræ ecclesiæ, velut de nata- li suo fonte, aquæ cunctæ procederent, & per diversas totius mundi regiones, puri capitis in- corruptæ manarent, quid præcipere, quos ablue- re, quos veluti in cœno inmundabili sordidatos, mundis digna corporibus, unda vitaret, &c. *In- noc. ep. 24. in princ. vel 25. ad concil. Cartha- ginens.*

CAPUT XXI.

Quæ a nobis res digna servabitur, si decretali- um norma constitutorum pro aliquorum libitu, licentia populis permiffa, frangatur? *Cælest. ep. 3. in princ. Burch. lib. 2. cap. 160. Ivo part. 6. cap. 251. decr. Tarrac. lib. 3. cap. 2.*

CAPUT XXII.

Omnia decretalia constituta, tam beatæ recor- dationis Innocentii, quam omnium prædecesso- rum nostrorum, quæ de ecclesiasticis ordinibus, & canonum ordinata sunt disciplinis, ita vestram dilectionem custodire debere mandamus, ut si quis illa contempserit, veniam sibi deinceps no- verit denegari. *Leo ep. 1. in fin. Episcopis Cam- pania. Damas. ep. 4. in fin. Nicol. ad Episcopos*

Gallia. Ivo part. 5. cap. 33. decr. Anselm. lib. 4. cap. 47. Casar. lib. 1. cap. 32. Tarrac. lib. 3. c. 6.

CAPUT XXIII.

Adjuvante gratia Dei facilius poterit provide- ri, ut in ecclesiis Christi nulla scandala, nulli na- scantur errores, cum coram beatissimo Apostolo Petro id semper in commune tractatum fuerit, ut omnia instituta, canonumque decreta apud omnes Domini sacerdotes inviolata permaneant. *Leo epist. 4. ad Episcop. Sicil. cap. 7.*

CAPUT XXIV.

Supereff, ut concordia obedientia salubres sus- cipiatis hortatus, & nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium devotionis unani- mes, divinis, & Apostolicis constitutionibus pa- reatis, & in nullo patiamini pia canonum decre- ta violari. *Leo epist. 85. cap. 2. ad Episc. African.*

CAPUT XXV.

Necessaria rerum dispositione constringimur, & Apostolicæ sedis moderamine convenimur, sic canonum paternorum decreta librare, & retro Præfulum, decessorumque nostrorum præcepta metiri, ut, quæ præsentium necessitas temporum restaurandis ecclesiis relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri, temperemus. *Gelas. epist. 1. cap. 1. Hadr. II. in ep. ad Imp. Basilium post princ. lecta in VIII. synod. CP. act. 1. Ivo part. 3. cap. 151. decr. An- selm. lib. 5. cap. 83. Casar. lib. 2. cap. 53.*

CAPUT XXVI.

Ne clericorum quisquam se hujus offensæ fu- turum confidat immunem, si his, quæ salubriter sequenda deprompsimus, sive Episcopum, sive presbyterum, sive diaconum viderit excedentem, non protinus ad aures nostras deferre curaverit, probationibus dumtaxat competenter exhibitis, ut transgressoris ultio fiat, & ceteris interdictio delinquendi. Sui vero modis omnibus erit unus- quisque Pontificum ordinis, & honoris elisor, si cuiquam clericorum, vel Ecclesiæ totius auditui hæc putaverit supprimenda. *Gelas. epist. 1. cap. 30. Anselm. lib. 7. cap. 154.*

CAPUT XXVII.

Illud peculiarius pro amore imperii vestri, & beatitudine, quæ consequi poterit regnum, pro Apostolica officio prædicamus, ut sicut decet, & Spiritus sanctus dicat, monitis nostris obe- dientia præbeatur, ut bona omnia vestram rem- publicam consequantur. *Anast. II. ad Anastas. Imp. epist. 1. cap. 6.*

CAPUT XXVIII.

Transgredi Apostolica statuta absque trans- gressoris gradus periculo nullatenus possunt. *Jo. epist. 1. post med.*

CAPUT XXIX.

Congruum nobis visum est, litteris sedis Apo- stolicæ vos monere præcepta divina, & Aposto- licæ sedis instituta viriliter peragere, & prohibi- ta non tangere, &c. *Joann. III. ep. 1. in princ.*

CAPUT XXX.

Præcepta Domini, atque sanctæ sedis Aposto- licæ, quæ vice Domini Salvatoris legatione fun- gitur, monita fideliter amplectenda, & peragen- da. *Pelag. II. epist. 1. ante finem.*

CA-

* delibera- tis, f.

1. q. 7. c. 6. Necessaria.

2. q. 7. Qua propter. c. 47.

Dist. 38. Nulli. c. 4.

Dist. 19. c. 1. §. Quibus. 25. q. 1. cap. 12.

CAPUT XXXI.

Hæc nos ita tenere cupimus, vobisque tenere ac docere mandamus, ut ea, quæ a sanctis Patribus ante nos sunt statuta, non proterve irrumpere, sed fideliter servare optemus. *Greg. ad Felic. Sicilia Episc. c. 3. lib. 12. reg. epist. 37. al. 31.*

CAPUT XXXII.

25. 9. 2. c. 4. Si eam destruerem, quæ antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed everfor esse juste comprobaret, omne enim regnum, &c. *Gregor. epist. 7. ad Felic. cap. 1. quæ est lib. 12. registr. epist. 31.*

CAPUT XXXIII.

Hoc sanctitatem tuam firmissime, ut teneas, hortamur, ut sanctorum Patrum institutis, & consultis sacrorum canonum omnimodo obsequi debeas, quia nos nullatenus aliud prædicamus, & aliud agimus. *Zachar. epist. 4. in med.*

CAPUT XXXIV.

Ab sit hoc, ut prædecessor noster ita præciperet. Nec enim ab Apostolica sede illa diriguntur, quæ contraria esse Patrum, sive canonum institutis perhibentur. *Zachar. epist. 6. post med. Vide Bonif. Episc. ad Zachar. ante fin.*

CAPUT XXXV.

Dist. 19. c. 5. Nulli fas est, vel velle, vel posse transgredi Apostolicæ sedis præcepta, &c. *Greg. IV. ad Episcopos Gallia, & Germ. incip. Divinis. Ivo part. 5. cap. 11. & 349. decret. Anselm lib. 2. cap. 19. Cesar. lib. 2. cap. 41. Tarrac. lib. 1. cap. 288.*

TITULUS XVIII.

DE PÆNIS, QUIBUS AFFICIUNTUR II, QUI PONTIFICI MAX. INJURIAM FACIUNT, AUT EJUS PRÆCEPTA CONTEMNUNT, AUT FACULTATES EJUS, AUT ECCLESIAE ROMANÆ SURRIPIUNT.

CAPUT I.

Anathemati submisit (*Photius*) beatissimum Papam Nicolaum, & omnes illi communicantes, neque summitati ejus, neque, quod magis est, Ecclesiæ, quæ a finibus usque ad finem constat, ullo modo parcens. Hunc repulimus, atque anathematizavimus, atque a catholica, & Apostolica Ecclesia fecimus alienum, per datam nobis potestatem in Spiritu sancto. *Epistola encyclica synodi VIII. CP. in med. sub Hadr. II. action. 10.*

CAPUT II.

** intulit, f.* Nemo fidelium injuriam beati Petri Principis tui impune corrupit *, in cujus videlicet contumeliam, ut sanctus Bonifacius Papa scribit, quisquis surgit, habitator cælestium non potest esse regnorum: *Tibi, inquit, dabo claves regni cælorum, in quod nullus absque gratia genitoris intrabit. Et rursus: Nemo unquam Apostolico culmini, de cujus, inquit, judicio non licet retractari, manus obvias audacter intulit, nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit judicari. Hadr. II. in syn. Rom. allocut. 3. post med. apud synod. CP. VIII, act. 7. Vid. Nic. ad Mich. Imp. prope finem.*

CAPUT III.

Violatores, seu corruptores sacri tumuli ejusdem domini Formosi Papæ, qui sub fœdere conspirationis ad capiendum thesaurum, corpus illius trahentes in fluvium Tiberim jactare non timuerunt; Divina auctoritate, synodali que nostro consultu, nisi resipuerint, sint a sanctæ Dei Ecclesiæ liminibus separati. *Ravenn. concil. sub Jo. IX. cap. 9.*

CAPUT IV.

Quia scelestissima consuetudo inolevit, ut obente sanctæ Romanæ Ecclesiæ Pontifice, ipsum Patriarchium deprædari soleat, & non solum in eodem sancto Patriarchio, sed etiam per totam civitatem, & suburbana eis talis hæccatur præsumptio; nec non quia, & id inultum hæcenus neglectum est, adeo ut omnia episcopia eadem patiantur, uniuscujusque ecclesiæ obente Pontifice, penitus, quod ne ulterius præsumatur, omnimodis interdiciamus, quod qui facere præsumperit, non solum ecclesiastica censura, sed etiam Imperiali indignatione feriat. *Ravennatens. conc. sub Joann. IX. cap. 11.*

CAPUT V.

Episcoporum, qui excommunicato Regi communicare præsumunt, ordinatio, & consecratio apud Deum, teste beato Gregorio, sit execratio; cum enim obedire Apostolicæ sedi superbe contemnunt, scelus idololatriæ, teste Samuele, incurunt. *Greg. VII. lib. 4. reg. epist. 2. ante fin.*

CAPUT VI.

Qui Apostolicæ sedi obedire contemnit, scelus idololatriæ incurrit, & beatus Gregorius Doctor sanctus, & humillimus, Reges decrevit a suis dignitatibus cadere & participatione corporis, & sanguinis Domini nostri Jesu Christi carere, si præsumerent Apostolicæ sedis præcepta contemnere. Si enim cælestia, & spiritalia sedes beati Petri solvit, & judicat, quanto magis terrena, & secularia? *Greg. VII. lib. 2. reg. epist. 24. post medium.*

CAPUT VII.

Qui ab Apostolica sede discordat, eique inobediens est, confirmante Samuele, peccatum ariolandi, & idololatriæ scelus committit. Dicente quoque B. Ambrosio Hæreticum esse constat, qui Romanæ Ecclesiæ non concordat. *Greg. VII. lib. 7. reg. epist. 24. in fine.*

CAPUT VIII.

Qui Apostolicæ sedis saluberrimo præcepto obedire noluerit, idololatriæ peccatum incurrit, teste Samuele, & beato Gregorio adstruente. Peccatum enim ariolandi est non obedire, & scelus idololatriæ nolle acquiescere. Peccatum igitur paganitatis incurrit quisquis, dum Christianum se asserit, sedi Apostolicæ obedire contemnit. *Ex Gregor. VII. decret.*

CAPUT IX.

Ad hoc sanctæ Romanæ Ecclesiæ possessiones quietas servare per Dei gratiam cupientes, præcipimus, & sub distractione anathematis interdiciamus, ne aliqua militaris persona Beneventanam B. Petri civitatem præsumat invadere, aut violenter tenere. Si quis aliter præsumperit, anathe-

matris vinculo teneatur. *Callist. II. in concil. Rom. cap. 8.*

CAPUT X.

Alienationes, quæ specialiter per Othonem, Guidonem, Hieremiam, seu forte Philippum ubilibet de possessionibus Ravennatis exarchatus factæ sunt, damnamus. *Callist. II. in concil. Rom. cap. 21.*

TITULUS XIX.

VARIA PRIVILEGIA, ET DECRETA
PONTIF. MAX.

PARS PRIMA.

Pont. Max. confirmat Episcoporum electiones.

CAPUT I.

De elect. c. 44. Gregor. IX. cap. 11. eod. tit. in 4. collect.

QUI ad Romanum pertinet immediate Pontificem, ad percipiendam sui confirmationem officii, ejus se conspectui, si commode potest fieri, personaliter representent, vel personas transmittant idoneas, per quas diligens inquisitio super electionis processu, & electi possit haberi, ut sic demum per ipsius circumspeditionem consilii, sui plenitudinem assequantur officii, cum eis nihil obstiterit de canonicis institutis, ita quod interim valde remoti, videlicet ultra Italianam constituti, si electi fuerint in concordia, dispensative, propter necessitates, & utilitates ecclesiarum, in spiritualibus, & temporalibus administrant, &c. Munus vero consecrationis, seu benedictionis recipiant, sicut hætenus recipere consueverunt. *Innocent. III. in concil. general. Later. cap. 26.*

CAPUT II.

Porrexit Hincmarus Archiepiscopus Remensis epistolam totius Galliarum Episcoporum manibus subterscriptam ad Apostolicam sedem, pro confirmatione ipsius sedis, &c. Ostendit etiam ipsi Christianissimo Principi coram sancta synodo diploma sacrum, ipsius venerandi Principis manibus insignitum, & sigillo subterfirmatum ex approbatione suæ ordinationis, ad eandem sanctam & Apostolicam, omnium scilicet ecclesiarum matrem, Romanam Ecclesiam. *Suess. apud D. Medard. in causa Hincmari.*

PARS SECUNDA.

Proferatur nomen Pontificis Max. in Missæ celebratione.

CAPUT III.

ET hoc nobis justum visum est, ut nomen Domini Papæ quicumque sedi Apostolicæ præfuerit, in nostris ecclesiis recitetur. *Vasen. 2. c. 4.*

CAPUT IV.

Post quæstionum torrentes, venerabilem Laurentium, & Petrum Episcopos, a communione Papæ se suspendisse replicatis, & quidquid providit cautio convocatorum, ducitis ad crimen impetiti. Ullo ne ergo tempore dum celebrarentur ab his sacra Missarum, a nominis ejus commemoratione cessatum est? *Ennod. pro Symmac. post med.*

CAPUT V.

Quod solius Romani Pontificis nomen in ecclesiis recitetur. *Greg. VII. l. 2. registr. in dictato.*

PARS TERTIA.

De sanctitate, qua multi Pontifices Maximi præditi fuerunt.

CAPUT VI.

SCitis utique vos, qui meruistis obsecundare sanctissimo Nicolao Papæ lucernæ Ecclesie, luminari totius orbis, & ipsius comministri estis effecti, quia incomparabilis erat vita, & sermone resplendens, quem pene, nec macula tetigit. *Libellus Episcoporum petentium veniam, in princ. apud syn. VIII. CP. sub Hadr. II. act. 2. post princ.*

CAPUT VII.

Beatus Petrus perennem meritorum dotem cum hæreditate innocentie misit ad posteros, &c. Quis enim sanctum esse dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit? in quo si desint bona acquisita per meritum, sufficiunt, quæ a loci decessore præstantur, aut enim claros ad hæc fastigia erigit, aut eos, qui eriguntur, illustrat. *Ennodius pro Symmacho apud Greg. VII. lib. 8. registr. epist. 21. in fine. Tarrac. lib. 1. c. 75.*

CAPUT VIII.

Quod Romanus Pontifex, si canonicè fuerit ordinatus, meritis B. Petri indubitanter efficitur sanctus, testante S. Ennodio Papiensi Episcopo, & multis Patribus faventibus sicuti in decretis B. Symmachi Papæ continetur. *Gregor. VII. lib. 2. registr. in dictato.*

CAPUT IX.

A mundi principio paucissimi per diversa terrarum regna Reges sancti, cum in una tantum Pontificum seriatim succedentium sedè, videlicet Romana, a tempore beati Petri Apostoli ferme centum inter sanctissimos computentur, cur autem hoc, nisi quia Reges terræ, & Principes vana gloria illecti, sicut prælibatum est, quæ sua sunt, spiritualibus rebus præferunt; religiosi autem Pontifices vanam gloriam despicientes, quæ Dei sunt, carnalibus rebus præponunt? illi in se delinquentes facile puniunt, in Deum peccantes æquo animo ferunt, isti in se peccantibus cito ignoscunt, Deum offendentibus non leviter parcunt, illi terrenis actibus nimium dediti, spiritualia parvipendunt, isti cælestia sedulo meditantur, quæ sunt terrena contemnunt. *Greg. VII. lib. 8. registr. epist. 21. ante finem.*

PARS QUARTA.

De sacramento, quo se obligavit Bonifacius Episcopus Gregorio II.

CAPUT X.

IN nomine Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi, imperante domino Leone a Deo coronato magno Imperatore, anno sexto post Consulatum ejus, sed & Constantino magno Imperatore ejus filio, anno quarto indictionis sextæ: „ Promitto ego Bonifacius gratia Dei Episcopus vobis, beato Apostolorum Principi, Vicarioque tuo beato Papæ Gregorio, successoribusque ejus per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, „ Trinitatem inseparabilem, & hoc sacratissimum corpus tuum, me omnem fidem & puritatem sanctæ fidei catholicæ exhibere, & in unitate ejusdem fidei Deo operante persistere, in „ qua

Dist. 40. No nos. c. 1.

Mat. 16. „ qua Christianorum salus esse sine dubio com-
 „ probatur, nullo modo me contra unitatem
 „ communis, & universalis Ecclesie suadente
 „ quopiam consentire; sed, ut dixi, fidem &
 „ puritatem meam, atque concursum tibi,
 „ & utilitatibus tuæ Ecclesie, cui a Domino
 „ Deo potestas ligandi, solvendique data est,
 „ & predicto Vicario tuo, atque successoribus
 „ ejus per omnia exhibere: sed & si agnovero
 „ Antifites contra instituta antiqua sancto-
 „ rum Patrum conversari, cum eis nullam ha-
 „ bere communionem, aut conjunctionem, sed
 „ magis si valero prohibere, prohibebo: si mi-
 „ nus, fideliter domino meo Apostolico renun-
 „ tiabo. Quod si, quod absit, contra hujus pro-
 „ missionis seriem aliquid facere, quolibet modo,
 „ vel occasione tentavero, reus inveniar in æter-
 „ no judicio, ultionem Ananias, & Saphiræ in-
 „ curram, &c. Hunc autem indiculum sacra-
 „ menti ego Bonifacius exiguus Episcopus manu
 „ propria subscripsi, atque positum supra sacratis-
 „ simum corpus tuum, ut superius legitur, Deo te-
 „ ste, & judice, præstiti sacramentum, quod &
 „ conservare promitto. *Bonif. ante ep. 1. Greg. II.*

PARS QUINTA.

Alia privilegia, quæ ad certum caput redigi non possunt.

CAPUT XI.

16. q. 7. c. 24. d. 96. c. S. Eulalius. Scriptura, quæ in sacerdotali concilio recitata est, evidentissimis documentis constat invalida. Primum, quod contra Patrum regulas a laicis, quamvis religiosi, quibus nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur unquam attributa facultas, facta videtur. Deinde quod nullius Præsulis Apostolicæ sedis subscriptione firmata docetur. *Syn. Roman. III. Symm. c. 3. Steph. ep. 2. c. 9. Paschal. II. capit. 2. Call. II. c. 4. Trosl. c. 3. Capitul. lib. 5. cap. 249. O lib. 6. cap. 294. Burch. lib. 15. cap. 35. Ivo part. 16. cap. 36. decr. Deusd. cap. 4. Anselm. lib. 5. cap. 10. Casaraug. lib. 7. c. 112. Tarrac. lib. 1. c. 59.*

CAPUT XII.

De his, qui ab Imperatore urbis Romæ aliquid petunt, ut prius adeant Julium Papam, &c. *Vide Sard. c. 9.*

CAPUT XIII.

Qui ad comitatum eunt, causam suam Carthaginensi, & Romano Episcopis ostendant. Apolyticam ferant Romam, & illic ab Episcopo Romano aliam accipiant ad comitatum. Nam si Romam profectus silentio ad comitatum transeat, communionem privetur, si nova causa eundi accesserit Romæ existenti, dicat eam Romano Episcopo, & apolyticam accipiat. *Carthag. 109. G. Afric. 73. L.*

CAPUT XIV.

Ecclesie, sedisque Romanæ privilegia cunctarum ecclesiarum privilegiis sua ineffabili providentia (Deus) prætulit, &c. Rogamus omnipotentem Deum, ut qui suæ cognitionis vobis reservavit mysterium, tribuat quoque nosse ad plenum suæ dispositionis, qua sancta Ecclesia moderatur, arcanum, & quæ sint, vel quanta &

qualia privilegia Ecclesie Romanæ, & ex quo ceperint exordium, & quis ejus summæ auctoritatis auctor existat, vobis clementer aperiat, &c. Potro si nos non audieritis, restat, ut sitis apud nos necessario, quales Dominus noster Jesus Christus hos haberi præcepit, qui Ecclesiam Dei audire contempserint, præsertim cum Ecclesie Romanæ privilegia Christi ore in beato Petro firmata, in Ecclesia ipsa disposita, antiquitus observata, & a sanctis universalibus synodis celebrata, atque a cuncta Ecclesia jugiter venerata nullatenus possint minui, nullatenus infringi, nullatenus commutari: quoniam fundamentum, quod Deus posuit, humanus non valet amovere conatus, & quod Deus statuit, firmum validumque consistat, &c. Privilegia inquam istius sedis, vel Ecclesie perpetua sunt, divinitus radicata, atque plantata sunt, impingi possunt, transferri non possunt, quæ ante imperium vestrum fuerunt & permanent hæcenus illibata, manebantque post vos, & quousque Christianum nomen prædicatum fuerit, illa subsistere non cessabunt immutata. Ista igitur privilegia, huic sanctæ Ecclesie a Christo donata, a synodis non donata, sed jam solummodo celebrata, & venerata. *Nicol. ep. ad Mich. Imp. post me d.*

CAPUT XV.

Quod cum excommunicatis a Pontifice maximo, inter cetera, nec in eadem domo debemus manere. *Greg. VII. lib. 2. registr. in dictato.*

CAPUT XVI.

Quod solus Romanus Pontifex possit uti Imperialibus insigniis. *Gregor. VII. lib. 2. registr. in dictato.*

CAPUT XVII.

Quod solius Papæ pedes omnes Principes desculentur. *Greg. VII. lib. 2. registr. in dictato.*

CAPUT XVIII.

Quod (Papæ) nomen unicum est in mundo. *Greg. VII. lib. 2. registr. in dictato.*

CAPUT XIX.

Quod de omni Ecclesia quemcunque voluerit clericum Romanus Pontifex valeat ordinare. *Gr. VII. lib. 2. registr. in dictato.*

CAPUT XX.

Quod a Romano Pontifice ordinatus alii Ecclesie præesse potest, sed non militare, & quod ab aliquo Episcopo non debet superiorem gradum accipere. *Gregor. VII. lib. 2. registr. in dictato.*

CAPUT XXI.

Quod nullum capitulum, nullus liber, canonicus habeatur, absque auctoritate Romani Pontificis. *Greg. VII. lib. 2. reg. in dictato.*

CAPUT XXII.

Quod sententia Romani Pontificis a nullo debeat retractari, & ipse omnium solus retractare possit. *Greg. VII. lib. 2. reg. in dictato.*

CAPUT XXIII.

Quod Romani Pontificis præcepto, & licentia, subjectos liceat accusare. *Greg. VII. lib. 2. reg. in dictato.*

CAPUT XXIV.

Quod soli Romano Pontifici licet, pro temporis

ris necessitate, novas leges condere, novas plebes congregare, de canonica Abbatiam facere, & e contra, divitem Episcopatum dividere, & inopes unire. *Greg. VII. lib. 2. reg. in dictato.*

P A R S S E X T A.

Varia decreta, quæ summam Pont. Max. potestatem indicare videntur.

C A P U T XXV.

De 3. de priv. Greg. IX. c. 2. in 1. coll.

FRatrum, & coepiscoporum nostrorum vehementi conquestione comperimus, quod fratres Templi, & Hospitalis, alii quoque religiosæ professionis indulta sibi ab Apostolica sede excedentes privilegia, contra Episcopalem auctoritatem multa præsumunt, &c. *Alex. III. in conc. Later. cap. 2.*

C A P U T XXVI.

De heret. 33. Greg. IX. c. 2. tit. in 4. coll.

Clerici non exhibeant hujusmodi pestilentibus (*loquitur de hereticis*) ecclesiastica sacramenta, nec eos Christianæ præsumant sepulturæ tradere, nec elemosynas, aut oblationes eorum accipiant. Alioquin clerici suo priventur officio, ad quod nunquam restituantur, absque indulto sedis Apostolicæ speciali, &c. Omnes, qui prohibiti, vel non missi, præter auctoritatem ab Apostolica sede, vel catholico Episcopo loci susceptam, publice, vel privatim prædicationis officium usurpare præsumpserit excommunicationis vinculo innotentur. *Innoc. III. in conc. gen. Later. c. 3.*

C A P U T XXVII.

De priv. c. 28. apud Gr. IX. c. 4. eod. tit. in 4. coll.

De multa providentia fuit in Lateranensi concilio prohibitum, ut nullus diversas dignitates ecclesiasticas, & plures Ecclesias parochiales reciperet contra sacrorum canonum instituta, &c. Hoc idem in personatibus decernimus observandum, addentes, ut in eadem ecclesia nullus plures dignitates, aut personatus habere præsumat, etiam si curam non habeant animarum. Circa sublimes tamen, & litteratas personas, quæ majoribus sunt beneficiis honorandæ, cum ratio postulerit, per sedem Apostolicam poterit dispensari. *Innoc. III. in conc. gen. Later. c. 29.*

C A P U T XXVIII.

De priv. 29. Gregor. IX. c. 5. eod. tit. in 4. coll.

Qui post primam, & secundam correctionem fuerit repertus culpabilis (*loquitur de iis, qui beneficia conferunt indignis*) a conferendis beneficiis per concilium provinciale suspendatur: & hujusmodi suspensionis sententia, præter Romani Pontificis auctoritatem, aut proprii Patriarchæ, minime relaxetur. *Inn. III. in conc. gen. Lat. c. 80. in fine.*

C A P U T XXIX.

De imm. ecc. c. 7. Gregor. IX. c. 3. de censib. in 4. coll.

Si quando forsitan Episcopus simul cum clericis tantam necessitatem, vel utilitatem inspexerint, ut absque ulla coactione ad relevandas utilitates, & necessitates communes, ubi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per ecclesias duxerint conferenda, prædicti laici humiliter, & devote recipiant cum actionibus gratiarum. Propter imprudentiam tamen quorundam, Romanum prius consulant Pontificem, cujus interest communibus utilitatibus providere. *Inn. III. in conc. gen. Lat. c. 46.*

C A P U T XXX.

De priv. c.

Ut privilegia, quæ quibusdam religiosis perso-

nis Romana concessit Ecclesia, permaneant intacta, quædam in eis duximus declaranda, ne minus sane intellecta pertrahant ad abusum, propter quem merito possint revocari, quia privilegium meretur amittere, qui permessa sibi attribuitur potestate, &c. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 57.*

C A P U T XXXI.

Ad liberandam terram sanctam de manibus impiorum, &c. de prudentum virorum consilio, & sacro approbante concilio definimus, ut ita cruce signati se præparent, &c. Alii apud Messanam, & partes utrobique vicinas, ubi & nos personaliter, Domino annuente, disposuimus tunc adesse, quatenus nostro consilio, & auxilio exercitus Christianus salubriter ordinetur, cum benedictione divina, & Apostolica profecturus, &c. Iis, qui per terram sunt profecturi, Legatum idoneum de nostro latere ad consilium, & auxilium concedemus, &c. illis dumtaxat exceptis, quibus tale impedimentum occurrerit, propter quod secundum sedis apostolicæ providentiam, votum eorum commutari debeat merito, vel differri, &c. Ex parte Apostolica reventibus firmiter protestentur Episcopi, & alii, qui curam obtinent animarum, ut sciant se super hoc nobis in novissimo districti examinis Dei coram tremendo iudice responsuros, &c. Ne vero in humeros hominum onera gravia, & importabilia imponere videamur, quæ digito nostro movere nolimus, similes illis, qui dicunt utique, sed non faciunt: ecce nos de iis, quæ ultra necessarias, & moderatas expensas potuimus reservare, &c. ex communi concilii approbatione statuimus, ut omnes omnino clerici, tam subditi, quam Prælati, vicesimam partem ecclesiasticorum proventuum usque ad triennium conferant in subsidium terræ sanctæ, per manus eorum, qui ad hoc Apostolica fuerint providentia ordinati, &c. Nos autem, & fratres nostri sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales plenarie decimam persolvemus. *Innoc. III. in conc. gen. Later. c. ult.*

C A P U T XXXII.

Si quis in errore Priscilliani sectam sequitur, vel profitetur, ut aliud in salubri baptismo contra sedem sancti Petri faciat, anathema sit. *Tolet. I. in fine, vel Aquis Calenis.*

C A P U T XXXIII.

Ut extra conscientiam sedis Apostolicæ, hoc est Primatis, nemo audeat ordinare. *Syrac. epist. 4. cap. 1. Vidend. Innoc. epist. 2. c. 1.*

C A P U T XXXIV.

Quæ huic sanctæ sedi concessa sunt, nullus usurpare sine ejus consultu præsumat, qui non vult honore ecclesiastico indignus ut contemp-
tor iudicari. *Damas. epist. 3. cap. 8. them. 5. Anselm. lib. 1. c. 54. Casar. lib. 6. c. 55.*

C A P U T XXXV.

Non negamus, sedis Apostolicæ sententiam posse in melius commutari, cum aut sibi subreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione ætatum, vel temporum, seu gravium necessitatum, dispensatorie quiddam ordinare decreverit, quoniam & egregium Apostolum Paulum quædam fecisse dispensatorie legimus, quæ postea repro-

24. Gr. IX. c. 7. eod. tit. in 4. coll.

Matt. 23.

Vide dist. 64. cap. 5. Dist. 17. c. 3. aut.

35. q. 9. c. 6. Sententiæ.

pro-

probasse dignoscitur. *Nicol. epist. ad Mich. Imp. ante fin. Ivo part. 5. cap. 19. decret. Anselm. lib. 1. cap. 72.*

CAPUT XXXVI.

Xystus constituit, ut quicumque Episcopus evocatus fuerit ad sedem Romanam Apostolicam, rediens ad parochiam suam non susciperetur, nisi cum formatis salutationis ad plebem a sede Apostolica. *Damas. in Xysti.*

TITULUS XX.

COMMUNIA DE PONT. MAX.

PARS PRIOR.

De accusatione, & purgatione

Pontif. Max.

CAPUT I.

SCitote, me criminari a quodam Basso, & injuste persequi, quod audiens Valentinianus Augustus, nostra auctoritate synodum congregari iussit, & facto concilio cum magna examinatione satisfaciens omnibus, licet evadere aliter potuissem, suspicionem tamen fugiens coram omnibus me purgavi, me scilicet a suspicionem, & aemulatione liberans, sed non aliis, qui noluerint aut sponte hoc non elegerint, faciendo formam, exemplumque dans. *Xyst. III. epist. un. post med.*

CAPUT II.

Xystus III. post annum I. mens. VI. III. incriminatur a quodam Basso. Valentinianus Augustus iussit concilium congregari, & facto conventu cum magna examinatione per iudicium synodicum purgatur a XVI. Episcopis, & condemnatur Bassus a synodo, ita tamen ut ultimo die viaticum ei non negaretur propter humanitatem pietatis Ecclesiae. Valentinianus cum matre Placida proscriptione Bassum condempnaverunt, & omnia praedia facultatum ejus Ecclesiae catholicae sociarunt. Is intra tres menses moritur, cujus corpus Xystus Episcopus cum lintheaminibus, & aromatibus manibus suis tractans recondidit, & sepelivit ad B. Petrum Apostolum in cubiculo parentum ejus. *Ex Pontif. De eadem re vide acta.*

CAPUT III.

Damasus invidiose accusatus, ac incriminatus de adulterio, facta synodo purgatus est a XLIV. Episcopis, qui etiam damnaverunt Concordium, & Callistum diaconos accusatores ejus, & proecerunt de Ecclesia. *Ex Pont.*

CAPUT IV.

Senatores miserunt relationem Regi Theodorico, & coeperunt agere, ut Visitatorem daret Rex sedi Apostolicae. Tunc Rex dedit Petrum Altinae Civitatis Episcopum, quod canones prohibent. *Ex Pont. in Symmac.*

PARS POSTERIOR.

Varia.

CAPUT V.

PRaesenti decreto constituo, ut quidam ex clericis, vel etiam ex monachis electi, ministerio cubiculi Pontificalis obsequantur *loquitur de cubiculo Romani Pontificis*) ut is, qui in loco est regiminis, habeat testes tales, qui vitae ejus in secreto conversationem videant, quique ex visione sedula exemplum perfectum sumant. *Rom. syn. sub Greg. cap. 2.*

2.9.7. c. 58.
Cū pastoris
post princ.

CAPUT VI.

Modus sepeliendi Romanum Pontificem. *Greg. in syn. Rom. cap. 4.*

CAPUT VII.

Sed hoc scire vos volumus, quoniam sancta Rom. Ecclesia tantum est ad nihilum deducta, quod & elemosynae, quae pauperibus pro sospitate vestri Imperii distribui solebant, & stipendia clericorum, ac famulorum ejus omnimodis sunt evacuata, pro quibus vero ad stabilitatem Imperii vestri magis vos oportet, cum vestris fidelibus prudenter tractare, ut sicut praediximus, alicui restorationi ipsa, quae nimirum est afflicta, &c. restituatur. *Ravenn. sub Joanne IX. parte 3. c. 10.*

CAPUT VIII.

Ut moriente Romano Pontifice, vel cujuscumque civitatis, nullus praesumat facultates eorum invadere, sed successoribus eorum reserventur integrae. *Nicolaus II. in concil. Roman. cap. XIII. Episcoporum.*

CAPUT IX.

Omnibus, quae tua dilectio voluit a nobis exponi, prout potuimus respondere curavimus, ut ecclesia tua Romanam consuetudinem, a qua originem ducit, servare valeat, atque custodire. *Innocent. epist. 1. in fin. ad Decentium Episc. Eugub.*

CAPUT X.

De Bulgaria subdita Romanae Ecclesiae. *Joan. VIII. in epist. ad syn. CP. VIII. et IX. act. 2.*

CAPUT XI.

De observantia, & veneratione, quam Honorius, & alii Imperatores Romanis Pontificibus habuerunt. *Nicol. epist. ad Michael. Imperat. post princ.*

CAPUT XII.

Praecipiendo mandamus, ut eos, qui cum eodem Duce, & praedicto Imperatore Michaelae transfretaturi sunt, diligentissime, ut vestrum officium exigit, moneatis condignam poenitentiam agere, & rectam fidem, sicut decet Christianos, circa illos servare, in omnibus actibus suis timorem Dei, & amorem praeculis habere, & in bonis operibus perseverare; sicque illos fulti nostra auctoritate, immo beati Petri potestate, a peccatis absolvite. *Greg. VII. lib. 8. registr. epist. 6.*

CAPUT XIII.

Evaristus titulos in urbe Roma divisit presbyteris, & VII. diaconos ordinavit, qui custodirent Episcopum praedicantem propter stylum veritatis. *Damas. in Evaristi.*

CAPUT XIV.

Nonnulli gratia sedis Apostolicae abutentes, literas ejus ad remotos judices impetrare nituntur, &c. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 37.*

De rescript. 28. Gregor. XI. c. 5. eod. tit. in 4. coll.

CAPUT XV.

De naufragii periculo navis Petri. *Greg. epist. 1. ad Leandrum Hispalens. lib. 1. c. 41. registr.*

CAPUT XVI.

Silvester baptizavit Constantinum August. quem curavit Dominus a lepra. *Damas. in Silvestri. Vide Nicen. II.*

CAPUT XVII.

Honorius cooperuit ecclesiam omnem B. Petri

tri

tri tegulis, quas levavit de templo, quod appellatur Roma *, ex consensu piissimi Heraclii Imperatoris. *Ex Pontif.*

CAPUT XVIII.

Liberius consensit Constantio hæretico. *Damas. in Liberii. Vidend. Hieron.*

CAPUT XIX.

De dispensationibus inhonestis, & de Paganorum ritu Romæ. *Bonif. Episcopus ad Zachar. Papam. Vide Zachar. epist. 6.*

CAPUT XX.

Quo pacto Silverius in exilium missus sit propter Patriciam Belisarii uxorem, quæ Anthimo CP. excommunicato favebat. *Silver. epist. 1. Anselm. lib. 12. cap. 8.*

CAPUT XXI.

Placuit, ut scribatur ad Innocentium Episcopum Romæ, ut cum Alexandrino Episcopo Theophilo, ab illo jure excommunicato, pacem habeat, nam Deus pacis est auctor. *Carth. 104. G. Afric. 68. L.*

CAPUT XXII.

Petitur ab Africanis Episcopis, ne Episcopus Rom. facile suscipiat provinciales, neque eis communicet, quos ipsi communionem privarunt, neque de causis eorum cognoscat, &c. *Carthag. 138. G. Carthag. VI. in fine ad Celestinum Papam. L.*

CAPUT XXIII.

De bonis ecclesiarum intra urbem Romanam non alienandis, vide Symmach. synodo Rom. III.

CAPUT XXIV.

Agatho ultra consuetudinem arcariorum Ecclesiæ Romanæ efficitur, & per semetipsum causas arcariorum disposuit, emittens videlicet de suscepta per nomen cultorum manu sua obumbrata; qui infirmitate detentus, arcariorum juxta consuetudinem instituit. *Ex Pontif.*

CAPUT XXV.

De donatione Constantini, vide ante concil. Nicæn. Isid. peccat. vol. 1. concil. Balsam. ad Phot. tit. 8. cap. 1. Gregor. VII. in juramento Henrici Imp. Ivon. lib. 4. tit. 1. cap. 1. panorm. & part. 5. cap. 49. decret. Deusd. cap. 4. Anselm. lib. 4. cap. 33. Grat. sive Paleam 96. dist. cap. 13. & 14. Cæsar. lib. 2. cap. 72. Tarrac. lib. 6. c. 33.

CAPUT XXVI.

Hormisdæ tempore venit regium donum cum gemmis pretiosis a Rege Francorum Clodoveo Christiano beato Petro Apostolo, item a Justino Aug. & a Theodorico Rege. *Ex Pontif.*

CAPUT XXVII.

Beatus Petrus Apostolorum Princeps quam libenter munera Excellentie vestre suscepit, ipsa cunctis liquido vita vestra testatur, &c. Quod vero transmisit Abbates, qui oblationem vestram beato Petro Apostolo deferebant, vi maris dicitis fatigatos non munera vestra repulsa sunt, quæ postmodum pervenerunt, sed eorum qui transmissi fuerant, constantia est probata, &c. *Greg. epist. 3. c. 2. lib. 7. c. 126. registri.*

CAPUT XXVIII.

Gregorii II. tempore Luithprandus Rex donationem patrimonii Alpium Cotiarum, quam

Arithpertus Rex fecerat, hincque repetierat, ad monitionem tanti viri redditam confirmavit. Eo tempore Theodo Dux Bajoariorum ad Apostoli Petri limina primus de eadem gente occurrit orationis voto. *Ex Pontif.*

CAPUT XXIX.

Dicendum est omnibus Gallis, & per veram obedientiam præcipiendum, ut unaquæque domus saltem unum denarium annuatim solvant beato Petro, si eum recognoscunt Patrem, & Pastorem suum more antiquo. Nam Carolus Imperator, sicut legitur in tomo ejus, qui in archivio ecclesiæ beati Petri habetur, in tribus locis annuatim colligebat mille, & ducentas libras ad servitium Apostolicæ sedis excepto hoc, quod unusquisque propria devotione offerebat. *Gregor. VII. libro 8. reg. epist. 23.*

TITULUS XXI.

DE LEGATIS, ET DELEGATIS PONTIF. MAX.

CAPUT I.

Ignatius in medium trahitur coram missis Apostolicæ sedis, jam senio fessus statuitur, & denuo damnationi submittitur, quin & sacerdotalibus insulis spoliatur, quasi validior fieret depositio, ubi sedis Apostolicæ per Vicarios suos auctoritas adfuit. *Constantinop. VIII. sub Hadr. II. in præfatione Anast. biblioth.*

CAPUT II.

Donatus, & Stephanus sanctissimi, & Marinus Deo amantissimus diaconus Vicarii seniores Romæ dixerunt: „Hoc nos usque nunc non invenimus in universali synodo factum, ut Vicarii senioris Romæ a quolibet perpendantur, „ utrum talem existimationem habeant“. *Synod. gen. VIII. sub Hadr. quæ est CP. IV. act. 1.*

CAPUT III.

Si Canonici a divinis cessaverint, &c. Metropolitanus ad quærelam Episcopi, tamquam super hoc delegatus a nobis, taliter eos per censuram ecclesiasticam, cognita veritate castiget, quod pœnæ metu talia de cetero non præsumant, &c. *Innoc. III. in conc. gen. Lat. cap. 7. Vide cap. ult. eod. conc.*

CAPUT IV.

Ordinentur in eodem capitulo religiosæ, ac circumspectæ personæ, quæ singulas Abbatis ejusdem regni, sive provinciæ non solum monachorum, sed etiam monialium, secundum formam sibi præfixam, vice nostra studeant visitare, &c. ita quod si Rectorem loci cognoverint ab administratione penitus amovendum, denuntient Episcopo proprio, ut illum amovere procuret. Quod si non fecerit, ipsi visitatores hoc referant ad Apostolicam sedem examinandum, &c. si vero in hac novitate quidquam difficultatis emerferit, quod per prædictas personas nequeat expediri, ad Apostolicæ sedis judicium absque scandalo referatur, ceteris observatis, &c. *Innocent. III. in conc. gen. Lat. cap. 12.*

CAPUT V.

Procuraciones, quæ visitationis ratione debentur Episcopis, &c. etiam Apostolicæ sedis Legatis, aut Nuntiis, absque manifesta, & necessaria cau-

23. q. 4. Belisarius. 30.

De off. ordi. 13. Gregor. IX. & cap. 1. eod. tit. in 4. coll.

De stat. monach. cap. 7. Greg. IX. & cap. 2. eod. tit. in 4. coll.

De consib. 23. Greg. IX. & c. 2. & 4. eod. tit. in 4. coll.

causa nullatenus exigantur, nisi quando præfentialiter officium visitationis impendunt, & tunc evectionum, & personarum mediocritatē observent in Lateranensi concilio definitam. Hoc adhibito moderamine circa Legatos, & Nuntios, ut cum oportuerit eos apud aliquem locum moram facere necessariam, ne locus ille propter illos nimium aggravetur, procuraciones recipiant moderatas ab aliis ecclesiis, vel personis, quæ nondum fuerunt de suis procuracionibus aggravatæ. *Innoc. III. in conc. gen. Later. cap. 33.*

CAPUT VI.

De immun. eccles. cap. 8. Greg. IX. c. 4. de censibus, in 4. collect.

Quia Prælati plerique ut procuracionem, aut servitium aliquod impendant Legato, vel alii plus extorquent a subditis, quam exsolvant, id de cetero fieri, &c. prohibemus. *Innoc. III. in conc. gen. Lat. cap. 34.*

CAPUT VII.

Anno ab incarnatione Domini millesimo octuagesimo primo celebrata est synodus Romæ, in qua, inter cetera, sententiam depositionis Archiepiscoporum Arelatensis, & Narbonensis, atque excommunicationis per Legatos Apostolicæ sedis promulgatam, Dominus Papa his, qui aderant, collaudantibus firmavit. *Gregor. VII. in conc. Roman. anni VIII. lib. VIII. registr. ante epist. 21.*

CAPUT VIII.

Philippus Rex Francorum, si Nuntiis Papæ ad Gallias ituris de satisfactione sua, & emendatione securitatem non fecerit, habeatur excommunicatus. *Greg. VII. in synodo Roman. anni 2.*

CAPUT IX.

Quia servus, & Legatus Apostolicæ sedis esse dignoscor, unum sit verbum meum hic, & vestrum ibi, si contingat ad iudicium auctoritatis vestræ, ut pariter missos dirigamus. *Bonif. Episc. ad Zachar. in med.*

CAPUT X.

Fratres nostros Julianum Episcopum, & Renatum presbyterum tituli sancti Clementis, sed & filium meum Hilarium diaconum vice nostra direximus, quibus Dulcitium notarium nostrum, cujus fides nobis est sæpe probata, sociavimus. *Leo ep. 5. in fin. al. epist. 10. ad Flavian.*

CAPUT XI.

Illud quod *Theodosius Imperator* me credidit debere interesse concilio, etiamsi secundum aliquod præcedens exigetur exemplum, nunc tamen nequaquam possit impleri, &c. in his fratribus meis, quos vice mea misi, me quoque adesse cum ceteris, qui adfuerint, æstimate, quibus secundum causam, satis mihi & gestorum serie, & ipsius, de quo agitur, professione patefactam, evidenter, & plene quid servandum esset, ostendi. *Leo epist. 13. ad Pulcher. ante fin.*

CAPUT XII.

Binos de coepiscopis meis, & compresbyteris ordinavi, qui vicem meam implere sufficerent, etiam datis ad venerabilem synodum *Chalcedonensem* congruentibus scriptis, quibus fraternitas advocata cognosceret, quam formam servare in hac dijudicatione deberet, ne ulla temeritas aut fidei regulis, aut canonum statutis, aut be-

Tom. V.

nignitatis remediis obviaret. *Leo epist. 49. ad Pulcher. post princ.*

CAPUT XIII.

Si quid ab his fratribus, quos ad sanctam synodum vice mea misi, præter id, quod ad causam fidei pertinebat, gestum esse perhibetur, nullius erit penitus firmitatis, quia ad hoc tantum ab Apostolica sede sunt directi, ut excussis hæresibus, catholicæ essent fidei defensores. *Leo epist. 60. ad Maxim. Episc. Antiochen. ante fin.*

CAPUT XIV.

Leo Episcopus urbis Romæ Anastasio Episcopo Thessalonicensi: „ Quanta fraternitati tuæ a „ beatissimi Petri Apostoli auctoritate sint „ commissa, & qualia etiam nostro tibi favore „ sint credita, considera, &c. quoniam sicut præcessores mei præcessoribus tuis, ita etiam ego „ dilectioni tuæ, priorum secutus exemplum, „ vices mei moderaminis delegavi, &c. Atticus veteris Epiri Metropolitanus * Antistes de indignissima astrictione est conquestus, &c. Vices enim nostras ita tuæ credidimus charitati, ut in partem sis vocatus sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis, unde sicut multum nos ea, quæ a te pie sunt curata, lætificant, ita nimium ea, quæ perperam sunt gesta, contristant. Et necesse est, post multarum experimenta causarum sollicitius prospici, & diligentius præcaveri, quatenus per spiritum charitatis, & pacis, omnis materia scandalorum de ecclesiis Domini, quas tibi commendavimus, auferatur, præeminente quidem in illis provinciis Episcopatus tui fastigio, sed amputato totius usurpationis excessu. *Leo epist. 82. in princ. c. cap. 1. Anselm. lib. 2. cap. 90. in addit.*

* *Nicopolitanus. 3. q. 6. Multum, 8.*

CAPUT XV.

De persona consecrandi Episcopi, & de cleri, plebisque consensu Metropolitanus Episcopus ad fraternitatem tuam referat, quodque in provincia bene placuit, scire te faciat, ut ordinationem rite celebrandam tua quoque firmet auctoritas, quæ rectis dispositionibus nihil moræ, aut difficultatis debet afferre, ne gregibus Domini diu desit cura pastorum. [Metropolitanus vero defuncto &c. optimus eligatur, de cujus nomine ad tuam notitiam provinciales referant sacerdotes, impleturi vota poscentium, si quod ipsis placuit, tibi quoque placuisse cognoverint: [sicut enim justas electiones nullis dilationibus volumus fatigari, ita nihil permittimus te ignorante præsumi. *Leo ibid. epist. 34. al. epist. 82. cap. 6. ad Anastas. Episc. Ivo part. 5. c. 348. decr. Deusded. c. 1. Anselm. lib. 6. cap. 16. Cesar. lib. 3. c. 1.*

Dist. 65. c. 4.

Dist. 63. cap. 19.

Cap. 12. de elect. in 1. collect.

CAPUT XVI.

De conciliis Episcopalibus, &c. & si forte inter ipsos, qui præsent, de majoribus, quod absit, peccatis causa nascatur, quæ provinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negotii qualitate Metropolitanos curabit instruere, & si coram positis partibus nec tuo fuerit res sopita iudicio, ad nostram cognitionem, quidquid illud est, transferatur. *Leo d. epist. 54. al. 82. cap. 7. Burch. lib. 1. cap. 43. Ivo lib. 4. tit. 2. cap. 1. panorm. c. part. 4. cap. 241. decr.*

Dist. 18. c. 2.

I

CA-

CAPUT XVII.

Si intra provinciam res agatur, transfugam clericum ad suam ecclesiam Metropolitanus redire compellet; si autem longius processit, tui præcepti auctoritate revocabitur, ut nec cupiditati, nec ambitioni occasio relinquatur. *Leo d. epist. 54. al. 82. cap. 9. Anselm. lib. 7. cap. 161. Ivo part. 6. cap. 69. decret.*

CAPUT XVIII.

In evocandis ad te Episcopis, moderatissimum te esse volumus, ne per majoris diligentia speciem, fraternis videaris gloriari injuriis. Unde si causa aliqua major extiterit, ob quam necessarium fraternum advocare conventum, binos de singulis provinciis Episcopos, quos Metropolitanus crediderint esse mittendos, ad fraternitatem tuam venire sufficiat, itaut a præstituto tempore non ultra quindecim dies, qui convenerint, retardentur. *Leo d. epist. 82. cap. 10.*

CAPUT XIX.

Congruum duximus, vicaria sedis nostræ te auctoritate fulciri, cujus vigore munitus, Apostolicæ institutionis decreta, vel sanctorum terminos Patrum, nullo modo transcendendi permittas, &c. *Simplic. ep. 1. ad Zenonem Hispal. Episc.*

CAPUT XX.

25. 9. 2. c. 6. Servatis privilegiis Metropolitanorum, vices vobis Apostolicæ sedis eatenus delegamus, ut inspectis istis, sive ea, quæ ad canones pertinent, sive ea, quæ a nobis sunt nuper mandata servantur, sive ea, quæ de ecclesiasticis causis, tuæ revelationi contigerunt, sub tua nobis insinuatione pandantur. *Hormisd. epist. 3.*

CAPUT XXI.

Vices nostras per Bæthicam, Lusitaniamque provincias, suis privilegiis, quæ Metropolitanis Episcopis decrevit antiquitas, præsentem tibi auctoritate committimus, augentes tuam hujus participatione ministerii dignitatem, &c. Quotiens universalis poscit religionis causa, ad concilium te cuncti fratres evocante conveniant; & si quos eorum specialis negotii pulsat contentio, jurgia inter eos oborta compesce, discussa sacris legibus determinando certamina. Quidquid autem illis pro fide, & veteribus constitutis, vel provida dispositione, præcipies, vel personæ nostræ auctoritate firmabis, totum ad scientiam nostram instructæ relationis attestazione perveniat. *Hormisd. epist. 7. ad Salustium Hispal. Episcopum.*

CAPUT XXII.

Synodi, quam fiendam decrevimus, fratri, coepiscopoque nostro Syagrio, quem vestrum proprie novimus, specialiter delegare curavimus. Quem petimus, ut & supplicentem libenter audire, & ope juvare dignemini; quatenus, quod ad mercedem vestram respiciat, in cunctis finibus juri vestro subjectis, pia, & Deo placita procedat ordinatio sacerdotum. *Greg. ad Brunichild. Regin. lib. 7. reg. epist. 113. c. 3.*

CAPUT XXIII.

Sanctissimum, ac reverentissimum Bonifacium fratrem nostrum Archiepiscopum Apostolicæ sedis Legatum, & vicem nostram præsentan-

tem habetis, &c. *Zachar. epist. 3. ad divers. Episcopos, post medium.*

CAPUT XXIV.

11. 9. 3. cap. 103. Suggestit sancta fraternitas tua in suis apicibus [quod prædecessor noster beatæ memoriæ Gregorius hujus sanctæ sedis Apostolicæ Præsul, dum ad prædicandum verbum Evangelii tuam misisset fraternitatem in Germaniæ partibus, & gentibus illis paganis verbo pollicitationis te esse munitum, ita ut orthodoxos Episcopos, presbyteros, vel quoscumque reperire potuisses, in verbo exhortationis perfectos amplius confirmares, & eis communicares, &c. *Zach. epist. 5. ad Bonif. Episc. Ivo part. 2. cap. 96. decret.*

CAPUT XXV.

Arelatensis ecclesia in regionibus Gallicanis Primatus privilegio, & sedis Apostolicæ vicibus decoratur. *Nicol. epist. ad Michael. Imperat. ante med.*

CAPUT XXVI.

Apparet, Legatos nostros non causa pietatis a vobis, sed crudelitatis argumento fuisse quæsitos. Verum ad quid fuerint petiti res ipsa declarat, videlicet, ut quod de Ignatio judicandum erat, & acceptum apud omnes, & fixum semper maneret, utpote quod tantæ auctoritatis Vicarii judicassent, *Nic. epist. ad Mich. Imp. post med.*

CAPUT XXVII.

Miramur, & multum anxii sumus, quod cum semper consuetum valde necessarium fuerit, ut si quando Legatus Apostolicæ sedis concilium in remotis partibus celebraverit, sine mora ad annuntiandum omnia, quæ egisset, reverteretur; tua fraternitas post peractam synodum, in qua tot negotia emerferunt, nec ad nos rediit, nec eum, qui secum est, considerata vel necessitate, vel nostra expectatione, remisit. *Greg. VII. lib. 1. registr. epist. 16. in princ.*

CAPUT XXVIII.

Confratrem nostrum Matisconensem Episcopum, quem intervenientibus quibusdam rationalibus causis ordinavimus, ad vos cum nostris litteris, & Apostolico sigillo mittimus. *Greg. VII. lib. 1. reg. epist. 79.*

CAPUT XXIX.

Clerici sanctæ Mariæ, & sancti Audomari, multoties in provincialibus synodis coram Episcopo vestro, & confratre nostro Apostolicæ sedis Legato, in Pictaviensi concilio quærelam fecerunt. *Greg. VII. lib. 6. reg. epist. 8.*

CAPUT XXX.

Committimus tibi (loquitur de Episcopo Pisano) tuisque successoribus vicem nostram in Corsica insula, si tamen ipsi consensu Romani Pontificis, & electione Pisani populi ita canonice intraverint, sicut te constat intrasse, & secundum quod Deus tibi tradidit. *Greg. VII. lib. 6. reg. epist. 12. in medio.*

CAPUT XXXI.

Excommunicationem, quam in te pro ipsa Ecclesia Legatus noster Hugo Diensis Episcopus in concilio Pictaviensi jaculatus est, auctoritate Apostolica confirmamus. *Greg. VII. lib. 6. registr. epist. 40.*